BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LX
H
24
NAPOLI

Digitized by Google

DE CLARIS

ARCHIGYMNASII BONONIENSIS PROFESSORIBUS

A SÆCULO XI.

USQUE

AD SÆCULUM XIV.

TOMI I. PARS II.



BONONIÆ MDCCLXXII.

Ex Typographia Lælii a Vulpe Inſtituti Scientiarum Impreſſoris.

SUPERIORUM AUCTORITATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Plura ad hanc ſecundam Operis Partem præfari neceſſe non eſt; omnia enim, quæ ad inſtituti noſtri rationem pertinere poterant, ſuis locis ſatis diligenter, ut arbitror, & copioſe diſputata ſunt. Partem hanc a Theologiæ Profeſſoribus ordimur; quorum quidem præſtantia, & nominis celebritas ſatis declarare poteſt, excellentiſſimam hanc facultatem in Academia noſtra excultam magnopere fuiſſe, atque idcirco eorumdem multitudinem aut deſiderandam non eſſe, aut revera Scholis noſtris non defuiſſe; quod poſtremum veriſimilius arbitror.

Sequuntur deinde Archidiaconi, quibus quidem, tanquam nobiliſſimis Academiæ Præfectis, locus in hoc Opere erat dandus. Eorum ſeriem magna ex parte Cl. Maurus Sartius paraverat, mihique ſolum ejuſdem complendæ, ornandæque labor relictus.

Poſt hæc Appendix veterum Monumentorum Operi adnectitur, quæ ſane eidem accedunt tanquam præclariſſima totius hiſtoricæ veritatis teſtimonia. Ea ad colligendum relicta integre mihi fuiſſe, alibi dictum eſt; & Eruditi quidem de hujus negotii difficultate, atque etiam moleſtia dijudicare facile poterunt. In tanta autem, & tam varia, ut ita dicam, Monumentorum ſegete, pauca quædam, ſed certe minus neceſſaria, & haud magnæ utilitatis, in ingenti veluti agro deliteſcentia relinquere neceſſe fuit; quod quidem fateri, ingenui Scriptoris eſſe arbitratus ſum.

Pauca nunc de Operis continuatione. Cœpta a Sartio methodus optima cuique videri debet ſpectata antiquitate rerum, de quibus noſtra hæc Hiſtoria loquitur; ita enim noſtrorum temporum Eruditos comparatos eſſe novimus, ut omnia, quæ ex ultima Antiquitate eruuntur, magno in pretio habere ſoleant, nec aliquid in ipſa aut exiguum, aut cognitione non ſatis dignum reperire unquam ſciant. Sed hæc antiquitatis laus Academiæ noſtræ Profeſſoribus, qui ſequuntur, paulatim, & omnino tandem deerit; atque idcirco eos ſingillatim, & omnia ad ipſos ſpectantia, ſi quis diligentiſſime perſequi vellet, is, meo quidem judicio, otio, & Literatorum patientia pene intemperanter abuteretur. Itaque delectus quidam habendus erit, atque ex immenſa Profeſſorum multitudine, qui XIV. ſæculo, & ſequentibus floruerunt, eos ſolum ſeligemus, de quibus frugifera, & digna Literatorum auribus diſputatio inſtitui poterit. Rem igitur totam altero Volumine concludi poſſe arbitror; & multa jam non ſine labore collegi, quæ totius materiæ loco eſſe poſſunt, quæque, ſi valetudinem boni Superi impertiant, diligenter diſponere aggrediar.

Poſtre-

Poſtremo liceat mihi pauca de me ipſo loqui. Audivi ſæpenumero querelas eorum, quibus Operis hujus editionem in longum nimis productam fuiſſe perſuaſum eſt. Sed huic querelæ occurram ipſe iis rationibus, quæ æquum Judicem placare poſſint. In primis ingenue fateor, demandatum munus in ipſis initiis mihi novo homini difficile admodum viſum eſſe, & nihil propius factum fuiſſe, quam ut gravem, & humeris meis pene imparem ſarcinam depoſuerim. Et certe norunt omnes, difficilius cœpta ab alio perficere, quam nova moliri. Deinde dandum illud mihi a juſtis rerum æſtimatoribus, magnæ molis, difficiliſque indaginis opera longioris temporis uſura carere non poſſe, præſertim ſi eadem ſingulari homini omnino incumbant. Fatendum tamen eſt, magno mihi præſidio identidem fuiſſe Cl. Cajetanum Montium hujus meæ Patriæ ſplendidiſſimum lumen, eumdemque cum in omni, tum vel maxime in reconditiori Bononienſi antiquitate verſatiſſimum; Amicos præterea alios, inter quos ſilentio præterire non poſſum Clementem Blaſium Congregationis noſtræ Monachum, ſtrenuum olim in literis diſciplinæ meæ alumnum, nunc in Aſceterio S. Gregorii de Urbe Theologiæ, & Canonum Profeſſorem egregium. Quo loco debitæ laudis teſtimonio minime privandus eſt Vir apprime doctus, & integerrimus, atque de hujus Operis editione optime meritus, Carolus Barberius Congregationis Oratorii Presbyter; qui cum ab ipſo jam Sartio rogatus id perhumaniter in ſe receperit, ut typographicæ Correctioni præeſſet, ita deinde operam ſuam præbuit, & etiam nunc præbet, ut & nos ingenti moleſtia, & labore levemur, & Editio (quam jam Typographi diligentia nitidam, ornatamque reddidit) pro ſingulari, qua pollet, Ortographicæ rei ſcientia, prodeat quam emendatiſſima. Sed ut ad querelas redeam, meminerint, qui cunctationis nos arguunt, non omnia, quæ ad Operis confectionem neceſſaria ſunt, ſemper in manu, poteſtateque noſtra eſſe; multa ſæpe apud alios quærenda, quorum obſequendum eſt commodo.

Hæc Lectoribus noſtris nota eſſe cupiebam. Cæterum ſatis ſemper mihi fuerit, laborem hunc meum probari poſſe Optimo, & Incomparabili Pontifici, in cujus Auguſtiſſimo Nomine Opus hoc apparet. Et vero illius Clementiæ præclariſſimum argumentum præbere mihi poſſunt ejus Literæ ſuperiore anno in forma Brevis, ut ajunt, ad me datæ, quarum exemplum coronidis loco, & ad hujus meæ Patriæ decus, & ornamentum, atque in primis ad declarandam eximii, doctiſſimique Pontificis Clementiam hic exhibere conſtitui.

DILE-

DILECTO FILIO

MAURO FATTORINI

Abbati Ordinis Camaldulenſium

CLEMENS PP. XIV.

Dilecte Fili Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Quod Sacræ Memoriæ Prædeceſſores Noſtri, primum Benedictus XIV., & deinde Clemens XIII. curandum decreverunt, ac doctiſſimo Viro Mauro Sartio Abbati ex Tua Camaldulenſi Congregatione mandarunt, ut de Claris Archigymnaſii Bononienſis Profeſſoribus ſcriberet, idem, illo vita functo, a Te ad perficiendum ejuſdem Clementis auctoritate eſſe ſuſceptum vehementer gaudemus; nam qui jamdiu in doctiſſima illa Urbe floruerunt Viri, & præclaras Artes docuerunt, eorumdem celebrari Literis, ac ad Poſteros tranſmitti Nomen æquiſſimum eſſe judicamus, & minime ambigimus tanto muneri parem eſſe doctrinam, ingenium, atque operam tuam. Libentiſſime itaque id excipiemus Opus, & quibus in Pontificatu ſucceſſimus, illorum etiam in ejuſmodi eruditos labores animum tranſmiſſum Nobis eſſe profitemur. Quin ſponte etiam Noſtra vehementer favemus Literis, eaque omnia, quæ ipſarum ſplendorem augere poſſint, ſingulari ſtudio complectimur Idcirco & Noſtram illam Civitatem omni doctrinarum genere excultiſſimam ſemper dileximus, & nunc maxime cupimus, ut hoc ejuſdem antiquum decus, ac in tradendis diſciplinis claritatem omnes agnoſcant, ac deprædicent. Quare non ſolum probari a Nobis, commendarique laborem hunc tuum exiſtima; ſed paratiſſimos etiam Nos eſſe ad ejuſdem, ut appellas, Primitias, quas Nobis offers, atque inſcribis, tuendas, fovendaſque Patrocinio Noſtro, eaque Pontificiæ erga Te benevolentiæ acceſſione, quæ plurimum pro tua in Nos obſervantia, atque obſequio valere poſſit ad Te magis, magiſque ad perſequendam, perficiendamque Operam excitandum. Ac in Paternæ Caritatis pignus Apoſtolicam Benedictionem Tibi, Dilecte Fili, peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Maji MDCCLXXI. Pontificatus Noſtri anno ſecundo.

Benedictus Stay.

Vidit

Vidit D. Johannes Maria Vidarius Clericus Regularis Sancti Paulli, & in Eccleſia Metropolitana Bononiæ Pœnitentiarius pro Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo Domino D. VINCENTIO CARDINALI MALVETIO Archiepiſcopo Bononiæ, & S. R. I. Principe.

Die 7. Martii 1771.

Cum fuerit commiſſum A. R. P. D. Carolo Barbieri Sacerdoti Oratorii S. Philippi Nerii videre pro S. O., & referre aliam Partem præſentis Operis; videat pro S. O. item hanc, & referat.

F. Petrus Paulus Salvatori Inquiſitor Generalis S. Officii Bononiæ.

OPeris inſcripti *De Claris Archigymnaſii Bononienſis Profeſſoribus a ſæculo XI. uſque ad ſæculum XIV.* Partem alteram Tomi Primi Reverendiſſimi Patris Inquiſitoris mandatis obtemperans accurate perlegi; neque in quidquam incidi, quod aut Catholicæ Fidei, aut rectæ morum diſciplinæ adverſetur. Quamobrem cum omnia in ea ſolide, erudite, eleganterque pertractata ſint, digniſſimam cenſeo, quæ, publico Literarum bono, & ampliori Academiæ noſtræ celebritati, in lucem emittatur.

Bononiæ ex Ædibus S. Mariæ de Galeria die 17. Auguſti 1771.

Carolus Barbieri Congregationis Oratorii Presbyter.

Die 26. Auguſti 1771.

Attenta ſupraſcripta atteſtatione

IMPRIMATUR.

F. Petrus Paulus Salvatori Inquiſitor Generalis S. Officii Bononiæ.

THEO-

Digitized by Google



THEOLOGIÆ PROFESSORES.

MUltorum, & in primis Hermanni Conringii (a) opinio fuit; Scholas Bononienſes Theologiæ Profeſſoribus caruiſſe uſque ad ann. MCCCLXII., quo anno Innocentius VI. indulùt, ut doceri apud nos ea facultas poſſet, creariqne Doctores, ſive Magiſtri, qui iiſdem honoris inſignibus ornarentur, eodemque jure eſſent, ac qui in Scholis Pariſinis creabantur. Sed facile eſt iſtorum errorem convellere: neque enim Innocentius VI. primus docendæ apud nos Theologiæ auctor fuit; ſed quod multo ante illud tempus privata hominum voluntate fiebat, deinceps auctoritate ſua ſplendidiore quadam ratione fieri voluit. Quoad Doctores vero, ſive Magiſtros Theologiæ creandos, id enimvero ab Innocentio tunc primum indultum eſt; carebant enim eo privilegio Scholæ noſtræ, & ſi qui ex noſtris ante illud tempus eo honore augeri cupiebant, Pariſios concedebant, ubi multo ante Theologiæ Doctores, ſive *Magiſtri in ſacra pagina*, ut tum dicere amabant, ex indulgentia Summorum Pontificum creari cœperant.

II. Bononiæ autem fuiſſe qui publice Theologiam traderent, & quidem annis amplius ducentis ante Innocentium VI., certiſſima res eſt. Conſtat enim, Rolandum Bandinellum, qui poſtea ad Romanam Sedem evectus Alexander III, eſt dictus, Theologiam in Scholis Bononienſibus docuiſſe, quo tempore ſummi illi legum interpretes Bulgarus, Hugo, Martinus, & Jacobus Jus Civile tradebant. Qua de re, ubi de Rolando Bandinello inter Profeſſores hujus facultatis, dicendum erit. Floruit eodem ſæculo Bononiæ Theologus eximius Guilielmus Lucenſis, de quo etiam poſtea; & quidem non dubito, plures alios fuiſſe, quorum ad nos ne nomen quidem ætas illa tranſmiſerit. Nec omittendus eſt alter Theologiæ Profeſſor in Scholis Bononienſibus, cui Innocentius III. Cauſam quamdam commiſſam voluit (b). Scimus etiam, Lanfrancum illuſtrem ea ætate fuiſſe Theologum. Cl. Sartius, dum Juris Canonici Profeſſorum hiſtoriam ſcriberet, ſuſpicatus aliquamdiu eſt, nullum alium fuiſſe Lanfrancum, quàm qui Jus Canonicum in Scholis noſtris docuiſſet: ſed comperiit poſtmodum ex illius ætatis monumentis, floruiſſe revera in Academia noſtra alium Lanfrancum, qui Theologiam docuit. Fortaſſe etiam Theologis illorum temporum accenſendus eſt Hubertus, ad quem extant literæ ejuſdem Innocentii III. (c).

(a) *Antiquitat. Academic. Diſſ. 3. §. 31.*

(b) *Extant literæ Innocentii III. ad Magiſtrum R. Theologum Bononiæ commorantem apud Trombellum in Hiſt. S. Mariæ de Rhen. p. 420.*

(c) *Collect. III. tit. 9. c. 5. Mandat Epiſcopo Mutinenſi, & Mag. H. Theologo Subdiac. Pontific. & Canon. Modocienſi, ut publicari faciant per Diœceſ. Imol. & Bonon. Innocentii litteras contra pravam ordinationem factam ab Epiſcopo Bonon. Hunc eſſe magiſt. Hubertum colligimus ex l. 1. Decret. Gregorii IX. de temp. ordinat. c. 13. Ex ejuſdem autem Innocentii literis eadem Collect. c. 4. videtur hic Hubertus Bononiæ fuiſſe.*

III. Illud itaque conſtituendum eſt, Scholam Theologicam Bononiæ multo antiquiorem eſſe, quam Conringio viſum ſit. Si enim illud verum eſt, quod doctiſſimis viris placuit, Theologiam a Jure Canonico olim diſtinctam minime fuiſſe, ſuaderi nobis facile patiemur, utriuſque Facultatis ſtudium ab antiquiſſimis temporibus in iis Scholis floruiſſe, quæ conſtitutæ erant ad majorem Eccleſiam Bononienſem, & in Monachorum ædibus, ac maxime ad D. Stephani, & D. Proculi.

IV. Sub initia ſæc. XIII. Honorius Pontifex ſcripſit prælongam epiſtolam encyclicam ad Eccleſiarum Prælatos, qua confirmatum voluit Decretum Concilii III. Lateranenſis ſub Alexandro III., & Lateranenſis item IV. ſub Innocentio III. de inſtituenda Theologiæ Schola in Eccleſiis Cathedralibus ſingulorum Metropoleon; ac plura addit ad facilius promovendam hujuſmodi inſtitutionem. Confirmat etiam decretum Concilii Turonenſis ſub Alexandro III. ad ann. MCLXIII. celebrati contra Monachos, qui e clauſtro ad leges Civiles, & Phyſicam audiendam exibant; quam conſtitutionem ad Archidiaconos etiam, & quoſvis Clericos dignitates & Eccleſiaſtica officia obtinentes, atque etiam ad Presbyteros pertinere voluit. Denique ad dignitatem Theologicorum ſtudiorum, quæ Pariſiis ſuam veluti ſedem locaſſe videbantur, ſuſtinendam ac tuendam, vetat, ne quis leges Romanas Pariſiis, aut in eorum viciniis publice doceat, vel audiat. Habemus hujus epiſtolæ præcipua capita inter Decretales Gregorii IX, (a) atque integram nuper edidit Cl. Flaminius Cornelius Senator Venetus in quarta Eccleſiarum Venetarum decade. (b) Auctor eſt Sigonius, Honorium ſingillatim Epiſcopo Bononienſi de hac re ſcripſiſſe. At revera in ea epiſtola nulla occurrit mentio Scholarum Bononienſium; adeoque de hoc nihil certi ſtatuere poſſumus.

V. Sed alia tamen fuit Scholæ Theologicæ facies Bononiæ poſt exortos, & bene conſtitutos in ea Prædicatorum, & Minorum præclariſſimos Ordines. Et quidem apud Prædicatores celeberrimæ fuerunt Scholæ in ipſo Monaſterii aditu erectæ, quarum ſæpe mentio occurrit in antiquis eorum temporum monumentis. (c) Adeo autem ejus Familiæ alumni ſacris ſtudiis erant addicti, ut cum primò in Civitate noſtra domicilium ſtatuerunt, non tam novus Ordo, quàm nova Scholarium Congregatio Bononiæ inſtituta diceretur.

VI. Credi vero poteſt, imo & debet, magnam Profeſſorum illuſtrium copiam brevi extitiſſe in eo Ordine, in quo certatim omnes ad pietatem doctrinæ conjunctam nitebantur. Scimus præterea, complures viros jam bene doctos in eumdem cooptatos; atque, ut de cæteris taceam, certe Ven. Moneta, de quo egimus inter Philoſophiæ Profeſſores, Prædicatoribus adſcriptus in ſummum evaſit Theologum. Quid vero quod aliqui putarunt, ipſum Theologorum Principem, Thomam nempe Aquinatem, ad aliquod ſaltem tempus Bononiæ fuiſſe? Nuperus certe, & nobilis ejus vitæ Scriptor (d) de hac re, tamquam non ignota,

(a) *Lib. 3. tit. 1.* ne clerici, vel monachi, *Et lib. 5. tit.* de magiſtris, & *tit.* de privilegiis.

(b) *Eccleſ. Venet. antiqu. monum. illuſtrat. dec. IV. p. 97.*

(c) *In Archivo Fr. Prædic. T. 9. in tabulis ann. 1268. ſcriptis legitur:* Actum in domo Fratrum Prædicatorum juxta ſcholas ipſorum Fratrum. *In aliis tabulis ann. 1302. die 27. Aug.* Actum Bonon. in domo Fratrum Prædicatorum ſub porticu domus ſcholarium.

(d) *Touron la Vie de S. Thomas d' Aquin l. 3. chap. 3. §. 2.* De Milan le S. Docteur ſe rendit à Bologne, où les Superieurs l'avoient appellé, ſoit à l'occation du Chapitre general, ſoit à la priere de l'Univerſité, qui depuis pluſieurs années faiſoit de fortes inſtances, pour ſe procurer un homme ſi capable de ſoutenir, & d'augmenter l'eclat de ſa réputation. Il donna à la ferveur de ſa devotion les prémiers jours de ſon arrivée dans une maiſon, qui a l'avantage de poſſeder les depouilles de Saint Dominique: il paſſoit une partie de la nuit devant ce ſacré tombeau; & en meditant ſur les vertus de ſon glorieux Patriarche, il demandoit à Dieu ſon ſecours, pour les exprimer en lui-meme, par une fidele imitation. Après avoir ainſi paſſé quelques ſemaines dans le recueillement & la retraite, il commença ſes leçons de Theologie; & on vit des-lors à Bologne, ce qu'on etoit accoutumé de voir dans tous les lieux où il enſeignoit; je veux dire une nouvelle ardeur pour l'etude; le concours des citoyens & des etrangers, qui venoient de loin pour l'entendre; l'admiration, & l'applaudiſſement de tous ceux qui avoient le bonheur, ou d'ecouter ſes diſcours, ou de recevoir ſes deciſions.

Digitized by Google

ta, loquitur, ſtatuitque, Thomam in magna hominum frequentia de rebus Theologicis hic diſputaſſe. Non dubium igitur, quin Theologorum multitudine gloriari potuerit Academia Bononienſis; de quibus modo hiſtoriæ hæ noſtræ loquerentur, ſi eorum ſaltem nomina ſupereſſe potuiſſent.

I.

PETRUS LOMBARDUS.

PEtrus Novariæ in Inſubribus natus, unde Lombardus dictus eſt. Editis Sententiarum libris, vulgo Magiſter Sententiarum, atque ἁπλῶς etiam Magiſter eſt appellatus. Eum nempe quaſi primum Theologiæ, quæ in Scholis traditur, doctorem, & veluti parentem agnoverunt Majores noſtri, ejuſque libros quaſi ſacrum quemdam codicem, a quo diſſentire nemini ſine crimine liceret, venerati ſunt.

II. Dum annis aliquot Pariſiis docuiſſet, Canonicatu Carnotenſi auctus, deinde Epiſcopus Pariſienſis creatus eſt, in qua dignitate vix annum vixit. Præter libros Sententiarum, pro more Theologorum ætatis ſuæ, Divinarum ſcripturarum libros interpretatus eſt; de quo videndus Oudinus, & Caveus. In ejus libris Sententiarum reprehenſum aliquid eſt. Illud tamen minime reprehendendum, quod aliqui ei adſcribunt, ſalebroſam illam Theologiæ tradendæ rationem, ex qua nihil, vel ferme nihil utilitatis percipi poſſit. Nativam quamdam hujus diſciplinæ tradendæ methodum ſequutus eſt Lombardus, quam poſtea Theologi, invectis in eam Dialecticorum ineptiis, omnino perturbarunt. Ipſe ex optimis fontibus ſuam hauſit doctrinam, & ſi quid aut ſubtilius, aut obſcurius ab eo ſcriptum, dandum id facile tempori, quo vixit.

III. Adam Tribechovius de Doctoribus Eccleſiaſticis p. 285. putat, Lombardum non mediocriter profeciſſe ex libris Joannis Damaſceni de fide orthodoxa, qui recens latini redditi fuerant. Procurrit in eamdem ſententiam J. A. Fabricius Bibl. Med. & Inf. latin. l. 15. Et ſunt etiam non pauci, qui Lombardum plagii accuſent, quod in ſuum cenſum contulerit, quæ jam antea commentus fuerat Bandinus in Summa Theologica, ſive ſentent. theologic. libris IV. editis deinde Viennæ ann. 1519. Sed hac culpa liberant alii, inter quos laudatus Fabricius, cum ſaltem incertum ſit, an ante, vel poſt Lombardum vixerit Bandinus ille. (a)

IV. Jam nunc de ejus ſtudiis, & ubinam eadem inſtituerit, diligenter videndum. Ac Petrum quidem Bononiæ ſtudiorum cauſa fuiſſe, atque ex Academia Bononienſi ad Pariſienſem migraſſe fatentur vel ipſi Galli Scriptores in primis illuſtres, Bulæus, Mabillonius, du Bois, aliique. Nemo itaque jure a nobis poſtulaverit, ut domeſticis monumentis id confirmetur, quod, exterorum nominis celebritate præſtantium conſenſione, Univerſitati noſtræ conceditur. Sed hi quidem ſtatuunt, Petrum primis adoleſcentiæ ſuæ annis dumtaxat apud nos ſtudiis vacaſſe; quam ſententiam vel diſpungere, vel ſaltem extenuare nunc oportet, ne Academia noſtra ea laude, quæ mediocris certe non eſt, privetur. Itaque conſtat in primis, Petrum ex Italia in Gallias ita profectum, ut primo aliquamdiu Rhemis ſubſtiterit, deinde Pariſios migraverit, acceptis commendatitiis literis a Bernardo Clarevallenſi ad Gilduinum S. Victoris Abbatem, & Canonicos, quo novo domicilio per aliquod temporis intervallum uſus eſt. Scripta eſt hæc epiſtola circa finem vitæ S. Bernardi, ut patet ex eo, quod & in nupera editione Mabillonii, & in antiquioribus quibuſque inter poſtre-

(a) *Reprehendendus Oudinus, qui ſine ulla errandi formidine affirmat tom. 2. p. 1222. Bandinum longo poſt Lombardum tempore vixiſſe. Fuit Banchinus Londinenſis Auguſt. qui an. 1382. interfuit Concilio Londinenſi contra Wicleſitas, quique, præter ſermones, ac determinat. variar. librum ſcripſit contra poſitiones Joannis Wiclefi. Vid. Ptiſeum p. 539. Balæum VI. 97. Errat igitur Oudinus, qui putat, Banchinum hunc unum eumdemque hominem fuiſſe cum Bandino Summæ Theologicæ auctore.*

mas S. Abbatis epiſtolas locum habet: quare non eſt dubitandum, quin etiam in melioris notæ codicibus mſs. eumdem locum obtinuerit. Itaque accuratiſſimus Mabillonius eam collocat inter illas, quæ ſcriptæ ſunt circa ann. MCLII. & cum ſibi Petrum commendatum ſcribat ſanctiſſimus Præſul a Lucenſi Epiſcopo, hunc putat fuiſſe vel Ubertum, vel Gregorium. Sed pro Uberto Othonem nominare debuiſſet, qui ab anno MCXL. ad annum MCXLVI. eam ſedem tenuit, eique Gregorius ſucceſſit, qui ab anno MCXLVI. ad MCLXIV. Lucenſi Eccleſiæ præſuit. Quod ſi epiſtolam illam ſcriptam reipſa putaverit circa annum MCLII. non alius eſſe potuiſſet Epiſcopus Lucenſis, qui Petrum Bernardo commendatum voluit, quàm Gregorius, ut ſatis manifeſtum eſt. Sed ut ordo, quem ea epiſtola tenet inter cæteras Bernardi, demonſtrat eam eſſe rejiciendam inter ſcriptas extremis vitæ ſuæ annis a Sancto Abbate; ita nulla certa ratio ſuppetit, cur tam ſero ſcripta dicenda ſit: & ſi eam adſcribas anno MCXLVI. vel MCXLVII. omnia egregie componi poterunt; atque ita Petrus Lombardus in Gallia fuiſſet annis XII. antequam Epiſcopus crearetur; quod ſatis profecto erat ad famam ei comparandam. Facilis igitur conjectura ex his ducitur, Petrum jam grandem natu, & nominis celebritate ſatis jam illuſtrem in Galliam commigraſſe, adeoque haud brevi tempore Theologicis diſciplinis in Academia noſtra operam dediſſe.

V. Sed Petrum revera, adulta jam ætate, & bene doctum in ſacris diſciplinis, itineri ſe commiſiſſe, conſtare etiam poteſt, ſi quid ſentio, ex eadem Bernardi epiſtola, in qua Sanctus Abbas Petrum appellat *Virum Venerabilem;* quod ſane de juvene ſeverioribus ſtudiis vix delibuto recte dici non poſſet. Accedit, quod Petro jam Lombardi nomen inditum erat, quo a S. Bernardo in hac epiſtola appellatur, quodque etiam fortaſſe non minimam hominis celebritatem demonſtrare poteſt. Denique Petrus ipſe quemadmodum Rhemis non admodum diu fuerat, ſic Pariſiis etiam haud ſane longiores moras agere cogitabat, ut ſatis conſtare poteſt ex Divi Bernardi verbis: *Rogans*, (nempe Lucenſis Epiſcopus, qui Petrum Bernardo commendaverat) *ut ei parvo tempore, quo moraretur in Francia cauſa ſtudii, per amicos noſtros victui neceſſaria providerem, quod effeci, quamdiu Rhemis moratus eſt. Nunc commorantem Pariſiis veſtræ dilectioni commendo, quia de vobis amplius præſumo: rogans, ut placeat vobis providere ei in cibo per breve tempus, quod facturus eſt hic uſque ad Nativitatem Beatæ Virginis Mariæ*. Atque id argumento eſt, Petrum in Gallias non migraſſe, ut ibi ſacrarum literarum ſtudia quodammodo inſtitueret, ſed ut in iiſdem diu multumque verſatus ſuo illo Gallicano itinere doctior fieret, celebriores audiret, atque cognoſceret ſacræ doctrinæ Profeſſores, qui Rhemis, & Pariſiis ea ætate, præſertim apud S. Victorem, florebant. Itaque factum eſt, ut qui vix paucos menſes Pariſiis degere cogitabat, reliquum vitæ tempus in ea Civitate tranſegerit, incertum, an a Theologiæ amatoribus invitatus, an loci amore captus, in quo diſciplinæ Theologicæ ſuum veluti domicilium parare jam cœperant, quod poſtea firmum, ac perpetuum, ejuſdem Petri beneficio, per conſequentes ætates habuerunt. Ut enim vulgato Decretorum volumine Bononiæ per Gratianum Jus Canonicum ſuos quodammodo lares in hac ipſa Civitate ſtatuiſſe viſum eſt, ita & Pariſiis poſt libros Sententiarum a Petro Lombardo editos nullibi magis Theologiæ ſtudia floruerunt, quæ profecto non ex aliis fere fontibus, quam ex iiſdem Petri libris, quaſi ex ſacro quodam codice, petebantur, quibus interpretandis, illuſtrandiſque quotquot ſubinde excelluerunt Theologi ſuam operam impenderunt.

VI. Hæc ſi quis animo præjudicatis opinionibus ſoluto reputet, judicabit fortaſſe, Petrum Lombardum non ſolum in Scholis noſtris ſacris diſciplinis perdiſcendis vacaſſe, ſed eaſdem etiam tradendi munere ſunctum eſſe, ibique concepiſſe animo conſilium redigendi veluti in corpus quoddam, & in certa capita diſtribuendi Theologicam doctrinam, Gratiani exemplo, qui ſimili ordine eccleſiaſticas leges, & Patrum decreta donaverat. Neque enim ovum ovo ſimilius, quam Gratiani Collectio libris Sententiarum Petri Lombardi. Quod ſi quis

etiam

Digitized by Google

etiam conjecturis amplius indulgere velit, forte ſibi ſuaderi patietur, Petrum Lombardum ægre tuliſſe novam illam tradendi Juris Pontificii methodum, quam Gratiani ſcripta invexerant, quæque Theologica ſtudia a Jure Canonico, cum quo amiciſſime conjuncta ſemper fuerant, avellere inceperat: itaque Petrum Lombardum hanc quaſi Canoniſtarum defectionem indignatum novum illud ſuum Theologicum opus exordiri aggreſſum eſſe, ut afflictæ Theologiæ opem aliquam ea ratione præſtaret. Si hæc vera ſunt, non mediocris certe laus accedit antiquæ illi noſtræ Scholæ Theologicæ, quod Pariſienſi Academiæ Petrum Lombardum dederit, Magiſtrum Sententiarum vulgo appellatum, quem totius Chriſtiani Orbis Scholæ in Theologicis diſciplinis, tamquam Ducem præclariſſimum, per plures ætates ſecutæ ſunt, & ea quidem conſenſione, ut ejus libri tercentorum celebriorum virorum commentariis illuſtrati dicantur.

II.

ALEXANDER III. P. M.

ROlandum Bandinellum, alii Paparonum dicunt, qui ex Canonico Eccleſiæ Piſanæ Rom. Eccleſiæ Cardinalis creatus eſt, mox antem Pontifex Alexandri III. nomen geſſit. Antequam ab Eugenio III. gravioribus curis, & Eccleſiaſticis procurationibus deſtinaretur, docendi munus in Scholis aliquando obiviſſe, non obſcure indicare videtut anonymus Scriptot, qnem ex Codice Vaticano laudavit Baronius (a), ac poſtea Muratotius in lucem edidit. (b) Is enim Rolandum fuiſſe dicit in divinis & humanis literis eruditum, virum quoque *ſcholaſticum*, *& eloquentia polita facundum*. (c) Dum autem *Scholaſticum* dicit, procul dubio oſtendit, bominem fuiſſe, qui docendo in Scholis famam ſibi comparaverit. Id autem apertius ex Roberto de Monte auctore ſynchrono intelligimus, qui eum vocat *Præceptorem magnum in divina pagina* Juriſque Canonici, & Civilis peritiſſimum; & buic quidem, cui perdiſcendo vix credibile eſt illum alibi dediſſe operam, quam in Scholis noſtris: Scholæ enim, in quibus Juriſprudentia traderetur extra Civitatem noſtram vel nullæ prorſus erant, vel non ita celebres, ut tantum virum ad ſe allicere poſſent. *Fuit*, inquit Robertus, *in divina pagina Præceptor maximus*, *& in Decretis*, *& in romanis Legibus præcipuus. Nam multas quæſtiones difficillimas*, *& graves in Decretis*, *& Legibus abſolvit*, *& enucleavit*. (d)

II. Sed ubinam Rolandus docendis ſacris diſciplinis vacaverit, de hoc ſane nec Auctor anonymus a Muratorio editus, neque Robertus de Monte quidquam memoriæ prodiderunt. Habemus id ab Huguccione Ferrarienſi Epiſcopo, celebri quondam Scholarum noſtrarum Profeſſore, qui in ſua Decretorum Summa tempus indicans, quo liber Decretorum a Gratiano fuerat in lucem emiſſus, id accidiſſe ait eo ipſo tempore, quo Alexander III. ante Pontificatum ſacras literas, & Jacobus, quem Irnerii diſcipulum fuiſſe ferunt, Jus Civile Bononiæ docebat. (e) Loquitur autem Huguccio de ea re tamquam notiſſima, nec de ejus fide dubitari poteſt, quippe qui non multo poſt Gratianum vixit, & ſedente adhuc Alexandro III. fortaſſe jam cœperat Jus Canonicum ex Gratiani libris in noſtris Scholis interpretari. (f)

III. Dubium non eſt igitur, quin Alexandet III., ſive Rolandus Bandinellus in Academia noſtra floruerit cum Gratiano, & Jacobo, atque adeo cum Bul-

(a) *Baron. Annal. eccleſiaſt. ad ann.* *MCLIX*.

(b) *Murator. Rerum Italic. Script. Tom. III*.

(c) Frat Vir eloquentiſſimus, & in divinis & ſacris Scripturis, & humanis ſufficienter inſtructus, & in eorum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione probatus, Vir quoque ſcholaſticus, & eloquentia polita facundus, Vir ſiquidem prudens, benignus &c. *ibidem*.

(d) *Robert. de Monte in Append. ad Sigebert. Edidit Dacherius poſt opera Guiberti Ab. p.* 803.

(e) *Vid. quæ hac de re dicta ſunt in Gratiano a Cl. Sartio*.

(f) *Vid. in Huguccione inter Juris Canonici Profeſſores*.

Bulgaro, Hugone, & Martino, præcipuis Romanæ Juriſprudentiæ poſt Irnerium inſtauratoribus, qui eodem tempore vixerunt.

IV. Piſis fuiſſe Rolandum anno MCXLI. inter Canonicos ejus Eccleſiæ adſcriptum, oſtendere videntur tabulæ a Guidone Grandio in appendice ad epiſtolam de Pandectis ad Averanium productæ, quibus Rolandus Canonicus poſt Alduinum Archiepiſcopum, & Guidonem Canonicum ſubſcribit. (a) Anno rurſum MCXLVII. Rolaudum Piſis degentem habemus ex aliis tabulis ab eodem Viro incomparabili prolatis. (b) Ob hæc duo monumenta difficile eſſet tempus certo definire, quo Rolandus in Scholis noſtris ſacras literas docuerit, præſertim cum dubitari poſſit, num ab anno MCXLI ad MCXLVII. perpetuo apud ſuam Eccleſiam Piſanam conſtiterit, an tantum ad tempus ob aliquod negotium ab Academia noſtra Piſas diverterit: neque enim inuſitatum, inauditumque fuiſſet, ut etiam poſt adeptum Canonicatum Piſanum abſens ab Eccleſia ſua verſari poſſet in Scholis; quod plurimos deinde Scholarum noſtrarum Profeſſores ex Romanorum Pontificum indulgentia feciſſe, compertum eſt. Quoniam autem alio loco dictum eſt, Gratianum colligendis Eccleſiaſticis legibus circa ann. MCXL. occupatum fuiſſe, circa eumdem annum Rolandum Bandinellum docendi munere ſunctum in Scholis noſtris manifeſtum eſt, ſive is annis aliquot ante illum ipſum annum MCXL., aut poſt eumdem annum ſacras diſciplinas in Scholis noſtris tradiderit. Neque obſtant veteres tabulæ a Grandio editæ, quo minus etiam poſt annum MCXLI. docendi provinciam ſuſtinuerit, ut ſupra eſt dictum, præſertim cum inter Cardinales cooptatus non ſit ante ann. MCL., ſecus ac Ciaconio viſum fuerat, qui eum ann. MCXLV. ab Eugenio III. hujuſmodi auctum dignitate ſcripſerat. (c)

V. Sed quidquid de hac re tota ſit, pro qua certe numquam pugnarem poſito pignore, dubitari certe non poteſt, Rolandum Bononiæ docuiſſe; atque admodum veriſimile eſt, ex magna celebritate nominis, & opinione doctrinæ, quam ſibi in tradendis ſacris diſciplinis comparaverat, Eugenium Pontificem permotum fuiſſe, ut eum ad ſe accerſeret, iiſque dignitatibus ornaret, & procurationibus adhiberet, quibus gradum ſibi fecit ad ſupremum Eccleſiaſticæ hierarchiæ Principatum. Quò ut aſcendit, nihil moræ fecit, quin ſtatim ad Epiſcopum, & Clerum Bononienſem, & ad Legum Doctores, ceteroſque Scholarum noſtrarum Magiſtros ſcriberet, ſeque in Romanum Pontificem adlectum nuntiaret. Eſt hoc primum, & eximium monumentum Pontificiæ exiſtimationis erga Bononienſem Academiam, quam ſtatim ab ipſis ſui Pontificatus exordiis ſibi maxime devinctam voluit, ut certum in ea præſidium haberet contra ferale ſchiſma, quod in Eccleſia Dei eo ipſo tempore primas veluti radices agere videbat. Et ſane in prælongo Pontificatu, quem geſſit, ut ille ſemper fuit Civitati noſtræ addictiſſimus, ita hæc viciſſim ſuam fidem optimo Pontifici ſancte ſervavit. Sed de hoc ſummo Viro, quem jure comparare poſſis cum illuſtrioribus, ſanctioribuſque Viris, qui umquam difficillimo tempore Eccleſiam adminiſtraverint, quemque Divinitatis inſtinctu conſtat per illud tempus datum Chriſtianæ Reipublicæ, ut eſſet qui Friderico Ænobarbo, feroci homini, & impotenter ad Eccleſiam opprimendam anhelanti reſiſteret. Actum agerem, ſi quæ fortiter, ac ſapienter geſſit, ab innumeris Scriptoribus, qui de iiſdem magna cum laude ſcripſerunt, vellem haurire, atque in hunc locum contra inſtituti noſtri rationem inducere.

GUIL-

(a) Actum Piſe infra Eccleſiam S. Fridiani ann. Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo (*ſcilicet, more Piſano*) octavo kal. Madii indict. quarta..... Ego Rollandus Piſane Eccleſie canonicus diaconus interfui & ſubſcripſi. *Grandi epiſt. de Pandect. p.* 183.

(b) In nomine Domini .... anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo ipſo die kal. Octobris indic. undecima .... Ego Rollandus diaconus & canonicus &c. *Ibid. p.* 190. *Atque hic etiam eſt annus more Piſano notatus, qui eſt juxta æram communem MCXLVII.*

(c) *Rolandi Cardinalis nomen nullibi reperio in diplomatibus Eugenii III., aliiſque eorum temporum monumentis, quæ ſcripta ſint ante annum MCLI., ut conjici poſſit, illum inter Cardinales adlectum non fuiſſe ante ann. MCL., quo anno Eugenius menſe Decembri Cardinales tertium creavit.*

III.

GUILIELMUS LUCENSIS.

OPortet ſanè Guilielmum hunc magni nominis Theologum fuiſſe, qui etſi in aliena civitate hoſpes, in majore tamen Bononienſium templo perhonorificum titulum meruit. Succeſſit fortaſſe in cathedra Theologica Rolando Bindinello jam ad Cardinalatum aſſumpto; & huic quidem opinioni temporum ratio obeſſe non poteſt, cùm Guilielmum extremum diem obiiſſe anno MCLXXVIII. conſtet ex ejus titulo ſepulchrali. Integrum hic damus, ut dijudicare quiſque poſſit de hujus Theologi fama, cujus ne nomen quidem modo ſupereſſet, niſi illud marmore inſculptum nobis ætas illa relinquere voluiſſet.

= Hic Guilielmus erat Lucenſis origine dictus
= Cui merito nomen lucis origo dedit
= Sacre doctrine titulis & honore magiſtri
= Lucens Italicis Lucifer alter erat
= Quod prius in ſpeculo gerebat lumine vero
= Nunc cernit deitas nunc patet ipſa ſibi
= Poſt vitam vita fruitur mors pocula mortis
= Huic dedit ad vitam ſumpſit & hauſit ea
= Auguſti ſibi prima dies fuit ultima vite.
= Hujus & ad vitam janua prima fuit
= Anno milleno centeno ſeptuageno
= Octavo D. . . . . ni (a) mors ſibi vita fuit.

IV.

ALEXANDER DE SAVENSBY

EPISCOPUS CONVENTRENSIS.

FLoruit initio ſæculi XIII. in Scholis noſtris Alexander natione Anglus, Theologus illuſtris, qui cum annis multis ſacras diſciplinas publice docuiſſet, Cathedram Epiſcopalem in Anglia, unde erat oriundus, obtinuit. Colligimus hæc ex S. Antonino, qui tertia parte Chronici in vita S. Dominici (b) hujus noſtri Profeſſoris aliunde ignoti meminit honorificentiſſime. Poſt narratam enim mirabilem Scholaris Bononienſis converſionem: *Hæc*, inquit, *magiſter Alexander vir honeſtus & verax ſuper verſu illo Pſalmi: miſericordia & veritas obviaverunt ſibi: in ſcholis dixit, & in ſuis poſtillis notavit. Hic fuit multo tempore magiſter in Theologia, & poſtea factus eſt Epiſcopus in Anglia, unde erat oriundus*. Scripſit noſter hic Theologus vel commentaria, vel adnotatiunculas ſaltem in ſacros libros, ut a S. Antonino accepimus; ac videtur ejus præcipuum munus fuiſſe ſacras literas in Scholis interpretari.

II. Anno MCCXXIII. nondum erat Epiſcopus; hunc enim ipſum eſſe puto Magiſtrum Alexandrum Doctorem Theologiæ, qui Bononiæ electus eſt arbiter in Cauſa, quæ agitabatur inter Abbatem, & Monachos S. Stephani, & Fratres Cruciferos de quibuſdam prædiis ruſticis. Conſtat id ex tabulis ea de re confectis, quarum hoc eſt initium: = In nomine &c. anno MCCXXXIII. = die ultima exeunte Martio indictione XI. In domo Guidolini Marcheſii in = porta S. Petri in qua moratur infraſcriptus magiſter Alexander preſentibus = magiſtro Tancredo canonico Bononienſi & mag. Petro Hiſpano mag. decre= torum & mag. Johanne Hiſpano de Peteſella & mag. Elia Anglico & = mag. Tebaldo Albianenſis Dn. Marſilius ſyndicus monaſterii S. Stephani ex = parte una & Bonajutus ſyndicus hoſpitalis Cruciferorum nomine ſuo &c. = arbi-

(a) Domini.

(b) *Part. III. tit. xxiii. c. V. P. 2.*

Digitized by Google

= arbitrum eligunt ad finiendam ſupraſcriptam litem magiſtrum Alexandrum = doctorem Theologie ſubdelegatum a Dn. Paduano epiſcopo & a mag. Gui- = lielmo Normano decretorum doctore. (a) Quibus ejus Cauſæ cognitio videtur a Pontifice commiſſa fuiſſe cum facultate ſubdelegandi alios Judices. Atque hic quidem tot illuſtrium hominum conventus apud Alexandrum habitus, atque hæc ipſa ejus deputatio ex judice delegato in arbitrum, qui amice controverſiam componeret, procul dubio oſtendunt, hunc virum magnæ auctoritatis fuiſſe, & ſummo in honore habitum.

III. De ejus Epiſcopali ſede in Anglia nunc videndum. Anno MCCXXX. Conventrenſis erat Epiſcopus Alexander nomine, qui conſtitutiones edidit ad ſuæ Diœceſis inſtitutionem utiliſſimas, & dignas gravi Theologo, & ſacrarum literarum Magiſtro. In iis enim vix quidquam præſcribitur, quod aptiſſimis Divinarum literarum teſtimoniis non comprobetur, ut totum fere opus ſacris Scripturæ verbis & ſententiis ſit contextum. (b) Hunc igitur, quoniam temporis ratio apprime congruit, & certum ejus doctrinæ argumentum habemus, ipſum eſſe Alexandrum exiſtimo, qui ſacras diſciplinas in Scholis noſtris tradiderit. Moveor, ut id credam auctoritate etiam Thomæ Cheſterfeldii antiqui & probati Scriptoris, qui in hiſtoria Conventrenſium, & Lichfeldenſium Epiſcoporum Alexandri Epiſcopi electionem ita accidiſſe narrat. Diſſidentibus Monachis Conventrenſibus, & Capitulo Lichfeldenſi in eligendo Antiſtite, poſt judicium Archiepiſcopi Cantuarienſis, qui electionem per Monachos factam irritaverat, appellatum eſt ad Sedem Apoſtolicam. Itaque Honorius III., qui tunc Romanæ Eccleſiæ præerat, poſtulantibus Capituli Procuratoribus, Monachis vero valde recuſantibus renuntiavit ipſe Epiſcopum Magiſtrum Alexandrum de Savensby, eumque in pervigilio Paſchæ Epiſcopum conſecravit III. Kal. April. ann. MCCXXIV. (c) Sed error eſt in his notis chronicis, ac ſcribendum videtur, anno MCCXXV., quo anno Paſcha incidit in diem III. Kal. Aprilis. Quod ſi annus MCCXXIV. retinendus ſit, ut Wartono videtur, qui Thomæ Cheſterfeldii hiſtoriam edidit in Anglia ſacra, (d) pro III. Kalendas Aprilis ſcribendum erit XVIII. Kal. Maii, hoc enim die Paſcha celebratum eſt. Addit Balæus, (e) Alexandrum hunc Conventrenſem & Lichfeldenſem Epiſcopum doctrina, ſcriptiſque claruiſſe. Atque hæc omnia egregie favent opinioni noſtræ. Alexander enim, de quo ſermo, & ſacris diſciplinis magnopere conditus fuit, & cum anno MCCXXIII. Bononiæ degeret, ut ſupra eſt demonſtratum, anno utique MCCXXIV., ſive eo, qui proxime ſequutus eſt, conſecrari potuit ab Honorio III. Epiſcopus Conventrenſis, & Lichfeldenſis. Tenuit autem eam Sedem non ſine egregiæ laudis teſtimonio ad annum uſque MCCXXXVIII., quo e vita ceſſit apud Andover VII. Kal. Jan., ut narrat idem Wartonus. (f) Videri etiam poteſt Franciſcus Godwin, qui in ſuo de Præſulibus Angl. Comment. (g) Alexandrum etiam Toloſæ docuiſſe narrat.

V.

S. SILVESTER, ET BENVENUTUS.

THeologicæ diſciplinæ in noſtra Academia alumnos egregios, & par ſanctiſſimum liceat ex antiquo pulvere eruere. Silveſtrum dico, Congregationis Silveſtrinorum Patentem eximium, & Benvenutum ejus in ſtudiis collegam,

(a) *Extat in arch. S. Steph.* nunc *Senatus Bon.*

(b) *Apud Wilkins Conc. Britan. Tom. I. p.* 640.

(c) Dominus vero Papa Honorius III. providit eodem die de Paſtore utriq. Eccleſiæ tum Conventrenſi, quam Lichfeldenſi aſſignans illis magiſtrum Alexandrum de Stavenby, qui idem Papa poſtulantibus canonicis, monachis vero poſtulare nolentibus, in vigilia Paſchæ ordinavit in Præsbyterum & die Paſchæ in craſtino conſecravit Epiſcopum una cum Epiſcopo Pariſienſi anno Domini MCCXXIV. tempore regis Henrici III. ſcilicet III. kal. Aprilis. *Th. Cheſterfeld. apud Warton. Angl. Sac. Tom. I. pag.* 437. 438.

(d) *Warton. in adnot. ed. Th. Cheſterfeld. hiſtor. loc. cit.*

(e) *Balæus Cent.* 3. *c.* 94. *apud Warton. loc. cit.* (f) *Ibid.* (g) *Pag.* 316.

Digitized by Google

gam, & poſtea Auximanæ Eccleſiæ antiſtitem. Natus ille Auximi (a) in Piceno ſub finem ſæc. XII., nimirum ann. MCLXXVII., & iis ſtudiis, quibus adoleſcentes impertiri ſolent, in Patria eruditus, Bononiam a Patre eſt miſſus, ut hìc Juris Civilis ſcientia abundaret.

II. Sed Juvenis, Deo volente, Legum Civilium ſtrepitum averſatus, ſacris ſtudiis magna animi contentione ſe addixit unà cum Benvenuto. Habemus id ex Ven. Andrea Jacobi Fabrianenſi auctore ſynchrono, qui, vita functo Sancto Abbate, ejuſdem Vitam (b) conſcripſit, cujus maximam partem audierat a Benvenuto adhuc ſuperſtite, & Eccleſiæ Auximanæ Præfecto. Arbitror equidem, plures annos apud nos fuiſſe Silveſtrum, quem in Patriam vix reverſum, ad Canonicatum concivium ſuorum votis expetitum, eoque auctum ſcimus. Itaque crediderim, non ſolum didiciſſe apud nos ſacras diſciplinas, ſed etiam, pro more temporum, docuiſſe, præſertim cum laudatus ejus geſtorum Scriptor affirmet, brevi admodum temporis intervallo magnos in Theologia progreſſus feciſſe. Eam dignitatem cum aliquandiu tenuiſſet, profuiſſetque magnopere ſuis civibus morum integritate, & divini Verbi prædicatione, majora animo concipiens, novam Monachorum Congregationem prope Fabrianum fauſtis auſpiciis inſtituit, quæ vivit adhuc ad totius Piceni, & Benedictini Ordinis ornamentum.

VI.

D. ANTONIUS PATAVINUS.

ET hoc accedat Academiæ noſtræ ornamentum; quæ de tanti Viri, incertum, an magis doctrina, an ſanctitate vere gloriari poteſt. Nihil attinet ejus geſta commemorare, cum hanc Spartam jam occupaverint complures nobiliſſimi Scriptores, in quibus certe neque diligentiam, neque rerum copiam deſiderare poteris. Antonium Bononiæ Theologiam aliquandiu tradidiſſe ſtatuunt omnes, qui de ipſo ſcripſerunt; & proferuntur etiam Literæ S. Franciſci, quibus Antonio facultatem facit ſacras diſciplinas Bononiæ inter ſuos tradendi. Ego quidem definire non auſim, quantum his Literis tribuendum ſit; attamen Antonium hìc Theologiam docuiſſe, non dubito. Polentonus (c) ſtatuit, omnium primum fuiſſe Antonium, qui in Minorum Ordine ad legendum fuerit deſtinatus. De hoc dubitat VVadingus; & nuperrimus ex eodem Ordine Scriptor (d) fatetur quidem, jam inde ab anno MCCXVI. Bononiæ inter ſuos Theologiæ ſtudium inſtitutum, ſed inconſulto, imo invito Franciſco, a quo etiam diſſolutum narrat. Legitima ipſius initia aſſignat deinde ann. MCCXXIII., quo tempore ex Franciſci voluntate ſtudium apud Minores cœpiſſe arbitratur; quod etiam jam ſtatuerat doctiſſimus Sigonius, (e) qui poſtquam attulit Archidiaconi Spalatenſis teſtimonium de celebri ſermone Bononiæ habito a S. Franciſco in feſto Aſſumptionis B. M. V. anno MCCXX., ſtatim addit: *Cum autem B. Franciſcus Scholam Theologiæ Bononiæ inſtituere caperet, ac Virum inter cæteros eminentem ſcientia quæreret, neminem habuit, quem Antonio Ulyſſiponenſi præferret.*

II. Non dubito autem, quin apud egregiam Familiam recens tunc inſtitutam, quemadmodum apud Prædicatores, ut diximus, Theologiæ Profeſſores hìc labentibus annis abundaverint; & inter eos quidem arbitror illuſtrem admodum fuiſſe Raymundum Berengarii, Bonagratim de S. Joanne in Perſiceto, qui Apoſtolicæ Sedis Nuntii munus geſſit ſub Gregorio X. unà cum Hieronymo

(a) *Chronic. Silveſtr. l. 1. c. 1.*

(b) *Extat autographa in Archivo S. Benedicti Fabriani. Ejus particulam, quæ huc pertinet, dabimus in Appendice.*

(c) *In Vita S. Ant. n. 37.*

(d) *Antonius Azzoguidius Ord. Min. in Not. ad Vitam S. Antonii ſcriptam a Polentono, quæ præcedit Sermones in Pſalmos ejuſdem S. Antonii editos Bononiæ ab eodem, ann.* 1757. *Not.* 37. *p.* 93.

(e) *De Epiſc. Bonon. l.* 2. *T.* 3. *Oper. edit. Mediol. p.* 432.

nymo de Eſculo, & Bonaventura de Mugello. Ad hos extant ejuſdem Pontificis Literæ (a) dat. Viterbii Non. Nov. anno prim., qui eſt ann. MCCLXXII., quibus mandat, Imperatori Græcorum ſuadeant, ut Apocryſarios ſuos mittat ad Concilium Lugdunenſe.

VII.

LANFRANCUS CANONICUS BONONIENSIS.

FLoruit in Academia noſtra inter Theologos Lanfrancus Canonicus Bononienſis, qui alius eſt a Lanfranco Cremenſi, de quo dictum jam eſt inter Canonum Profeſſores, pag. 317. Innotuit Cl. Sartio Lanfrancus iſte beneficio perantiqui Epiſtolarii Auctoris Anonymi, quod ipſe reperit in Archivo Canonicorum S. Petri Romæ, quodque per Literas indicavit Cl. Montio, adjecitque, ex eo intelligi, Lanfrancum hunc de Bononienſi Epiſcopatu cum Gerardo Areoſto contendiſſe. Sed Sartii Literas, quas jampridem mecum communicavit idem Cl. Montius, fruſtra inter meas ſchedas conquiſivi, eaſque intercidiſſe dolui. Itaque cum fervente Typographi opere non ſuppetat modo opportunas, atque huc ſpectantes notitias per amicos Romæ degentes ex eodem Epiſtolario comparare, ſatis fuerit indicaſſe Profeſſorem hunc, de quo plura loquemur, ſi quid ſcitu dignum occurret, cum Epiſtolarii ipſius ſpecimen aliquod dabimus in Appendice.

VIII.

F. GUERRICUS DE S. QUINTINO.

ABſtinerem ab accenſendo hoc Guerrico Profeſſoribus noſtris, niſi me plurimum moveret auctoritas egregii Jacobi Echard, qui in ſuo Opere de Scriptoribus O. P. (b) eum Bononiæ fuiſſe, ac Theologiam inter ſuos tradidiſſe arbitratur. Virum hunc Auguſtæ Veromanduorum natum, Pariſiis plures aunos Philoſophiam, & etiam Medicinam magna omnium commendatione profeſſum, ac tandem inter primos Alumnos domus Sanjacobeæ cooptatum fuiſſe ſtatuit ex Fr. Stephano de Borbone auctore ſynchrono, qui Opus conſcripſit *De ſeptem donis*. Sed cum de quodam Guerrico mentio etiam fiat in Vitis Fratrum P. IV., ac de eo c. 12. ſic legatur, *Frater quidam Vir religioſus, & Pariſiis in Theologia Magiſter cum ſtuderet Bononiæ, & F. Guerricus, qui tunc legebat ibi per ſe, & Fratres multos ad Ordinem adduceret, de die in diem magis indurabatur;* idem Echard, ut omnia componat, unum eumdemque exhibet Guerricum, qui Pariſiis longiore tempore, Bononiæ aliquandiu ſaltem Theologiam tradiderit. Pariſios deinde reverſus, ſolum amplius non mutavit, ac non ſine eximiæ pietatis fama ibidem ſupremum diem vidit circa annum MCCXLV. Ejus obitus deſcribitur in Vitis Fratrum, P. V. c. 4., & eleganter pro guſtu temporis appellatur *Dolium cryſtallinum propter ſapientiæ bonitatem, profunditatem humilitatis, & doctrinæ nitorem*. Multa ſcripſit Guerricus, quæ accurate recenſet laudatus Echard, apud quem videri poſſunt.

BOM·

(a) *Sunt in Codice Diplom. Eccleſ. Bonon. quemadmodum, & aliæ iiſdem datæ Lugd. VII. kal. Decem. ann. ſecundo. Dabimus integras in Appendice.*

(b) Tom. 1. *pag.* 113.

Digitized by Google

I X.

BOMBOLOGNUS.

EX multis, qnos, ut diximus, FF. Prædicatorum Ordo ſacrarum diſciplinarum ſcientia claros in ipſis ſuis initiis effudit, illuſtrem admodum fuiſſe Bombolognum, comperimus. Sub finem ſæc. XIII. Theologiam docuit, in qua quidem ita excelluit, ut prolixos, & pro temporum conditione doctrina refertos Commentarios ſcripſerit ſuper quatuor Sententiarum libros. Vidimus in Bibliotheca ſecretiore S. Dominici eorum Autographum in tria Volumina diſtinctum. Et quidem ad calcem primi Voluminis hæc adnotata leguntur = *Iſtud eſt originale primum hujus ſcripti, & eſt de manu dicti Fratris Bombologni qui fuit contemporaneus Venerandi Doctoris, & admirandi Fratris Thomæ de Aquino ejuſdem Ord. Præd. qui nondum fecerat Summam in Theologia. Anima utriuſque Doctoris requieſcat in pace* =. Igitur ante annum MCCLXIX ſuum opns abſolvit Bombolognus; conſtat enim, Angelicnm (a). Summam Theologicam ad eum annum perfeciſſe. Cum autem Auctor adnotatiuncnlæ, qui certe eſt ſynchronns, quietem adprecetnr utrique animæ, apparet, Angelicum inter Divos nondum relatum; quod contigit initio XIV. ſæculi, nimirum ann. MCCCXXIII.

II. Bombolognum nominatum aliquando reperio Bombologninum in laudato Codice, fortaſſe ut ab alio ejuſdem nominis, ejuſdemque profeſſionis diſtingueretur. Indicarunt enim mihi qui Archivi S. Dominici monnmenta ſæpius evolverunt, incidiſſe ſe aliquando in Bombolognum, Syndicum appellatum. Ego vero in eodem Archivo tabulam teſtamentariam offendi, in qua Bombolognus Lector dicitur, eique ab amico neſcio quid Legati nomine decernitur. Hæc ergo optime componi poſſunt, ſi Bombolognum unum & alterum fuiſſe ſtatuamus. Floruit hic noſter non modo Doctrinæ, ſed etiam Sanctitatis laude inſignis; quod habemus ex alia adnotatiuncula in eodem Codice, ſic enim legitur poſt primum librum: *Incipiunt literalia ſuper primo Sententiarum dicti fratris Bombologni Bonon. cujus vita ſancta fuit & doctrina vera.*

(a) *Ex Jacobo Echard. Scriptor. O. P. Tom. 1. p. 271. 72.*

ARCHIDIACONI

ECCLESIÆ BONONIENSIS.

SPectabilis ſemper fuit Archidiaconatus Bononienſis, quo viri undequaque clariſſimi omni tempore perfuncti ſunt. Lambertus de Flagnano cum pietate, literiſque ad Archidiaconatum Bononienſem perveniſſet, ex ea dignitate gradum ſibi fecit ad omnium maximam, quam Romanus Pontifex creatus, Honorii II. nomine aſſumpto, adminiſtravit. Neque multo poſt Gerardus unus, & alter, & Henricus, continua veluti ſucceſſione ex Archidiaconatu ad Epiſcopatum Bononienſem ſunt evecti. Et nondum tamen Archidiaconatus Bononienſis eam honoris acceſſionem acceperat, quam poſtea conſecutus eſt. Honorius III. ad ſummum dignitatia evexit, cum eum veluti moderatorem, & præfectum eſſe voluit Academiæ Bononienſis, mandans, neminem ad docendum in Scholis noſtris aſſumi, quin librum, ut ajebant, acceperit, & publico judicio ab Archidiacono ſit probatus (a). Eidem indulſit Honorius, ut ſi quem ex Scholaribus contingeret manus in alterum, qui clericus eſſet, injicere, eum ab contracta ob id noxa abſolvere poſſet (b); quæ poſtmodum & alii Pontifices rata habuerunt, & Paulus II., qui etiam aliquandiu Archidiaconatum Bononienſem geſſerat, honorifice confirmavit. Atque hanc Archidiaconi Bononienſis auctoritatem creandi Doctores a Sede Apoſtolica acceptam agnoſcit gloſſa in Clement. *de Magiſtris* (c). Ex eo tempore multo magis aucta eſt Archidiaconi Bononienſis dignitas, & deinceps expetita a Viris ampliſſimis, præſertim cum ad inuſitatos honores quæſtus etiam non minimus acceſſerit; in maxima enim Scholarium undique adventantium copia, cum multi Doctoris inſignia perciperent, ea res bene Archidiacono vertebat, ad quem vacuis manibus nefas erat accedere. Illud etiam percommodum fuit Archidiaconis Bononienſibus, quod a Bonifacio VIII. obtinuerunt. Quoniam enim ex officio ſuo Scholis noſtris præeſſe debent, quod niſi a præſentibus vix fieri poſſe videtur; propterea indulſit Bonifacius, ut aliorum quorumlibet Beneficiorum, ſi quæ ipſi obtineant, fructus jure poſſint abſentes percipere. Id conceſſit Bonifacius VIII. Guidoni Bayſio Archidiacono, ejuſque ſucceſſoribus, ut ex ejus Literis, quas ſuo loco producemus (d). Quoniam igitur Archidiaconus Bononienſis Academiæ noſtræ Præſes auctoritate Pontificia conſtitutus eſt (majorem Cancellarium aliqui appel-

(a) *Vid. infra in Gratia Archidiac.*

(b) *Ibid.*

(c) Et ſciendum quod aliqui conferunt (gradum Doctoris) auctoritate Apoſtolica, ut Archidiaconus Bononiæ, aliqui de conſuetudine, aliqui de jure communi. *Glo. in Clem. de Magiſtr.*

(d) Bonifacius Epiſcopus ſervus Servorum Dei dilecto fil. G. Archidiacono. Cum in Civitate Bonon. ſtudium per Dei gratiam vigeat generale, cui Archidiaconi Bonon. qui ſunt pro tempore præeſſe noſcuntur &c. *Vid. Append.*

pellant) non abs re erit Archidiaconorum chronotaxim hoc loco contexere; præſertim cum multi ex eo numero fuerint, qui antea inter Scholarum noſtrarum Profeſſores maxime claruerunt. Si quis autem plura cognoſcere velit, quæ Archidiaconi Bononienſis jura, privilegia, atque officia pertinent, adire poterit Angeli Gaggii commentariolum, quem de hoc argumento conſcripſit. Juvat interim hic pro coronide ſigillum vetus, quo olim Archidiaconi Bononienſes in ſuis conſignandis Diplomatibus utebantur. Extat apud Ubaldum Zanettum (a) antiquitatum Patriarum inveſtigatorem ſolertiſſimum.



I.

JOANNES.

ARchidiaconi munus in Eccleſia Bononienſi antiquiſſimum eſſe non dubito. Sed tamen ante annum CMLXXIII. quis eam dignitatem obtinuerit, non liquet. Primus igitur Archidiaconus Bononienſis e tenebris emergit Joannes, qui cum Antiſtite ſuo Alberto, ſive Adalberto, interfuit placito Honeſti Archiepiſcopi Ravennatis in loco Marzalia celebrato, cui poſt Epiſcopos, qui interfuerunt, primus ſubſcripſit *Joannes Archidiaconus Sanctæ Bononienſis Eccleſiæ*. Id patet ex eius Actis, quæ has notas Chronicas præferunt: *Temporibus Domni Benedicti Apoſtolici . . . . . . ejus in Dei nomine anno primo Imperante Domno Ottone piiſſimo anno VI. die nono Septembris* (b).

II.

TEUZO.

TEuzonem Archidiaconum prodit inſignis charta Adelfredi Epiſcopi anno MXLV. ſcripta, quam ex Archivo Canonicorum Eccleſiæ Bononienſis in lucem protulit Sigonius in Epiſcopis Bononienſibus, ubi de Adelfredo agit; & poſt ipſum Alidoſius, ubi de Canonicis. In ea charta poſt Presbyteros Eccleſiæ Bononienſis primus in ordine Diaconorum occurrit Teuzo Archidiaconus; de quo viro nihil aliud noſſe datum eſt, præter ejus nomen, & dignitatem, quam in Eccleſia Bononienſi obtinuit.

SA-

(a) *Nunc apud Hæredes.* (b) *Apud Labbè.*

III.

SAMUEL.

ANno MLXII. Bononienſem Archidiaconum habemus Samuelem, cujus mentio eſt in tabulis Canonicorum Eccleſiæ Bononienſis ad eum annum ſcriptis, quæ hoc initium habent: *In nomine ſcẽ & individue trinitatis anno ab incarnatiane dñi ñri Jhũ Xpĩ millõ ſexageſimo ſecundo. regnante dn. enrico filio enrici ĩmpris anno ſexto prid. kal. martii. indic. XV. Paulus presbyter donat in canonica regularis ſcẽ bononienſis eccleſie. & dño Leone Archipbrõ. & dña Samuele archidiacono* agros prope flumen Rhenum *infra vica qui vocatur britalia & trans flumen Sapinam in loco qui vocatur mercurano* (a). Vides hic Archipresbyterum Archidiacono præmiſſum, qui mos aliquandiu duravit. Poſt autem Archidiacono primus ab Epiſcopo locus in Clero Bononienſi datus eſt, ut deinceps patebit.

IV.

DALDUS.

DAldum Archidiaconum Bononienſem fuiſſe novimus ad annum MLXXXIX. ex charta Gerardi Epiſcopi Bononienſis eo anno ſcripta, in qua poſt Gerardum ſubſcripſit Daldus ipſe Archidiaconus. Eam protulit Ughellus in Patriarchis Venetiarum, ubi Abbates S. Georgii majoris recenſet (b).

V.

CLARISSIMUS.

CLariſſimum Archidiaconum exhibet nobis inſignis charta Mathildis Comitiſſæ, quam e chartophylacio Canonicorum Eccleſiæ Bononienſis erutam in lucem proferimus (c). Scripta eſt anno MCV. & amplam donationem continet Canonicis Eccleſiæ Bononienſis facta a piiſſima ac nobiliſſima fœmina, ex cujus patrimonio erat caſtrum Argelatæ, cui vicina erat Eccleſia S. Michaelis hic deſignata. Etiam maſſa Taurani, ſive, ut aliàs appellari ſolebat, Torani, de qua hic ſermo eſt, ad patrimonium Mathildis Comitiſſæ pertinuit; ſita enim erat in Medicinæ finibus; qui item locus ex ejus patrimonio fuit, at ex ejus teſtamento ad Romanam Eccleſiam pervenit. Eodem anno Clariſſimum Archidiaconum ſubſcriptum video poſt Victorem Epiſcopum in charta Archivi Canonicorum Lateranenſium S. Joannis in Monte (d); nec uſlibi præterea ejus mentionem reperio.

LAM-

(a) *Archiv. Canon. S. Petri faſcic. 1. n. 10.*

(b) *Ughell. To. V. Ital. Sac. col. 203.*

(c) *Vid. Append.*

(d) *Ann. 1105. die ſeptima menſ. Maji. Victor Epiſcopus Bonon. in emphyteuſim concedit prædia quædam Alberto Ruſtici de Leonibixa, aliiſq. in Flexo. Subſcribit Victor ipſe, & poſt illum Clariſſimus Archidiaconus.* In Archiv. S. Jo. in Monte. Faſcic. II. n. 25.

VI.

LAMBERTUS DE FAGNANO

POSTEA

HONORIUS II. P. M.

FLagnani locus eſt in Forocornelienſium finibus, Bononienſibus tamen noſtris ab antiquiſſimis temporibus ſubjectus. Ex eo loco, ubi in lucem editus eſt, cognomen duxit Lambertus, vir ſui ſæculi clariſſimus. Hic primò Archidiaconus fuit Eccleſiæ Bononienſis, tum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, denique ad Petri Cathedram evectus eſt, & Honorius II. appellatus. Pandulphus Piſanus, qui, cum in Poutificem electus eſt, præſens adfuit, ſic de illo ſcribit: *Honorius, qui & Lambertus, Oſtienſis Epiſcopus, ſedit annos V. Hic de mediocri plebe Comitatus Bononienſium genitus, bene tamen literatus, a Domino Papa Paſchali receptus eſt, & in Epiſcopum Velitrenſem promotus* (a). Quod hic *de mediocri plebe* audis, intelligendum eſt de loco, ubi natus eſt, non de familia, quam conſentiunt plurimi apprime nobilem fuiſſe, & Bononiæ, quò ex Flagnani loco, unde originem duxit, ſe contulerat, diu floruiſſe. Quod autem Pandulphus Flagnanum ex Comitatu Bononienſium fuiſſe dicit, pertinet ad politicum ejus loci ſtatum, qui Bononienſibus paruit, licèt in agro Forocornelienſi ſitus eſſet. Itaque in marginali adnotatione ad Codicem antiquum Cardinalis Aragonii Honorius II. dicitur *de Oppido Flagnano (al. Fagnano) agri Imolenſis*. Item in deſcriptione Italiæ Cardinalis Anglici tempore Gregorii XI. confectæ *Villa Fagnani* in Comitatu Imolenſi recenſetur (b). Ceterum reliqui fere Scriptores Honorium patria Bononienſem dicunt, tum quod Flagnani locus Bononienſibus parebat, tum quod ex familia genitus ſit, quæ Bononiæ maxime floruerit.

II. Sunt qui Lambertum Canonicis Regularibus Congregationis Rhenanæ adſcribendum putent. Alii ex Canonicis Regularibus Eccleſiæ Bononienſis, qui erant ad Divi Petri, fuiſſe volunt. Et alterutrum quidem verum eſſe poteſt; utrumque, ut quibuſdam videtur, meo quidem judicio, non poteſt. Mihi enim perſuaſum eſt, ſingula hæc Collegia Canonicorum, quæ erant ad Divi Petri, ad Divi Victoris, ad S. Mariæ de Rheno, ad S. Eutropii, ad S. Joannis in Monte, & in aliis fortaſſe Eccleſiæ Civitatis, & Diœceſis Bononienſis, ſi eorum prima jura, atque originem ſpectes, nihil commune habuiſſe inter ſe, præter Regularis vitæ diſciplinam, quemadmodum & Monachorum Monaſteria, antequam ſocietatem inter ſe inirent, & in Congregationes varias coaleſcerent. Primi ex noſtris Canonicis Regularibus, qui id fecerint, fuiſſe videntur, qui erant ad Divi Victoris, & ad Divi Joannis in Monte, qui jam inde a XII. ſæculi initio uni Præfecto parebant, & in unum corpus coiverant. His adjuncti ſunt Canonici Regulares, qui erant ad Divi Eutropii in agro Bononienſi, ut manifeſtum eſt ex Diplomate Clementis IV. in Archivo S. Joannis in Monte (c). At Canonicos Rhenanos cum Canonicis Divi Petri ejuſmodi ſocietatem unquam iniviſſe non conſtat.

III. Lambertum porro Archidiaconum Bononienſem fuiſſe, etſi nullibi ejus mentionem in monumentis Bononienſibus reperire contigerit, in dubium vocare non licet. Nam, præter Scriptores noſtros Sigonium (d), Ghirardaccium, (e), alioſque id aperte affirmantes, accedit auctoritas Romualdi Salernitani Archiepiſcopi, Scriptoris ſynchroni, qui, poſt narratam Calliſti II. mortem, ita de Honorii II. electione habet: *Anno MCXXVI. Indict. IV. Huic ſucceſſit Honorius*

(a) *In addit. ad Ciaccon. To. I. col. 955.*

(b) In comitatu Imolæ = Villa Fagnani, in qua ſunt focularia XXXII.

(c) *Dat. Viterbii II. Id. Dec. Anno tertio.*

(d) *Sigon. de Ep. Bonon.*

(e) *Ghirard. Iſtor. di Bolog. lib. 2. pag. 58. Ciaccon. To. I. ubi de Honorio II.*

Digitized by Google

rius II. natione Lombardus, *prius Archidiaconus Bononienſis*, *poſtea Cardinalis*, *deinde Epiſcopus Oſtienſis*, *qui & Lambertus dictus eſt* (a). Quamdiu antem Archidiaconatum geſſerit, non liquet: ſed tamen non admodum diu crediderim munus illud obtinuiſſe; nullibi enim, ut ante dixi, ejus Archidiaconatum in tabulis, & monumentis eorum temporum memoratum video. Nam quod in Kalendario Archigymnaſii Bononienſis, cujus excerpta aliquot non exigua in adnotationibus ad libros hiſtoriarum Bononienſium Caroli Sigonii afferuntur, Lambertus publice in Scholis noſtris docuiſſe dicitur, id æque commentitium eſt, ut Kalendarium ipſum. De hoc ſummo Viro verbum non addam; nam quæ Cardinalis poſtea, ac Romanus Pontifex creatus geſſit, ea pertinent ad Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores. Illud tamen moneo, certam rationem mihi nullam occurrere, ut Lambertus poſt Clariſſimum ſit ponendus, potuit enim Lambertus Archidiaconatum gerere ante annnm MCV. quo Clariſſimum Archidiaconum habemus.

VII.

RODALDUS.

RODaldum Archidiaconum reperio in tabulis Archivi Eccleſiæ Metropolitanæ Ravennatis, qnibns continentur acta conſecrationis Henrici Bononienſis Epiſcopi Anno MCXXX. celebratæ ad S. Joannem in Perſiceto. Juvat eas tabulas totidem verbis afferre (b), digniſſimas profecto, ut luci donentur; plura enim hinc diſcere poſſumus ad Hiſtoriam Bononienſem ejus temporis illuſtrandam, quæ fruſtra alibi reqniremus. Cum bellum eſſet inter Bononienſes, & Ravennates, nec poſſet Henricus cum ſuis Clericis, & neceſſario Comitatu Ravennam tuto proficiſci, ut a Ravennati Archiepiſcopo conſecraretur, Archiepiſcopus ipſe delegit Caſtrum S. Joannis in Perſiceto, quod eſt ad eam partem agri Bononienſis, qua Mutinenſium fines attingit. Eò igitur profectus eſt Gualterius Ravennatium Antiſtes, erantque una, præter multos ex Clero Ravennati, & Bononienſi, atque aliarum Civitatum, pluresque viros nobiles, Dodo Mutinenſis Epiſcopus, Jacobus Faventinus, Beno Forocornelienſis, & Petrus Ficoclenſis. In hoc igitur tam illuſtri Conventu conſecratus eſt Henricus Epiſcopus Bononienſis, præſente etiam Gerardo Cardinali S. Crucis in Jeruſalem. Hæc ex iis tabulis intelligimus. Ac de bello certe ad annum MCXXX. inter Bononienſes, & Ravennates geſto, cujus in hiſce tabulis mentio eſt, altum in Scriptoribus noſtris ſilentium. Eos etiam latuit annus, quo Henricus Epiſcopus inauguratus eſt. Ajunt, illum deſignatum, ſive electum fuiſſe Epiſcopum jam inde ab anno MCIV., quo tempore, ut eſt apud Ghirardaccium (c), tres ſimul fuerint Epiſcopi Bononienſes electi, quo nihil fingi poteſt magis a diſciplina Eccleſiæ alienum. At in tabulis S. Luciæ de Roſeno, quæ Abbatia erat in agro Bononienſi, tres ſimul ad eum annum nominantur Epiſcopi Bononienſes deſignati, Gerardus, Victor, & Henricus, præter Bernardum Epiſcopum, qui eo ipſo anno obiiſſe dicitur. Hujuſmodi tabulæ fruſtra quæſitæ ſunt in Archivo ejuſdem Abbatiæ S. Luciæ de Roſeno, adeoque nullibi gentinm eaſdem umquam extitiſſe, putandum eſt. Qui primus hanc fabulam de tribus Epiſcopis eodem tempore deſignatis, præter Bernardum Epiſcopum inauguratum, venditavit, chartam, opinor, vidit Bernardi Epiſcopi ad conſecrationem Eccleſiæ S. Luciæ de Roſeno ſpectantem, cui cum poſtea tres Epiſcopi, qui deinceps Eccleſiam Bononienſem moderati ſunt, ſubſcripſiſſent, ut rei geſtæ teſtes accederent, imperitus aliquis exiſtimavit, eos omnes eodem tempore vixiſſe; & quoniam unus tantum eſſe poteſt unius Eccleſiæ Epiſcopus conſecratus, & Ordinarius, pronum fuit, ut reliquos tres,

(a) Romual. *Salern. Chron. inter Rer. Ital. Script. Tom. VII. col.* 185.

(b) *Vid. Append.*

(c) *Ghirard. Iſt. di Bologna l.* 2. *p.* 58.

tres, quos ſubſcriptos videbat, electos, ſive deſignatos diceret. Similem ego chartam vidi in Archivo Canonicorum Eccleſiæ Faventiuæ, quam edidit Tondutius Hiſtoriæ Faventinæ Scriptor (a). Ea eſt Ethici Epiſcopi, qui Canonicis, & Clericis Eccleſiæ ſuæ multa liberaliter donat. Subſcribnnt longo ordine Canonici, & alii ex Clero Faventino, & teſtes aliquot; tum inuſitato quodam more poſt omnes Ethicus Epiſcopus: inferius autem, & extra ordinem, duo Epiſcopi Petrus, & Leo in hunc modum

✠ *Ego Petrus Faventinæ Eccleſiæ Ep. m. m. ſs.*

✠ *Ego Leo electus Faventinus Ep. m. m. ſs.*

Ovum ovo ſimilius non eſt, quàm hæc charta Ethici Epiſcopi Faventini illi chartæ, quam olim vidit qniſquis ille fuit, qui, præter legitimum Epiſcopum Bernardum, tres electos induxit, Gerardum, Victorem, & Henricum, ſi quidem monumentum illud nnquam fuit, nec tres iſti Epiſcopi deſignati vani hominis ſomnium fuerint.

II. Sed redeo ad acta conſecrationis Henrici Epiſcopi. Diſcimus etiam ex hoc inſigni monumento, qui Bononienſium conatus fuerint, pro adſtruenda Eccleſiæ ſuæ libertate & autonomia adverſus Archiepiſcopum Ravennatem. Nihil in Hiſtoria notius eſt, quàm Wiberti Archiepiſcopi Ravennatis pertinacia, qui in ſchiſmate Henriciano diu ſe pro Pontifice Romano geſſit, Clementis III. nomine aſſumpto. Propter hanc Wiberti perfidiam legitimus Pontifex Paſchalis II. Eccleſiam Ravennatem Jnre Metropolitico privavit, & Eccleſias Provinciæ Ravennatis a priſtina ſubjectione exemptas in libertatem aſſeruit. Poſt autem, extincto ſchiſmate, antiqua Jnra Eccleſiæ Ravennati reddita ſunt: quod credibile eſt minus gratum accidiſſe Civitatibus, & Epiſcopis Provinciæ Ravennatis, ac præſertim Bononienſibus noſtris, qui tauto iniquius pati debebant illam Eccleſiæ noſtræ ſubjectionem Eccleſiæ Ravennati, quanto jam tum Civitas noſtra opibus, & populi frequentia reliquas Æmiliæ Provinciæ ſuperabat. Atque hinc factum puto, ut Bononienſes guſtatam ſemel libertatem, perpetnam eſſe quam maxime optaverint. Itaque cum inaugurandus eſſet Epiſcopus Henticus frequentes adfuerunt plures nobiliſſimi viri, Civitatis principes, qui nihil non egerunt, ut Henricus nullo ſe vinculo ſubjectionis erga Eccleſiam Ravennatem obſtringeret. Sed Gualterius Archiepiſcopus non ante Epiſcopum Bononienſem ſe conſecraturum profeſſus eſt, quàm is ex veteri more fidem ſibi, tanquam Metropolitano ſuo, obligaſſet. Si quis autem noſſe cupiat, quid Archiepiſcopo Ravennati promitterent ejus Provinciæ Epiſcopi, cum ab eo inungebantur, adeat Sacramenti formulam ab Henrico Epiſcopo Mutinenſi uſurpatam, cum ab Anſelmo Archiepiſcopo ordinatus eſt Anno MCLVII., quam ex veteri charta Tabularii Metropolitanæ Eccleſiæ Ravennatis in Appendice dabimus.

III. Rodaldi Archidiaconi rurſum mentio eſt in Diplomate Henrici Epiſcopi Bononienſis pro Canonicis S. Victoris; quod, quia ineditum eſt, & multis nominibus æſtimandum, operæ pretium erit e tenebris illnd eruere, & pnblica luce donare (b). Ejus tale initium eſt. *In nomine ſancte & individue Trinitatis. Henricus Dei gratia ſancte Bononienſis eccleſie epiſcopus ſervus ſervorum Dei Alberio* (c) *priori & fratribus in eccleſia S. Victoris que juxta Bononiam ſita eſt divino ſervitio mancipatis tam preſentibus quam futuris in perpetuum Eccleſiaſtice ſollicitudinis pietas nos jugiter ammonet &c.* Subſcribit poſt Henricum Epiſcopum Rodaldus Archidiaconus cum aliis ex Clero Bononienſi. Datum eſt autem hoc Diploma *Indictione X I. Incarnationis Dominice anno MCXXXIII. Nonas Madii Pontificatus autem Dn Henrici anno IIII.* Multa ſunt in hoc Diplomate aut nova, aur parum uſitata in aliorum Epiſcoporum Diplomatibus. Tale eſt, quod Epiſcopus ſe dicat *Servum Servorum*

 Dei,

(a) *Tondut. Stor. di Faenza P. I. pag.* 154.

(b) *Extat in Archivo Canon. Reg. Lateranen. ad S. Jo: in Monte. Vid. Append.*

(c) *Ex Priori Canonicorum S. Victoris creatus eſt Alberius* Regienſium*Epiſcopus. Ejus obitus notatur in hunc modum ad diem VII. Id. Martii in Necrologio S. Victoris.* Ob. Dn. Alberius Reginus Epiſcopus qui fuit Prior noſter MCXLII.

Dei, item circulus in ima pagina adſcriptus cum iis verbis *Scā Bononienſis Eccleſia*, & ſalutationis formula ſolemnis *Benevalete* Monogrammate expreſſa, annus denique *Pontificatus* Diplomati adſcriptus; quæ omnia uſurpata primum arbitror ab Epiſcopis Bononienſibus, quo tempore a ſubjectione Eccleſiæ Ravennatis exempti fuerant, imitatione quadam, ſeu potius æmulatione Archiepiſcoporum Ravennatium, qui hæc omnia in ſuis Diplomatibus ſervabant. Sed hæc obiter. De Rodaldo Archidiacono gravis oritur difficultas. Qui enim fieri poteſt, ut anno MCXXXIII. ſubſcribat Diplomati Henrici Epiſcopi, cum jam inde ab anno MCXXX. Archidiaconum habeamus Maurelium in quadam charta Archivi Canonicorum Bononienſium eo anno conſcripta? Difficilis nodus, de quo videant alii qua ratione poſſit diſſolvi.

VIII.

MAURELIUS.

CHarta (a), quam dixi, his notis conſignata eſt: *Temporibus Dn. Henrici Epiſcopi Bononiæ Archipresbiteri Lamberti atq. Maurelii Archidiaconi anno ab incarnatione Dñi milleſimo centeſimo trigeſimo indictione octava rege Henrico defuncto...... Honorio pp. Actum in curio Medicine in fundo Torani in loco qui vocatur Paradiſo plebe ſcē Marie que vocatur Buita*.

II. Ejuſdem Maurelii rurſum mentio eſt in Tabulis Canonicorum Regularium Congregationis Rhenanæ ad Divi Salvatoris anno MCXXXVII. ad diem XII. Kal. Octob. In iis enim legimus, Morellum Archidiaconum, cum ceteris Canonicis Eccleſiæ Bononienſis, quemdam Eccleſiæ ſuæ fundum locaſſe. Morellum autem hunc non alium eſſe a Maurelio, manifeſtum videtur. Anno etiam MCXL. ejus nomen occurrit in charta Eremi Camaldulenſis, qua continetur concordia inter Henricum Epiſcopum Bononienſem, & Raynerium Abbatem S. Michaelis Caſtri Brittorum, cui ſcribendæ præſens cum aliis multis fuit *Archidiaconus Bononienſis Eccleſiæ, qui Morello vocotur* (b).

IX.

BONIFACIUS.

AB anno MCXL, quo Maurelium Archidiaconum habemus, ad annum MCLXVIII, quis eam dignitatem obtinuerit, non liquet. Eo anno Bonifacium Archidiaconum prodit Alexandri III. Diploma Bonifacio ipſi, Alberto Archipresbytero, & cæteris Canonicis Eccleſiæ Bononienſis conceſſum, quo eorum jura, ac bona confirmat; quod, quia nuſpiam editum eſt, dabimus in Appendice ex Codice membranaceo Archivi Canonicorum Eccleſiæ Bononienſis.

X.

GERARDUS DE GISLA.

EX gente in Civitate noſtra olim nobiliſſima, quæ ex Giſla agnomen geſſit, prodiiſſe dicitur Gerardus, primo Canonicus Eccleſiæ Bononienſis, dein Archidiaconus, poſt autem Epiſcopus. Erat in Canonicorum Collegio ad annum MCLXXIII., ut ex duplici charta ejus anni in eorumdem Canonicorum Tabulario. Rurſum in aliis ejuſdem Tabularii monumentis anno MCLXXXVII. ad diem X. Kal. Jul. inter Canonicos Eccleſiæ Bononienſis nominatur. At eo ipſo

(a) *Arch. S. Petri K. 2.*

(b) *To.III. Annal. Camald. Append. col 389.*

ipſo anno, Martio menſe, Gerardum Archidiaconum Bononienſem nobis exhibet Urbani III. Diploma, quo Gerardo ipſi Archidiacono, & Uberto Archipresbytero, ceteriſque Canonicis bona, & jura Bononienſis Eccleſiæ confirmantur.

II. Suſpicari ergo licet, vel Gerardum Archidiaconum, qui per id tempus fuit, alium eſſe a Gerardo de Giſla, vel duos fuiſſe Gerardos ex ea familia inter Canonicos Eccleſiæ Bononienſis, quorum altero ad Archidiaconatum electo, alter inter Canonicos ſuperſtes fuerit. Vix tamen dubitare audeo, quin Gerardus iſte ex Giſlæ familia fuerit; quod unanimi Scriprorum Bononienſium conſenſu admittitur, quibus perſuaſum eſt, Gerardum Giſlam ex Archidiacono Bononienſi ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopum creatum. Id accidiſſe narrant (a) ad annum MCLXXXVII. vacante Bononienſi Cathedra ob deceſſum Joannis Epiſcopi, cujus obitus in Necrologio S. Jo: in Monte Idibus Januarii his verbis notatur. *O. Dn. Gerardus Ep. Bonon.* Multa ab eo egregie facta narrant Hiſtorici noſtri, ac præſertim Carolus Sigonius (b); atque omnium primus fuit, qui Epiſcopus Bononienſis, & Princeps ſit appellatus. Novo etiam, aut certe raro admodum exemplo Prætor Civitatis adlectus eſt; quo intelligi poteſt, quæ Majorum noſtrorum de ejus prudentia, & æquitate opinio fuerit (c). Viſitur adhuc Epigraphe ad ædiculam, vulgo *la Croce de' Santi*, poſita, qua deſignantur Sanctorum Lipſana ad eum locum a Gerardo depoſita A. D. MCLXXXXII. Eam ad Gerardum hunc pertinere, certa res eſt, quemadmodum obſervatum Sigonio, ceteriſque Scriptoribus noſtris.

X I.

GERARDUS DE RIOSTO.

Cum itaque ad Epiſcopatum Bononienſem evectus eſſet Gerardus de Giſla Archidiaconus, in ejus locum ſuffectus eſt Gerardus de Rioſto, ex prænobili Gente, quæ etiamnum Bononiæ floret, & Areoſta jamdiu appellatur. Fuerat hic etiam Bononienſis Eccleſiæ Canonicus (d); & Archidiaconatum tamdiu geſſit, quamdiu in vivis fuit Gerardus de Giſla Epiſcopus. Illo enim obeunte, in ejus locum creatus eſt Epiſcopus anno MCIIC., ut narrant Hiſtorici Bononienſes. Ex ejus actia dum Archidiaconatum gereret, illud unum novimus, anno MCXCVII. cum Nigro Archipresbytero, & Henrigetto de Fracta, Magiſtro Oddone, ac reliquis Canonicis Eccleſiæ Bononienſis, raram habuiſſe ſententiam Gerardi ſubtilis, qui Jus Bononiæ dicebat pro Matthæo Corrigienſi Prætore in cauſa Canonicorum cum Azzolina Comitiſſa Uxore olim Nobilis Viri Gerardi de Lamula, ut ex tabulis in Archivo Canonicorum Eccleſiæ Bononienſis (e). In Epiſcopatu autem plura de illo narrantur, quæ ad inſtitutum noſtrum non pertinent.

II. Illud tamen reticendum non eſt, quod Hiſtoricos noſtros latuiſſe videtur, Gerardum ſcilicet, cum ad annum uſque MCCXIII. Eccleſiam Bononienſem gubernaſſet, non quidem ſponte, ut aliqui ſcripſerunt, ſed juſſu Innocentii III. Epiſcopatum abdicaſſe, vel eo munere privatum fuiſſe, ut ex Literis ejuſdem Pontificis intelligimus ad Archiepiſcopum Ravennatem, & Epiſcopum Cremonenſem datis, quas exhibet Rubeus Hiſtoriarum Ravennatium libro ſexto (f). Senſerat multo ante Gerardus ſe imparem eſſe gerendo Epiſco-

(a) *Ghirard. lib. IV. p. 99.*

(b) *Sigon. lib. 2. de Ep. Bonon.*

(c) Hæ ſunt quædam adjectiones factæ præſcriptæ concordiæ & paci (*Bononienſium, & Ferrarienſium*) tempore Dn. Gerardi Giſlæ Epiſcopi, & tunc poteſtatis Bonon. an. MCLXXXXIII. *Apud Murator. Antiqu. med. ævi. Tom. II. col.* 894.

(d) *An. MCLXXXIII. kal. Nov. & an. MCLXXXVII. x. kal. Jul. Girardus de Giſla, & Girardus de Rioſto nominantur in tabulis Archivi Canonicorum Eccleſiæ Bonon. a me viſis.*

(e) *Faſcic. II. n. 3.*

(f) *Rub. Hiſt. Raven. lib. VI. p. 277.*

pali muneri, & Pontifici promiſerat, quamprimum ſe abdicaturum. Atque interim accidiſſe arbitror, ut Civitatis, & Diœceſis Bononienſis viſitatio commiſſa ſit ab eodem Innocentio III. Azoni Abbati S. Stephani; qua de re eſt Innocentii ipſius epiſtola inter Decretales Gregorii IX (a) Sed cum Gerardus moras necteret, nec fidem ſuam liberaret, vel etiam aperte negaret, ſe numquam id promiſiſſe, mandavit Pontifex Archiepiſcopo Ravennati, & Epiſcopo Cremonenſi, ut quantocius Gerardum ad abdicandum adigerent; ſin autem vel recuſaret, vel etiamnum tempus ducere inſtitueret, ipſi pro poteſtate exauctorarent, & idoneum ſucceſſorem eligi curarent (b). Eſt autem in ejus locum electus ille idem, quem in Archidiaconatu ſucceſſorem habuerat, de quo jam dicturi ſumus.

XII.

HENRICUS DE FRACTA.

EX gente in Civitate noſtra in primis potenti, & nobili de Fracta natus eſt Henricus, quem Signius, aliique Scriptores inter Canonicos Regulares S Salvatoris Clericali militiæ nomen dediſſe affirmant, obſiſtentibus tamen aliis, qui S. Victoris, aut S Joannis in Monte Canonicis accenſent (c). Id ſimiliter narrant de utroque Gerardo Giſla, quem Canonicum S. Victoris fuiſſe autumant. Sed iis ego aſſentiri non audeo. Ut enim uterque Gerardus, ita & Henricus Regularem quidem vitam profeſſi ſunt; ſed non alibi, quàm apud majorem Eccleſiam Bononienſem. Porro Henricum de Fracta Canonicum Eccleſiæ Bononienſis fuiſſe, nam de duobus Gerardis ſatis conſtare arbitror ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, manifeſtum eſt ex iiſdem illis tabulis, anno MCXCVII. ſcriptis, quas ante commemoravi, in quibus nempe Gerardus Archidiaconus cum Nigro Archipresbytero, *Enrigetto de Fracta*, Magiſtro Oddone, aliiſq; Canonicis, ſententiam Gerardi ſubtilis judicis confirmat, & approbat. Qui enim ibi *Enrigettus de Fracta* dicitur, ille idem Henricus eſt, qui, Gerardo de Rioſto ad Epiſcoparum Bononienſem evecto, creatus eſt Archidiaconus, aliquot poſt annos. Nam anno MCC adhuc Archidiaconatus dignitate minime auctum fuiſſe, apparet ex charta Archivi Canonicotum, in qua, Gerardus hic noſter Canonicus nominatur (d). Veriſimile puto, tam diuturno tempore dignitatem hanc vacaſſe ob exortas diſſenſiones inter Canonicos, & Epiſcopum de novi Archidiaconi electione; quod infrequens non fuiſſe per ea tempora, videri infra poterit, ubi de Gratia, & Tancredo.

II. Ejus porro haud raro mentio occurrit in monumentis eorum temporum. Anno ſiquidem MCC. *D. Henricus Archidiaconus, & D. Judex Archipresbyter*, conſentientibus ceteris Canonicis, ideſt *Magiſtro Joanne, Magiſtro Lanfranco &c.* locationem quamdam renovant, ut ex charta Archivi Canonicorum S. Salvatoris (e). Anno MCCIII. ſponſionem habemus Gerardi Epiſcopi Bononienſis, qui coram Alberto Archiepiſcopo Ravennati, Henrico Archidiacono, & Canonicis Eccleſiæ Bononienſis promittit, nihil ſe, neque decimarum, neque penſionis, aut vectigalium nomine, exacturum ex certis quibuſdam Canonicorum prædiis (f). Anno rurſum MCCIV. interfuit Conſecrationi altaris S. Michaelis Archangeli, & S. Thomæ Epiſcopi & Martyris, quod erat *in Paradiſo* S. Jo: in Monte, de quo diximus, ubi de Magiſtro Jacobo Britonorienſi, qui ex Medicinæ Profeſſore Canonicus Regularis factus eſt.

III. Ad annum MCCVII. Gerardus Epiſcopus pro tribunali ſententiam dixit pro Henrico Archidiacono Judice Archipresbytero, & reliquis Canonicis Eccle-

(a) *Eſt Decretalis:* Dilectus filius. *De reſcriptis.*

(b) *Extant Gregorii IX. Literæ in Cod. Diplom. Eccl. Bonon.*

(c) *Videantur Ghirard. Signius, Trombellus cap. 264. aliiq. de hoc Epiſcopo diſſentes.*

(d) *Eam vidit Cl. Montius.*

(e) *Faſcic. XXIII. n. 42.*

(f) *Ex charta Archiv. Canonic. S. Petri faſcic. II.*

Eccleſiæ Bononienſis in Cauſa, quam habebant cum Medicinatibus, qui Canonicorum prædia, in agro Medicinati ſita, immunia eſſe negabant a publicis exactionibus (a) Adſuerunt huic Epiſcopi judicio Abbas S. Michaelis de Medicina, & *Dn. Pillius Doctor Legum*, celebris Scholarum noſtrarum Profeſſor, de quo ſuo loco diximus, & Medicinatem eſſe oſtendimus. Ad annum quoque MCCXII. XII. Kal. Jan. ejus mentio eſt in Actis publicis Bononienſium (b), quo die, ut in ipſis Actis legimus, *in palatio Communis Bononiæ in pleno Conſilio credentiæ eorum DD. Girardo Bonon. Epiſc. & D. Henrico Archidiacono S. Petri & Presbitero Judice Archipresbitero & Mag. Martino & aliis pluribus Canonicis Dn Azzo Abbas S. Stephani pro ſe & ſuis Monachis remiſit Dn. Girardo Capoinſacco & Dn. Catellano Poteſtatibus Bonon. & Conſilio*, omnem querelam, & litem, quam adverſus Commune Bononienſium habebat, propterea quod Guilielmus Poſterula, qui anno ſuperiori Bononienſium Prætor fuerat, contra jus, faſque Sententiam in Monachos, & Converſos ejus Monaſterii dixerat, eoſque neſcio qua pœna damnaverat; quæ libertatis Eccleſiaſticæ violatio ita Pontifici diſplicuerat, ut Civitatem Bononienſem ob eam rem ſacris interdixerit (c).

IV. Ad Henricum etiam pertinet, quod, eo cum cæteris Canonicis petente, Innocentius III. quædam eorum Statuta confirmavit. Id cujuſmodi ſit, ipſius Innocentii Literæ docebunt, quas in Appendice damus (d). Ex his autem Statutis Canonicorum Eccleſiæ Bononienſis ab Innocentio III. approbatis intelligere licet, eos per illud tempus adhuc una vixiſſe in ædibus Eccleſiæ majori adjacentibus, & Canonicorum ordinem, ac Regularem vitam ſæculo XI. ab Adelfredo in Eccleſia Bononienſi vel primo inductam, vel reſtitutam adhuc viguiſſe. Hinc etiam intelligimus, Canonicos omnes non uno ordine, & gradu fuiſſe, uti nunc fit; ſed alio atque alio, Presbyterorum ſcilicet, Diaconorum, & Subdiaconorum, qui mos ab ipſis Eccleſiæ incunabulis inſtitutus pæne jam obſolevit. Et quamquam id aliunde ſatis notum eſt; juvat tamen inſigne aliud ejus rei monumentum ex ſemilacera membrana Archivi Monachorum S. Stephani, nunc Senatus Bononienſis, afferre (e), ex qua etiam *Veſterarii* officium in Eccleſia Bononienſi non perinde notum agnoſcimus; de quo Eccleſiaſtico officio eruditiſſime diſſeruit nuper ſingularis amicus meus Petrus Aloyſius Galletus Abbas Caſinenſis (f). Sed ut ad Henricum redeam, cum is Archidiaconatum Bononienſem tenuiſſet ad annum uſque MCCXIII, creatus eſt Epiſcopus Bononienſis poſt Gerardum, quem Innocentius III. exauctorandum mandaverat, niſi ipſe ultro abdicaſſet. Neque vero ſuſpicari fas eſt, Archiepiſcopum Ravennatem, & Epiſcopum Cremonenſem, quibus id negotii ab Innocentio demandatum fuerat, ut ſupra oſtendimus, Pontificis juſſa diligentiſſime non impleviſſe; nam eo ipſo anno MCCXIII. ſub finem Novembris Henricum Bononienſem *electum* habemus in tabulis ejuſdem Archivi Senatus Bononienſis, quod olim fuit Monachorum S. Stephani. Eas libenter legent eruditi antiquitatis amatores (g). Accedit, quod in Necrologio Canonicorum S. Victoris, & S. Joannis in Monte Gerardi obitus in hunc modum notatur: *IIII. kal. Febr. ob. dn. Gerardus quond. Bonon. ep. canon. & fr. nr.* Ex quo appa-

(a) *Ex charta ejuſd. Archiv. faſcic. eod. Vid. Append.*

(b) *Regiſtr. groſſ. p. 304. in Archiv. Com. Bonon.*

(c) *Ghirardac. ad an. MCCXI. MCCXII.*

(d) *Append.*

(e) Temporibus Dn. Johannis ..... anno tertio. & regnantibus Dn. ñr. Berengario & Adelberto ejus filio magnis .... octavo die menſ. in I.

✠ Servus Xpi Jhũ Adelbertus gr. DI boñn. huic enfiteon a me facta die ſup. l. mm. ſs.
✠ Johs vv. archipbr. ſcē boñ. eccle. mm. ſs.
✠ Petrus pbr. ſcē bon. eccle. mm. ſs.
✠ Johs. pbr. ſcē bon. ecclē mm. ſs.
✠ Petrus pbr. ſcē bon. ecclē mm. ſs.
✠ Abraham pbr. ſcē bon. ecclē mm. ſs.
✠ Urſus pbr. ſcē bon. ecclē mm. ſs.
✠ Johs. diaconus ſcē bon. ecclē mm. ſs.
✠ Petrus diac. ſcē bon. ecclē mm. ſs.
✠ Wandilo diac. ſcē bon. ecclē mm. ſs.
✠ Johs. diaconus & veſterarius ſcē boñ. ecclē mm. ſs.
✠ Leo diaconus & notarius ſcē boñ. ecclē. mm. ſs.

(f) *Del Veſterario della S. R. Chieſa Diſcorſo di D. P. Luigi Galletti in Roma 1759.*

(g) *Append.*

apparet, Gerardum, cum rebus humanis exemptus eſt, Epiſcopatu jam exceſſiſſe. Henrico igitur ad Epiſcopalem Cathedram evecto, Mag. Gratia Arretinus creatus eſt Archidiaconus Bononienſis.

XIII.

GRATIA ARRETINUS

ARCHIDIACONUS BONONIENSIS

ET EPISCOPUS PARMENSIS.

MAgiſtri Gratiæ nomen longe celeberrimum olim fuit in Scholis noſtris; ſed ejus memoria, pæne jam excidit, aut certe non viget pro tanti viri meritis. Eò hìc majorem in ea excitanda, & illuſtranda operam collocare oportet. Gratiæ patria Arretium fuit, quod ex Guilielmo Durantis, ejuſque interprete, & illuſtratore Joanne Andreæ intelligimus. Sed Pancirolus (a) corruptos Durantis libros nactus, uti fere ſunt typis editi, quos videre licuerit, in errorem non ferendum lapſus eſt, & pro Gratia, quem omnino ignoravit, Gratianum neſcio quem Arretinum, qui numquam in mortalium numero fuit, inter antiquos Juris Pontificii interpretes, ex fide Guilielmi Durantis, intruſit. Atque in hunc eumdem errorem ante Pancirolum Diplovataccius inciderat (b). Ait Guilielmus Durantis in *Speculo* plures fuiſſe, qui ſcripſerint de ordine Judiciorum, ac præſertim id actum *a Pylio*, *Bogorotto*, *Tancredo*... *Joanne de Deogratio*, *& Bonoguido Arretino*, *Joanne de Blanoſco*, *Ægidio Bononienſi*, *& aliis* (c). Ita fere in editis. Sed turpe hìc mendum cubat, & legendum proculdubio *Joanne de Deo*, *Gratio*, *& Bonoguida Arretinis*. Eſt etiam notiſſimus inter Canonum Profeſſores Joannes de Deo, qui librum Judicum, ſive de ordine Judiciorum ſcripſit. At Joannes de Deogratia nunquam auditus. Sed omnem amovet ſcrupulum Joannes Andreæ in additionibus ad Guilielmi Durantis Speculum, ubi recenſens ex ordine antiquos Juris Pontificii interpretes, eos præſertim, qui de ordine Judiciorum ſcripſerant, de quibus minus accurate egerat Guilielmus Durantis, octavo loco Gratiam Arretinum collocat: *Octavus*, inquit, *Gratia Arretinus*, *quem allegat auctor*, ſcilicet Guilielmus Durantis, *in Speculo Juris tit. de procurat. §. nunc videamus*. *Nonus Bonoguido etiam Arretinus* (d). Et quamquam in aliquibus libris editis hìc etiam pro *Gratio Gratianus* legatur, quod Diplovataccium & Pancirolum in errorem induxit, in editionibus minus corruptis Speculi Juris, cum additionibus Joannis Andreæ, Gratiæ nomen occurrit. Talis eſt editio admodum rara, quæ prodiit Bononiæ anno MCCCCLXXIV. tribus maximis voluminibus *per Joannem de Azoguidis civem Bononienſem* (e). Ita etiam legitur in Codice Mſs. Bibliothecæ Barberinæ; ut de vero hujus Profeſſoris nomine dubitare amplius non liceat, nec de ejus etiam Patria ambigendum. Quare expungendus omnino Gratianus ille Arretinus a Pancirolo, & aliis in Profeſſorum Juris Canonici album, tota repugnante antiquitate, intruſus.

II. Quos Præceptores habuerit Gratia, incompertum eſt; neque etiam liquet, quo tempore docere cœperit in Scholis noſtris. Illud certum videtur, fuiſſe inter primos, qui Decretales Romanorum Pontificum, ætate ſua in corpus redigi cœptas, & Scholæ commendatas, ſunt interpretati. Eſt hìc omnium pri-

(a) Ante Bonaguidam fuit Gratianus, & ipſe Arretinus, cuius nihil, niſi nomen extat. *Pancirol. lib. III. c. XI.*

(b) *Diplovataccius* Gratianum Arretinum *ex Joanne Andreæ in additionibus ad Speculum Juris commemorat*.

(c) *In proœm. Speculi Juris*.

(d) *Jo: Andr. in addit. ad Spec. Juris in proœm.*

(e) *Extat in Bibliotheca Monachorum Montis Oliveti ad Divi Michaelis in Buſco*.

Digitized by Google

primus, quem Decretalium Magiſtrum dictum fuiſſe comperiam (a). Itaque ejus ætate inductum eſt diſcrimen inter Decretorum, & Decretalium Profeſſores, nempe inter *Decretiſtas*, ut appellabantur, & *Decretaliſtas*. Neque abhorret a vero, Gratiam, cum Innocentius III. Decretalium collectionem ſua auctoritate factam ad Academiam noſtram miſit, præ reliquis Doctoribus Bononienſibus in iis Decretalibus exponendis magnam ſibi eruditionis & doctrinæ famam comparaſſe, atque ita ipſius Pontificis animum ſibi devinxiſſe; qui ad eum poſtea & graves commiſit cauſas definiendas, & plures epiſtolas ſcripſit, quarum aliquæ in Decretalium collectionibus, quæ poſtmodum prodierunt, ſunt inſertæ.

III. Videtur itaque Mag. Gratia ante finem ſæculi XII. in Academia noſtra clarere cœpiſſe. Conſtat enim, initio ſæculi ſequentis ſatis eum celebrem fuiſſe, nec ſolum in Schola, ſed etiam in Foro non infimum tenuiſſe locum. Eum certe jam inde ab anno MCCVI. Guala Cardinalis, & Sedis Apoſtolicæ Legatus, ſuas ei vices in Cauſis cognoſcendis delegaverat. Conſtat id ex ipſius Gratiæ ſententia in Cauſa, quæ agitabatur inter presbyterum Albertum S. Mariæ de Porta Ravennate, & Magiſtrum Guidonem Senenſem, lata Idibus Decembris ejus anni: in quo quidem judicio Magiſter Gratia adjudicavit Magiſtro Guidoni Senenſi, aliiſque hæredibus fiduciariis Magiſtri Benincaſæ non exiguam pecuniæ ſummam, ab eo depoſitam, dum viveret, apud Canonicos Regulares S. Joannis in Monte (b). Atque hunc etiam Benincaſam Profeſſoribus Scholarum noſtrarum adnumerandum cenſeo, qui docendo non levem quæſtum ditandis hæredibus fecerit.

IV. Quinquennio poſt, anno nimirum MCCX. Mutinam profectus eſt cum Bononienſium Legatis, Azone Legum Doctore, Rambertino Guidonis Buaſelli, Ubertino Judice, & Guidone Scanabicchio Alberici filio, quibus a Communi Bononienſium mandatum fuerat, ut Gerardum Albanenſem electum, & Sedis Apoſtolicæ Legatum, Mutinæ tunc degentem, convenirent, eumque orarent, ne eo tempore, quemadmodum ſibi in animo eſſe oſtenderat, Bononiam veniret, propterea quod ob diverſa civium ſtudia, aliis nimirum Eccleſiæ, & Pontifici faventibus, aliis in adverſam partem inclinantibus, ejus adventus magnos motus, & atrocia diſſidia in Civitate noſtra excitaturus videbatur. Res ſcitu digniſſima eſt; nec melius cognoſci poteſt, quam ex actis publicis, quæ in Appendicem rejecimus (c). Porro ex his intelligimus, Magiſtrum Gratiam cum Magnatibus multis præſentem adſuiſſe cum Legati Bononienſium Gerardo Cardinali mandata Communis Bononiæ exponerent; ac primus honoris cauſa nominatur poſt Epiſcopum Cremonenſem, quamvis necdum ulla dignitate Eccleſiaſtica ornatus eſſet. Sed magnæ exiſtimationi, quæ de eo eſſet, tribuendum puto, quod homo exterus publicis Civitatis rebus quocumque modo ſit adhibitus, erat enim id parum conſonum Civitatis noſtræ moribus, & inſtitutis.

V. Floruit Gratia in Scholis noſtris temporibus Innocentii III., & Honorii III. Non dubito, quin aliquandiu etiam ante Innocentium III.; ſed ejus temporis nulla memoria ſupereſt. Uterque eorum Pontificum, cum & ſapientiſſimus eſſet, & juris conſultiſſimus, Magiſtro Gratiæ plurimum detulit. Habemus, ut ante dictum eſt, plures Innocentii epiſtolas ad magiſtrum Gratiam, ac multo etiam plures Honorii; quarum aliquæ in antiquis collectionibus, & in poſtrema Gregorii IX., plures autem in regeſtis, ut vocant, Vaticanis extant, ex quibus exſcriptæ ſunt, & inſertæ Codici Diplomatico Eccleſiæ Bononienſis, quem opera Conſtantini Rogerii V. Cl. perfecit immortalis memoriæ Benedictus XIV., & in publicam Bononienſium Bibliothecam, ſua impenſa erectam, & maxima optimorum librorum copia locupletatam, inferri mandavit.

VI. Ita-

(a) An. MCCXIII. die VIII. Martii Mag. Gratia Decretalium *ex arbitrio ſibi a partibus dato pronunciat, fundos quoſdam in parochia S. Petri Ultiani debere decimas Abbati S. Stephani. Ext. in Archiv. S. Steph. nunc Senatus Bononien. Lib. II. n.* 20.

(b) *Vid. Append.*

(c) *Vid. Append.*

Digitized by Google

VI. Itaque Innocentius III. Magiſtri Gratiæ ſcripſit, ut cum Archipreſbytero Campi Gallani, & Priore S. Joannis in Monte Cauſam Monachorum Ferrarienſium S. Bartholomæi adverſus eorum Abbatem cognoſceret, quem negabant adminiſtrando Monaſterio, & ſervandæ ſui Ordinis diſciplinæ idoneum. Ea de re primum ad Huguccionem Ferrarienſium Antiſtitem appellaverant, dein ad Romanum Pontificem, qui Cauſam ſupremo judicio finiendam Gratiæ, & duobus, quos diximus, commiſit. Datæ ſunt Innocentii Literæ III. Id. Octobria anno XIII., ideſt, anno MCCX. (a) Idem Innocentius Literis datis IV. Id. Octobris anno XIV. Abbati S. Stephani, & Magiſtro Gratiæ mandavit, ut Epiſcopum Alexandtinum Epiſcopalibus miniſteriis interdicerent, eo quod, contra ſui ordinis dignitatem, contractus minus honeſtos feciſſet (b). Eſt alia Innocentii epiſtola data Kal. Sept. anno X. Magiſtris C., & G. Decretorum Doctoribus Bononiæ commorantibus. Horum alterum fuiſſe Gratiam, nullns dubito; alter quis fuerit, me latet. Eis mandat, ut Cauſam finiant, quæ jamdiu agitata fuerat inter Archiepiſcopum Ravennatem, & Faventinos (c). Eſt alia Innocentii III. epiſtola inter editas a Baluzio (d), quæ inſcripta eſt Magiſtro G. Decretorum Doctori, ego Gratiam exiſtimo, Priori S. Jo: in Monte, & Archipresbytero Campi Gallani, quibus Cauſam quamdam cognoſcendam committit. In harum Literarum inſcriptionibus non aliter appellatur Magiſter Gratia, quam Doctor Decretorum. Honorius III. Innocentii ſucceſſor non ſolum multas ei Cauſas cognoſcendas commiſit, ſed multis, ac magnis honoribus auxit. Et primo Capellanum ſuum creavit; quod munus honeſtiſſimum habebatur, & viris in jure præſertim Pontificio excellentibus deferri conſueverat, quos propterea Capellanos Pontificis dictos putant, quod Cauſas ad Apoſtolicam Sedem undique allatas in ſacello, ſive capella palatii Apoſtolici unà cum Pontifice cognoſcebant, dicti etiam Cauſarum palatii Apoſtolici Auditores (e). Eorum locum nunc tenent Romanæ Rotæ Auditores. Itaque Gratia a Scholis noſtris abductus Romæ aliquandiu verſatus eſt judiciis exercendis apud Pontificem. Eo munere fungebatur anno MCCXVIII., quo anno *in palatio Lateranenſi* ſententiam dixit in Cauſa, quæ erat inter Commune Reatinorum, & Valviani dominos (f). Eodem anno Honorius III. ſententiam mag. Gratiæ capellani ſui confirmavit, *latam apud S. Petrum in palatio Pontificis* in cauſa Abbatis S. Leucii apud Tudertes contra Eccleſias ei Monaſterio ſubjectas (g).

VII. Quamdiu Romæ egerit Gratia, non liquet. Bononiam rediiſſe conſtat, ibique annis aliquot fuiſſe Archidiaconatu Eccleſiæ Bononienſis auctum; quæ dignitas cum antea eſſet admodum ſplendida, per illud ipſum tempus multo majorem honoris acceſſionem ſuſcepit. Sed incertum eſt, quo anno Gratiæ delata ſit ea dignitas. Henricus Archidiaconus Bononienſis ad ſedem Epiſcopalem evectus eſt anno MCCXIII. ad exitum properante. Num ſtatim in ejus locum delectus ſit Magiſter Gratia, an alius aliquis Henrico ſucceſſerit, cujus memoria interciderit, in obſcuro latet. Anno MCCXVIIII. menſe Martio Gratiam jam tum Archidiaconatum tenuiſſe conſtat ex Literis Honorii III. ad Clerum, & Populum Bononienſem, quibus mandat, ut libere eum ſinant exercere, quæ ad Archidiaconatus officium pertinent. Datæ ſunt apud Lateranum V. Kal. Apr. an. III. (h)

VIII. Sunt aliæ Honorii Literæ paulo poſt ſcriptæ ad Magiſtrum Gratiam capellanum ſuum, & Archidiaconum Bononienſem, quibus primas ei partes committit in adminiſtratione rerum omnium ad Capitulum Eccleſiæ Bononienſis pertinentium, facta ei, & ſucceſſoribus ſuis facultate corrigendi, reformandi,

ac

(a) *Extant in Cod. Diplom. Eccleſ. Bonon. n. XXVI. Vid. Append.*

(b) *Ibidem n. XXVII. Sed Amanuenſium vitio pro Gratia Gregorius in ejus epiſtolæ titulum irrepſit. Vid. Append.*

(c) *Edidit Baluzius Tom. II. ep. Innoc. III. lib. X. p. 65.*

(d) *Edidit Baluzius T. II. Eſt ep. 140. l. XII.*

(e) *Panciroł. de Cl. LL. Interpret. lib. III. c. VIII.*

(f) *Indicavit Cl. Garampius ex Reg. Vatic.*

(g) *Indicavit idem V. Cl. ex iiſdem Reg. Vatic.*

(h) *Append.*

ac ſtatuendi quæcumque opportuna judicaſſet (a). Ac rurſum aliis Literis eodem die datis, quo ſuperiores, ideſt x. Kal. Maii anno III., omnimodam juriſdictionem in quaſdam Eccleſias Capitulo Eccleſiæ Bononienſis ſubjectas Archidiacono tribuit, quem, ut Pontifex ait, conſtat eſſe caput Capituli poſt Epiſcopum. Utraſque Literas in Appendice damus ex Codice Diplomat. Eccleſiæ Bonon. (b).

IX Eodem die ſcripſit Honorius ad Epiſcopum Bononienſem, vetans, *ne cauſas Eccleſiaſticas, & alia, quæ debent ſecundum Canonica inſtituta, vel approbatam conſuetudinem per Archidiaconum Bononienſem expediri, cuiquam expedienda committat*. Nunciat præterea, ſe mandaſſe Epiſcopo Imolenſi, & Præpoſitis Faventino, & Imolenſi, darent operam, ne quis contra hæc Archidiaconi Bononienſis jura facere auderet; ſi quis contra feciſſet, in eum Canonicis pœnis animadverterent. Has etiam Honorii Literas ex Codice Diplomatico Eccleſiæ Bononienſis in lucem produximus (c). Quod ſi quis cauſam quærat, cur tantopere faverit Honorius Gratiæ Archidiacono; fortaſſe, præter benevolentiam optimi Pontificis, quam ille ſibi conciliaverat, aliud ſuſpicari licebit: Magiſtrum Gratiam, hominem exterum, quique Canonicorum Bononienſium Collegio non erat adſcriptus, vix credibile eſt, ab ipſis Canonicis electum fuiſſe Archidiaconum; quam dignitatem non aliis, quàm nobiliſſimis Civibus, & quidem ex Canonicorum Bononienſium numero, collatam per illud tempus novimus. Quod ſi a Pontifice ipſo, ſive ob diſſenſionem, quæ in electione Archidiaconi in Capitulo Bononienſi eſſet exorta, ut ſæpe accidere ſolebat in ejuſmodi Eccleſiaſticis comitiis, ſive ob aliam cauſam nobis ignotam, Magiſter Gratia creatus ſit Bononienſis Archidiaconus, opportunum ei fuit patrocinium amici Pontificis ad ſua jura tuenda, & honores etiam augendos. Habemus ejuſdem Pontificis Literas ex Laterano datas Idibus Junii anno V., ideſt, anno MCCXXI., ad Epiſcopum, & Capitulum Eccleſiæ Bononienſis, gratioſas admodum & humaniſſimas, quibus Pontifex concedit, ut quoties Archidiaconatum Bononienſem vacare contigerit, integrum ſit eis eligere, quem ipſi judicaverint tanto oneri, & honori idoneum (d). Id videtur a Gratia ipſo impetratum ad Epiſcopi, & Canonicorum benevolentiam ſibi magis magiſque conciliandam. Huc etiam pertinere poteſt, quod habemus ex aliis Honorii Literis ad Gratiam Archidiaconum, & Bononienſis Eccleſiæ Canonicos, quibus auctoritate Apoſtolica confirmat jus, quod habebant in Capellis Plebatus Bononienſis, & Plebatus Medicinæ, & S. Mariæ de Montovalo; quas Literas in Appendice damus (e).

X. Sed nihil Archidiacono noſtro honorificentius, quam quod idem Honorius Pontifex decrevit, neminem in Scholis Bononienſibus ad docendum admitti poſſe, niſi Archidiaconi ipſius judicio probatum. Atque id Pontifex voluit perpetuum eſſe in cæteris Archidiaconis Bononienſibus, qui poſt Gratiam eſſent futuri. Ex eo tempore incredibiliter aucta eſt Archidiaconi Bononienſis dignitas in tanto Scholarum noſtrarum ſplendore, tantaque Scholarium undique adventantium frequentia: auctus etiam Scholaſticorum graduum honor; cum non jam quaſi privatim a Profeſſoribus, ſed publice, certiſque ſolemnitatibus ab Archidiacono creari cœpti ſunt Doctores, & Magiſtri. Itaque poſt hoc Honorii III. Decretum Archidiaconus Bononienſis habitus eſt tanquam Præſes Academiæ noſtræ; & major Cancellarius Univerſitatis ſubinde dictus eſt: qua de re alio loco diximus. Qui Theodoſianum Privilegium venerantur, inde repetunt hos honores, atque hanc auctoritatem Archidiaconi Bononienſis; quæ ab Honorio III. non primum collata, ſed tantum confirmata, aut reſtituta dicunt. Sed mihi certum eſt, cum iſtis hominibus non pugnare. Datæ ſunt Honorii Literæ, quibus Archidiacono Bononienſi honorem illum defert, IV. Kal. Jul. anno III., ideſt, anno MCCXIX. (f).

XI. Habemus alias Honorii III. Literas ad Gratiam Archidiaconum non minus honorificas, quàm ſuperiores. Id ei tribuit Honorius, veluti Academiæ Bononienſis Præſidi, ut Doctores, & Scholares Sacris interdictos, propter

 vim

(a) *Append.* (b) *Ibid.* (c) *Append.* (d) *Ibid.* (e) *Append.* (f) *Ibid.*

Digitized by Google

vim in Clericos factam, abſolvere poſſit (a). Eæ ſcriptæ ſunt eodem anno MCCXIX. V. kal. Jul. Quare emendandus Ghirardaccius, qui utrumque hoc privilegium, ptobandi Doctores, & abſolvendi Excommunicatos ob manus violentet in Clericos injectas, Tancredo Archidiacono ab Honorio III. tributum exiſtimat (b). Tancredus enim anno tantùm MCCXXVI. Archidiaconus Bononienſis creatus eſt. Eodem anno MCCXIX. Archidiaconus noſter Eccleſiæ Antiochenæ præfectus eſt. Sed quoniam non ita brevi ad eamdem Eccleſiam accedere potuiſſet, tantis terræ, mariſque intervallis diſſitam, ei indulget Honorius, ut intetim retinere poſſit beneficia Eccleſiaſtica, quæ tunc obtinebat. Hæc manifeſta ſunt ex Honorii Literis, quas in Appendice producimus (c). Sed non video, quid certi ſtatui poſſit de hoc Antiocheno Epiſcopatu, quem Gratiæ detulit Honorius. In Oriente Chriſtiano doctiſſimi Le Quien nulla mentio eſt Epiſcopatus Antiocheni, qui ab Epiſcopo Latino obtineretur; vulgata enim res eſt, poſt recuperatam olim a noſtris Hieroſolymorum Urbem, plures Civitates in Oriente duos habuiſſe Epiſcopos, alterum Græci, alterum Latini ritus, quorum ille Græci, hic Latini ritus hominibus, qui eas Civitates incolerent, præeſſet. Neque verò de Patriarchatu Antiocheno ſuſpicari licet delatum fuiſſe Archidiacono noſtro; etenim eo ipſo anno MCCXIX. cum Honorius III. Petrum Capuanum Antiochenum electum (d) Cardinalem creaſſet, in ejus locum ſuffectus eſt Raynerius Romanæ Eccleſiæ Cancellarius, ut ex Diplomate ejuſdem Honorii III., quod habemus in hunc modum obſignatum: *Datum Viterbii XIII. kal. Dec. per manus Raynerii Patriarchæ Antiocheni, Cancellarii vicem agentis Pontificatus Dn. Honorii III. anno IV.* (e).

XII. Sed quæcumque tandem fuerit Antiochena Eccleſia, ad quam electus fuerat, manifeſtum eſt, nunquam ad illam acceſſiſſe, nec Archidiaconatum Bononienſem dimiſiſſe ante annum MCCXXIV., quo exeunte creatus eſt Parmenſium Epiſcopus. Plura ſunt eorum temporum monumenta, quæ oſtendunt, Gratiam ad annum uſque MCCXXIV. Archidiaconatum Bononienſem tenuiſſe; ex quibus pauca indicabimus. Anno itaque MCCXXI. Gratia Archidiaconus cum Judice Archipresbytero Eccleſiæ Bononienſis, conſentientibus reliquis Canonicis, Conſtitutionem edidit de cura Tabularii Eccleſiæ Bononienſis, qua prudentet proſpexit ſecuritati tabularum, & monumentorum ejus Eccleſiæ. Eam habes in Appendice (f) cum aliis Honorii III. Literis, Magiſtro Grariæ Capellano ſuo Archidiacono Bononienſi, Judici Archipresbytero, & Capitulo Bononienſis Eccleſiæ inſctiptis, quibus donationem G. Epiſcopi Capitulo factam confirmat (g). Ex his apparet, Archidiaconum noſtrum non leviter intentum fuiſſe curandis Eccleſiæ ſuæ commodis & utilitatibus. Ac multo etiam plura, eo potiſſimum agente, vel primo inſtituta, vel ex antiquis inſtitutis in uſum revocata fuiſſe, colligi poſſe videtur ex quadam Sacramenti formula, qua primùm Gratia Archidiaconus, dein Archiptesbyter, mox Canonici omnes ſe obſtrinxerunt de ſervandis certis quibuſdam legibus ad œconomiam tum ſpiritualem, tum temporalem Capituli, & Eccleſiæ Bononienſis. Eam formam in Appendicem producimus, ut ex ea, qui tum eſſet ſtatus Eccleſiæ Bononienſis, quivis intelligere poſſit (h). Eo autem Sacramento ſe obſtrinxit Gratia cum ſuis Canonicis MCCXXI., quo etiam anno ſub finem Octobris præſens interfuit cum Magiſtro Andrea Canonico Bononienſi promulgationi Literarum Honorii III., quibus Hugolino Cardinali legationem in Inſubres committebat. Denique anno MCCXXIV. VII. kal. Septembris Archidiaconus noſter ratam habuit concordiam, quæ inita erat inter Azonem Abbatem S. Stephani, & Capitulum Eccleſiæ Bononienſis, occaſione decimarum, quas in quibuſdam Eccleſiis Monaſterio illi ſubditis Capitulum Bononienſe ſibi deberi contendebat (i).

XIII. Ex eo tempore nulla deinceps Gratiæ Archidiaconi memoria. Sed

cum

(a) *Append.* (b) *Ghirardac. Hiſtor. Bonon. lib. V. p.* 128. (c) *Append.*

(d) *Petrum illum Capuanum non Patriarcham electum, ſed Eccleſiæ Antiochenæ adminiſtratorem fuiſſe, ex Raynaldo, & Le Quien colligit Cl. Montius; ut revera anno MCCXIX. Patriarchatus Antiochenus vacaverit: verum de hac re plenius in Appendice.*

(e) *Tom. III. Bullar. Ro. p.* 211.

(f) *Append.* (g) *Ibid.* (h) *Append.* (i) *Ibid.*

Digitized by Google

cum eo ipſo anno Kal. Decembris Gratiam quemdam Parmenſium Epiſcopum monumenta ab Ughello allata creatum demonſtrent, pro certo habeo, hunc eſſe Gratiam noſtrum, qui ab Honorio III. creatus ſit Parmenſis Antiſtes, quique Archidiaconatum Bononienſem Tancredo ſucceſſori vacuum reliquerit: conſtat enim, Tancredum, de quo mox dicturi ſumus, Archidiaconatum Bononienſem per illud tempus obtinuiſſe. Accedit auctoritas Fratris Salimbeni Parmenſis, Ordinis Minorum Profeſſoris, in Chronico, quod labente ſæculo XIII. ſcripſit. Is enim Epiſcopum Parmenſem Opizonis ſucceſſorem, nomine Gratiam, Patria Florentinum fuiſſe dicit (a). Et errat quidem in Patria ejus Epiſcopi deſignanda; ſed hic ipſe error Gratiæ noſtro favet, quem Arretinum fuiſſe demonſtravimus: facile enim fuit Auctori, qui annis fere quinquaginta poſt Gratiæ obitum ſcribebat, Florentinum pro Arretino ſcribere; ac fortaſſe, ex vulgi uſu, Florentinus, etiam dum viveret, dicebatur, ut fere nunc omnes, qui ſunt ex provincia Tuſciæ, Florentini vulgo dicuntur (b).

XIV. Hunc Epiſcopum laudat Salimbenus, quod Eccleſiæ Parmenſis patrimonium non modo non diſſiparit, ſed potius ſervarit, & auxerit; quod palatium Epiſcopale e regione Majoris Eccleſiæ ædificaverit, & in Diœceſi Parmenſi pluribus in locis ad Epiſcoporum commodum ædes ſplendidas excitaverit; uno verbo, Gratiam apud Parmenſes boni Epiſcopi laudem conſecutum dicit, quæ non vulgaris laus iis temporibus habebatur, cum mali paſtores gregem Chriſti paſſim lacerarent. Ita Gratiam Epiſcopum laudat Salimbenus. Sed Ughellus Literas profert Gregorii IX. anno MCCXXXIII. ſcriptas ad Epiſcopum Brixienſem, & Abbatem Cerretanum, quibus mandat, ut in Epiſcopum Parmenſem inquirant, quem, non incertis auctoribus, intellexerat aliqua agere contra dignitatem Epiſcopalis officii, quod gerebat. Summa autem accuſationis hæc erat, quod libertatem Eccleſiaſticam adeo non defenderet, quemadmodum Epiſcopi partes erant, ut etiam aperte labefactaret, ad corrogandam pecuniam, & Clericos ſæcularibus Judicibus vexandos ob eam cauſam traderet. Niſi error ſit in Chronicis epiſtolæ, quæ data dicitur *II. Id. Januarii anno VI.*, ideſt, anno MCCXXXIII., non alius eſſe poteſt Epiſcopus ille Parmenſis, quàm Gratia noſter, qui fortaſſe nimio ædificandi pruritu captus non bonas ſemper artes excogitavit ad corradendam pecuniam, qua ſibi ædificiorum ſumptus præſtarentur.

XV. Geſſit Gratia Epiſcopatum Parmenſem uſque ad annum MCCXXXVI., ut a Bonvicino adnotatur, qui Ughello in Epiſcopis Parmenſibus ſuppetias tulit. Et ſane anno MCCXXXVI. Gratiam Epiſcopum adhuc in Cathedra Parmenſi ſediſſe, manifeſtum eſt ex Chronico Parmenſi, quod publica luce donavit Muratorius. Ibi enim ad eum annum narratur inauditum ſupplicium, quod in Foro Parmenſium ſumptum fuit de quodam Clerico homicida, qui in ingenti cacabo coctus eſt, cum ante ab Epiſcopo Gratia exauctoratus, & exauguratus fuiſſet, ex Sacrorum Canonum præſcripto (c). Sed huic Auctori non aſſentior, cum ſcribit, Gratiam, antequam extremum obiret diem, exauctoratum fuiſſe. Nullum ipſe hujus rei monumentum profert. Silet etiam Salimbenus Parmenſis, qui Epiſcopos Parmenſes ejus ſæculi diligentiſſime recenſet. Et quoniam miſere luxata eſt, & manca Antiſtitum ejus Eccleſiæ Chronotaxis apud Ughellum, licebit mihi hanc ejus particulam ex Salimbeno Parmenſi emendare (d).

 XVI.

(a) Anno Domini MCCXXXIII. murabatur palatium Epiſcopi, quod eſt ante frontiſpicium Majoris Eccleſiæ. Et tunc Epiſcopus Gratia de Florentia Parmenſem gubernabat Eccleſiam, & in pluribus locis Epiſcopatus plura fecit ædificari palatia, & ideo a Parmenſibus bonus Epiſcopus habebatur. Siquidem non fuit rerum Epiſcopalium diſſipator, ſed aggregator potius, & conſervator. *Ex Chronico MSS. Fr. Salimbeni de Adam Parmen. in Bibliotheca Comitum Romæ. Ejus Chronici excerpta in Appendice damus.*

(b) *Ita quidem putavit Sartius; ſed Cl. Viro error obrepſit, quemadmodum monuit Cl. Montius, qui recte arbitratur, Gratiam Archidiaconum Bononienſem, Patria Florentinum, & Epiſcopum Parmenſem, alium fuiſſe a Gratia Arretino, & Auctore Tractatus* de Ordine Judiciario, *de quo inter Canonum Profeſſores. Sed de hac re tota fuſius in Appendice.*

(c) *Chron. Parmen. inter rer. Ital. Script. Tom. IX. col. 767.*

(d) Opizo Sanvitalius *anno MCCXXIV. deceſſit. Ei ſucceſſor datus eſt.*

Mag. Gratia Archidiaconus Bononienſis. *Obiiſſe dicitur anno MCCXXXVI. Eo obeunte electus eſt*

Gregorius Romanus. *Ughello, & Bonvicino*

XVI. Scripſit Magiſter Gratia *de Ordine Judiciorum*, ut apparet ex iis, quæ ex Speculatore, & Joanne Andreæ attulimus. Gloſſas quoque edidit in Collectiones Decretalium, quæ prodierunt ſub finem ſæculi XII., & initium XIII., ob quam cauſam a Joanne Andreæ recenſetur inter antiqnos Juris Pontificii Interpretes, & aliquas ex ejus Gloſſis in Speculo Juris laudatas novimus. Eum citat Speculator duobus locis, nimirum *tit. de procurat.* §. *ut autem n.* 15., ubi ait: *Et ſic intelligitur extra. de jur. cal. Imperatorum ſecundum magiſtrum Gratianum Arretinum. Et tit. de teſte* §. 1. *opponitur n.* 73., *ubi ait: quod Gratianus, & Joannes de Deo, & quidam alii intelligunt ſimpliciter in cauſa criminali, argum. extra. de appellationibus, ad hæc.*

XVII. Quoniam autem Decreralis *Imperatorum de jur. cal.* erat in prima Compilatione Decretalium, & Decretales *Ad hæc*, quæ plures ſunt in tit. de appellat., omnes petitæ ſunt ex prima, & ſecunda Compilarione Decretalium, manifeſtum eſt, Gratiam, pro quo perperam in editis Speculatoris libris legitur *Gratianum*, Gloſſas in primas illas Decretalium Collectiones, cum eas in Scholia interpretaretur, edidiſſe. Credibile etiam eſt, ſuam diligentiam in exponendis, & illuſtrandis Honorii III. Decretalibus impendiſſe; quæ res magno momento eſſe potuit ad conciliandam ei Pontificia gratiam & benevolentiam.

X I V.

TANCREDUS.

CUm vacaret Archidiaconatus, Gratia in Epiſcopum Parmenſem electo, acre diſſidium fuir inter Epiſcopum, & Canonicos Eccleſiæ Bononienſia in ejus ſucceſſore eligendo. Quanquam enim Honorius Pontifex iis Literis, quas ſupra indicavimus, jua eligendi Archidiaconum Epiſcopo, & Collegio Canonicorum integrum eſſe voluerat, non propterea definitum erat, ad utroſque eam electionem communiter, & æquo jure pertinere. Itaque cum diu certatum eſſet, nec ſpes eſſet, exaſperatis animis conveniri poſſe, Honorius ipſe Archidiaconum creavit Magiſtrum Tancredum Canonicum Bononienſem, clarum hominem, & illuſtrem Juris Pontificii interpretem in Scho-

lis

ignotus, qui brevi tempore Epiſcopatum geſſit, & Mantuæ mortuus eſt hæreticus & maledictus, *ut ſcribit Salimbenus. Vide ejus excerpta in Append.* Huic ſucceſſit

Mag. Martinus de Colurnio oriundus, ex genere non ſatis claro, *ut ait Salimbenus. Poſt hunc*

Bernardus de Vitio. *Hunc etiam ignorarunt Ughellus, & Bonricinus. Salimbenus ex Scotorum familia natum dicit, & ab eo inſtitutum Ordinem Fratrum de Marturano. Epiſcopatum, quem acceperat a Gregorio de Montelongo Sedis Apoſtolicæ Legato, ei ablatum ait ab Innocentio IV., ut Alberto Sanvitalio nepoti ſuo traderet. Hæc partim vera, partim falſis coloribus ab Auctore picta, qui ſæpius in ſuo Chronico, dum ſcriptoris liberi laudem affectat, vanos rumores ſecutus, viris bonis, ac præſertim Eccleſiæ Prælatis falſa multa, & indigna affingit. Narrat Ughellus, Martinum Epiſcopum Parmenſem anno* MCCXLIII. *ab Innocentio IV. Epiſcopatu dejectum, quod bona Eccleſiæ dilapidaret; idque conſtare ait ex Literis ipſius Innocentii Pontificis. Rurſum ait, eumdem Pontificem, aliis Literis paulo poſt datis, edixiſſe Præpoſito, & Capitulo Eccleſiæ Parmenſis, ut Martino jam defuncto, novum ſibi Antiſtitem intra dies quindecim eligerent. Hunc autem Martini Succeſſorem fuiſſe ſcribit Albertum Sanvitalium Innocentii IV. Nepotem. Errat quidem Ughellus, dum Epiſcopum ab Innocentio exauctoratum Martinum fuiſſe ſcribit. Ignoravit ſcilicet Bernardum de Vitio, quem nobis indicat Salimbenus; atque hic eſt, qui ab Innocentio IV. in ordinem redactus fuit, quod fortaſſe vir bonus temporalium rerum regimini, & adminiſtrationi minus aptus videretur. Non igitur Epiſcopatum ei abſtulit Innocentius IV., ut Nepoti ſuo traderet, quemadmodum ex ſuperſtite vulgi rumore, fere ſemper Principibus iniquo, narrat Salimbenus. Igitur Bernardi ſucceſſor*

Albertus Sanvitalius *ex Canonico Parmenſi electus Epiſcopus. Hic annis multis præfuit Eccleſiæ Parmenſi, nec tamen Epiſcopus conſecratus eſt, imo, ne Sacerdotio quidem initiatus, Diaconus obiit. In titulo ad ejus ſepulchrum poſito dicitur tantum electus; quod cum Salimbeni teſtimonio convenit. In Alberti locum electus eſt*

Mag. Joannes de Domina Riſida, *Archipresbyter Majoris Eccleſiæ Parmenſis, vir doctus, qui Jus Canonicum diu docuerat, & rite poſt Alberti deceſſum electus fuerat, ut narrat Salimbenus. Sed eum tamen extruſit Opizo Alberti frater, qui Epiſcopatum ab Innocentio IV. obtinuit. Qua de cauſa ejus electionem irritaverit Innocentius, non liquet.*

Digitized by Google

lis noſtris. Habemus Honorii Literas ea de re ſcriptas ad Magiſtrum Severinum Canonicum Ariminenſem, qui Bononiæ per id tempus inter Profeſſores Juris Pontificii non infimum locum tenebat. Eæ ſunt anno MCCXXVI. ſcriptæ prid. kal. Febr. (a). In iis profitetur Pontifex, non inferre ſe injuriam Epiſcopo, & Canonicis Bononienſibus, dum Archidiaconum ipſe auctoritate ſua inſtituit; ſed conſulere Eccleſiæ Bononienſi tranquillitati & paci. Erat enim diutina diſceptatio inter Epiſcopum, & Canonicos de eligendo Archidiacono; neque conveniri poterat, propterea quod utraque pars ejus electionem ſibi integram ſalvamque volebat. Hoc itaque diſſidium ſuſtulit Honorius III., & Tancredum ex Canonico Bononienſi ejus Eccleſiæ Archidiaconum creavit.

II. Multo ante illud tempus Tancredi nomen Bononiæ celebrari cœperat. Ejus mentionem primùm reperio ad annum MCCXIV. ad diem XIV. Septembris. Innocentium Pontificem ea maxima cura per id tempus angebat, ut magnis ſubſidiis res Chriſtianorum in Aſia afflictas ſublevaret; qua de re graviſſimas Literas non ſemel dederat ad Eccleſiarum Paſtores, omnemque populum Chriſtianum. Itaque Ubaldus Ravennæ Archiepiſcopus Bononiam venerat, ut Bononienſes noſtros, qui ætate illa præ cunctis Italiæ populis bellica virtute ſpectabantur, viva voce inflammaret ad Crucem accipiendam, & transfmeandum in Aſiam: qua de re actum eſt cum Prætore Bononienſium Rodulpho Guidonis Borgognoni Comite; atque is ex fide publica Civitatis promiſit, Cruceſignatis præſtiturum impenſas omnes pro tranſvehendis eorum armis, & ſarcinis Venetias uſque, & pro Cruceſignatorum naulo ex urbe Veneriarum uſque in Aſiam. Ex pluribus autem viris primariis, qui huic promiſſioni ſtipulandæ, ſcriptoque firmandæ interfuerunt, primus, poſt Henricum Bononienſem Epiſcopum, & Judicem Archipresbyterum, nominatur Tancredus Decretorum Magiſter; ex quo non levis conjectura ducitur, non minimas ejus partes in hoc negotio tractando fuiſſe, & ſpectatæ prudentiæ, & auctoritatis hominem jam tum fuiſſe reputatum. Extat hujus rei memoria in actis publicis Civitatis, quæ in Appendice exhibentur (b). Ex eo tempore uſque ad annum MCCXXXIV. plurima habemus cum in actis publicis Civitatis, tum in tabulis Eccleſiæ Bononienſis, maxime vero in Honorii III, & Gregorii IX. epiſtolis, Tancredi monumenta, quorum nonnulla deinceps in medium afferemos.

III. De Tancredi Patria non ſatis conſentiunt Scriptores; pleriſque enim creditur genere Etruſcus, & Corneti ortus (c). Sed certo certius eſt, Bononienſem fuiſſe. Narrat Diplovataccius (d) ſe vidiſſe Tancredi librum de Ordine Judiciario in Codice admodum antiquo, ita inſcriptum: *Incipit Ordo Judiciarius Magiſtri Tancredi Bononienſis, correctus per Magiſtrum Bartholomæum Brixienſem*. Bononienſem quoque Tancredum appellat Joannes Andreæ (e). Cum autem Tancredus eſſet Canonicus Eccleſiæ Bononienſis cum Archidiaconus creatus eſt, hinc etiam utcumque conjecturam de ejus Patria facere licet. Verum nemini magis in ea re credendum, quàm Tancredo ipſi, qui ſe aperte Bononienſem dicit in libro de *Ordine Judiciario*. Locum indicabimus infra, ubi de Cauſis agemus, quæ illi commiſſæ ſunt a Romanis Pontificibus. Sed fuit revera Tancredus quidam Cornetanus Juriſperitus, cujus aliqua monumenta reſtant, atque in his liber haud magni momenti *Compendioſa Tancredi* inſcriptus. Eum ego nuper vidi manu exaratum in Codice chartaceo Collegii Albornotii Hiſpanorum hujus Civitatis (f), lectoque ejus prooemio, pronum fuit intelligere, unde ortus ſit error illorum, qui Tancredum noſtrum Cornetanum dicunt; ſic enim exorditur alter iſte Tancredus: *Quoniam poſt compilationem ordinarii apparatus tam Juris Canonici, quam Civilis, ego Tancredus de Corneto de Provincia Patrimonii, minimus Legum Miniſter* (g). Abſtineo plu-

(a) *Append.* (b) *Ibid.*
(c) *Pancirol. l. III. c. IV.*
(d) *Diplovat. in Tancred.*
(e) *Jo: And. in proœm. Decret.*
(f) *Cod. n. 126.*

(g) *In Bibliotheca Juridica Liſſenii indicatur:* Summa quæſtionum juris, quæ compendioſa vocatur, *edita Venetiis an.* 1528, *ac perperam tribuitur Tancredo Bononienſi. Liſſen. Biblioth. Jurid. p.* 513.

piura ejus verba afferre, in quibus tanta eſt barbaries, ut vix quidquam ex iis exculpi poſſit. Hinc factum puto, ut Tancredus noſter Cornetanus diceretur. Sed facillimum tamen fuiſſet novitium hunc Tancredum obſcuri nominis a noſtro ſecernere, qui & doctrinæ fama, librisque editis, & dignitate clariſſimus fuit; etenim in illo ipſo libri ſui proœmio Doctor iſte Cornetanus Guidonem de Suzaria commemorat, quem poſt annum MCCLXX. obiiſſe dictum eſt, & Dinum de Muſello, qui circa annum MCCIIC. in vivis eſſe deſiit, denique Bonifacium VIII., qui per idem tempus vita functus eſt. Multo igitur Tancredo noſtro recentior eſt alter iſte Tancredus, Patria Cornetanus, nec cum noſtro comparandus.

IV. Sed qui etiam de Tancredi patria ambigunt, vel Bononienſem fuiſſe negant, fatentur tamen floruiſſe in Scholis noſtris Auditorem primum, deinde Juris Canonici Profeſſorem. Audiiſſe autem dicitur Azonem in Jure Civili, & Laurentium Cremenſem in Jure Canonico. Ita appellat Pancirolus hunc Magiſtrum Tancredi (a). Diplovataccius Laurentium Hiſpanum dicit, ex fide Speculatoris, ſive Guilielmi Durantis in Speculo (b). Tancredus ipſe Laurentium Magiſtrum ſuum appellat; ſed Patriam non indicat (c). De Azone autem, fuerit ne Tancredi Magiſter, dubitare videtur Pancirolus. Ac certe Tancredus, cum ſæpiſſime Azonem nominet, nunquam Dominum ſuum, aut Præceptorem appellat. Alicubi tamen dicit, ſe Azonem audiviſſe aliquam opinionem propugnantem; ſed num in Schola docentem, aut in Foro patrocinantem audiverit, non ſatis manifeſtum eſt (d). Pancirolus autem non ſolum Bononiæ, ſed etiam Pariſiis exiſtimat Tancredum Jus Canonicum interpretatum eſſe; idque ex eo conjicit, quod eam Civitatem, ejuſque monetam in ſuis formulis judiciorum repræſentet. Sed ejuſmodi conjectura levis admodum videtur. Ego veriſimilius exiſtimaverim, Tancredum Pariſiis fuiſſe, ut Theologicis diſciplinis vacaret; quod clarus Auctor nuperæ editionis Summæ S. Raymundi ſuſpicatus eſt (e).

V. Edidit Tancredus opus egregium *de Ordine Judiciario*, perutile iis, qui in Foro verſantur. Ex eo quivis intelligere poteſt, quantum ipſe valuerit in Judiciis tractandis, ut mirum non ſit, plures magni momenti Cauſas ad eum a Romanis Pontificibus fuiſſe delatas. Totum Opus in libros, ſive partes quatuor diſtributum eſt, formatum poſtea a Bartholomæo Brixienſi, qui eodem illo ſæculo XIII. magnopere in Scholis noſtris celebratus eſt. Quid autem præſtiterit in eo libro reformando Bartholomæus Brixienſis, intelligere poſſumus ex Joanne Andreæ in additionibus *ad Speculum Juris* (f). Eſt autem in primi libri parte ſecunda libelli formula in hunc modum propoſita: *Erit ergo forma hujus libelli talis. Anno ab incarnatione Domini MCCXXVII. temporibus D. Honorii III. Pontificatus ejus anno VI. menſe Januario. Ego Petrus Diaconus accuſo* &c. Niſi error eſſet in his notis chronicis, annum haberemus, quo Tancredus *de Ordine Judiciario* ſcribebat. Sed Typographi culpa admodum inemendatum prodiit hoc Opus in magna Collectione Tractatuum Juris, quæ juſſu Gregorii XIII. edita eſt. Corrigendus tamen videtur annus Pontificatus Honorii III., qui Januario menſe anni MCCXXVII. non ſextus erat, ſed undecimus: facilis autem lapſus fuit vel Typographi, vel Librarii numericam notam VI. pro XI. exprimentis. Sed cum Tancredus ipſe in eo Opere paſſim nominet, Decretales Honorii, quæ editæ ſunt extremis ejus Pontificis temporibus, palam eſt, Tancredum ante illud tempus libros *de Ordine Judiciario* non potuiſſe in lucem emittere. Atque iſtud quidem Opus ſub ipſum initium præfatur

(a) *Pancirol. loc. cit.*

(b) *Diplovataccius ex Specul. tit. de reſtit. in integ. §. infra q. vero.*

(c) *Tancred. de Ord. Judiciar. lib. IV. ſub finem.*

(d) Audivi dominum Azonem dicere, quod ſupradictæ cautiones locum non habent. *Tancred. de ord. Judic. lib. II. cap. de libello rei vendic. p. 56. 2. col.*

(e) *In præfat. ad Sum. S. Raym. edit. Veron. n. XXIV.*

(f) Bartholomæus Brixienſis hunc libellum (*Tancred. de Ordine Judic.*) ſolum in antiquarum Compilationum allegationibus reformavit, aliqua ponens ad literam omiſſo Tancredi Proœmio. *Jo: Andr. in Proœm. Spec. v. Plurimis.*

ſatur Tancredus ſe ſcribendum ſuſcepiſſe fractum poſtulationibus aſſiduis Sodalium ſuorum, Juri ſcilicet Pontificio ſtudentium in Academia Bononienſi, arduam rem & difficilem, quam primò tentatam dicit a Richardo Anglico, & a Pillio, Legum Doctoribus admodum claris. Quia vero *Ordinem Judiciorum* exequitur non ſolum pro Foro Eccleſiaſtico, ſed etiam pro Civili, magnam utriuſque Juris doctrinam atque peritiam ubique demonſtrat.

VI. Pancirolus alia Tancredi Scripta commemorat; nam, præter libros, de quibus diximus, ſcripſiſſe ait *libellorum, quibus in judicio experimur, formulas, ſive de Ordine Judiciario. Provinciale quoque a Tancredo ſcriptum memorat, in qua omnes Provinciarum Epiſcopatus recenſet, & Summam Titulorum, cujus ipſe meminit. Metris quoque delectatum ait, & quæ late in ſuo libro de Ordine Judiciorum expoſuerat, carminibus breviter perſtrinxiſſe*. Atque id quidem juvandæ Studentium memoriæ cauſa potius factum puto, quàm ut oſtenderet, quantum in Poeſi valeret. De aliis ejus Scriptis a Pancirolo indicatis vix aſſentiri poſſum. Certe Diplovataccius, in Juriſperitorum Scriptis recenſendis diligentiſſimus, non alium ab eo editum librum novit, quàm qui eſt *de Ordine Judiciario*; a quo non video quid differre potuiſſet liber *de Ordine Judiciorum*, quem Pancirolus memorat. Ac de formulis quidem libellorum, quorum in Judiciis uſus eſt, in tertia ſui libri parte diſſeruerat, ut opus non eſſet de eodem argumento iterum diſſerere. Ad Provinciale quod attinet, nullibi ejus mentionem reperire licuit. Ad calcem Codicis, quo continetur Compendioſa Tancredi Cornetani, de quo ſupra dictum eſt, indiculus extat Epiſcopatuum, & Monaſteriorum, quorum collatio ad Sedem Apoſtolicam pertinebat, addita unicuique annui reditus notitia. Hæc commodius dici poſſet *Taxa Cancellariæ Apoſtolicæ*, quam cum incautus quiſpiam in eo libro deſcriptam vidiſſet, ut Tancredum illum Cornetanum pro noſtro Bononienſi Archidiacono habuit, ſic Provinciale neſcio quod ſibi fingere potuit, & Tancredo noſtro tribuere.

VII. Quid porro ſit *Titulorum Summa*, quam Tancredo tribuit Pancirolus, ne ipſum quidem intellexiſſe puto. Ait, hujus Operis ſui Tancredum meminiſſe, & locum indicat, qui eſt libro primo *de Ordine Judiciario* ſub finem tituli ſexti. Sed loci indicatio, fortaſſe Typographi culpa, corrupta eſt. Certe ibi nihil tale occurrit. Eſt ejuſdem libri titulus ita inſcriptus: *Quot modis finiatur arbitrium:* & his verbis concluditur: *Quamvis in Summis titulorum diligens lector pleniorem invenire poterit diſputationem*. Huc reſpexit, opinor, Pancirolus; ſed non video, quid inde colligi poſſit. Illud miror Pancirolum latuiſſe, & Diplovataccium, alioſque multos, qui de Archidiacono noſtro ſcripſerunt, concinnaſſe illum Gloſſas in primam, & ſecundam Collectionem antiquorum Decretalium, decerptis ad eam rem ex aliorum Commentariis, quæ utiliora ſibi viſa ſunt, & multis etiam ex ſuo penu depromptis: in tertiam vero Collectionem primo quidem Gloſſas ad eum modum, quo de prima, & ſecunda dictum eſt, congeſſiſſe, quas ejus Auditores, eo inſcio, in unum corpus redactas, ſub ejus nomine in lucem emiſerint; deinde vero Commentariis perpetuis eamdem Collectionem illuſtraſſe, prolatis in eam rem Conſtitutionibus Concilii Lateranenſis III per eos dies celebrati, & Decretalibus Innocentii III. poſt annum duodecimum editis; quoniam quæ prioribus annis duodecim editæ ab Innocentio fuerant, in tertia ipſa Collectione continebantur. Quale iſtud ſit, non ab alio melius audire poſſumus, quam a Tancredo ipſo, qui id narrat in Præfatione ad tertiam Decretalium Collectionem a ſe illuſtratam. Edidit hanc Præfationem Boſquetus in adnotatis ad epiſtolam Innocentii III. ſeptuageſimam primam libri primi. Juvat autem illam totidem verbis hic exſcribere, quamvis prolixam, ut cuique plane conſtare poſſit de tribus illis antiquarum Decretalium Collectionibus, quia non ita facile eſt agnoſcere, quantum operæ Tancredus impenderit iis Decretalium Collectionibus interpretandis. Hinc etiam intelligemus, Tancredum intermiſſum docendi munus repetiiſſe, victum ſcilicet Studentium precibus, qui tantum virum in ea Scholarum noſtrarum celebritate, quæ per illud tempus ad ſummum excreverat, pati non poterant

terant

Digitized by Google

tetant a Scholis abeſſe. Id antem contigiſſe diſcimus paullo poſt celebratum quartum Lateranenſe Concilium ſub Innocentio III., quod habitum fuiſſe conſtat anno MCCXV. Sed præſtat jam Tancredum ipſum audire: *Poſt Compilationem*, inquit, *Decretorum factam a Gratiano multæ a Romana Curia Decretales Epiſtolæ emanaverunt, quas Magiſter Bernardus tunc Præpoſitus, poſtmodum Epiſcopus Papienſis, ad Studentium utilitatem ſub competentibus titulis compilavit, quædam antiqua Jura interſerendo, & vocatur Compilatio prima. Poſt illarum Compilationem quædam aliæ Decretales a diverſis Apoſtolicis emonaverunt, quas Magiſter Gilbertus ad inſtar primæ Compilationis ſub titulis collocavit. Poſt illum Magiſter Alanus ſuam ſimiliter Compilationem effecit. Tandem Magiſter Bernordus Compoſtellanus Archidiaconus, in Romana Curia moram faciens aliquantam, de Regiſtris Domini Papæ Innocentii III. unam fecit Decretalium Compilationem, quam Bononiæ Studentes Romanam Compilationem aliquanto vocaverunt. Verum quia in ipſa Compilatione quædam reperiebantur D eretoles, quas Romana Curia refutarat; ſicut hodie quædam ſunt, quas Curia ipſi non recipit; idcirco felicis recordationis Dominus Innocentius Papa III. ſuas Decretales uſque ad annum duodecimum editas, per Magiſtrum Petrum Beneventanum Notarium ſuum in præſenti opere compilatas, Bononiæ Studentibus deſtinovit. Poſt illarum receptionem, Magiſter Galenſis Decretales omnium Apoſtolicorum, qui præceſſerunt Innocentium, de ruinis Compilationis Gilberti, & Aloni extrahens, quamdam Compilationem ordinavit, quæ hodie mediæ, ſive ſecundæ Decretales dicuntur; ſuper quarum expoſitionibus plures Doctores Bononiæ Gloſſas ſcripſerunt. Et quia de dictis apparatibus opiniones Studentium erant diverſæ, ſententiæque confuſæ; idcirco ego Tancredus Bononienſis Cononicus S. Petri, qualiſcumque Decretorum Magiſter, ad multam inſtantiam Sociorum meorum, meliora, & utiliora de dictis Apporatibus colligens, ex ingenio meo quædam interſerendo, ſicut & ſignis gloſſularum ſingularium demonſtratur, primas, & ſecundas Decretales, prout melius potui, gloſſulavi; ſed ſuper præſenti tertia Compilatione non Apparatum feci, ſed audiendo, atque legendo, quædam in libro notavi, quæ Scholares quidam abſque conſcientio mea de libro meo extraxerunt, & pro Apparatu tertiarum illum mihi intitulaverunt. Nunc autem docendi officio ad multorum inſtantiam reaſſumpto, præſentem tertiam Compilationem eum diligentia, Domino favente, gloſſabo, & Conſtitutiones Concilii proxime celebrati, & jura a Domino Innocentio Papa III. poſt duodecimum annum edita, tam in apparotibus a me factis, quam in hoc, quem indicare diſpono, diligentiſſime collocabo.*

VIII. Præter Gloſſas in priores duas Decretalium Compilationes, & Gloſſas item, & Apparatum in tertiam, non deſunt magni nominis Auctores, qui Tancredo tribuant novam Decretalium Collectionem ætate ſua editam, quæ Decretales Epiſtolas Honorii III. complectitur. Fuit in ea opinione Petrus Pithœus, qui in Synopſi hiſtorica illorum, qui Canones, & Decreta Eccleſiaſtica collegerunt, *Tancredus*, inquit, *Bononienſis Archidiaconus Honorii III. novellas, ſive extravagantes collegit, quæ & integræ reperiuntur*. Præfixa eſt hæc Synopſis corpori Juris Canonici a Pithœo editi. Eſt in eadem opinioue Boſquetus; ſed Innocentius Cironius, qui Compilationem Decretalium Honorii III. in lucem emiſit (a), eos in manifeſto errore verſari oſtendit, ut animadvertit Benedictus XIV. in Præfatione ad librum, quem inſcripſit *Adnotationes in feſta SS.*

IX. Sunt etiam, qui Tancredum inter eos numerent, qui Gloſſas in Gratiani Decretum ſcripſerunt; quod, unde hauſtum ſit, non reperio. Decreti Gloſſæ, quas editas habemus, ex plurimis Auctoribus petitæ ſunt, quorum nomina ſæpe adnotantur. In his certe Tancredi nomen non vidi. Præſtare tamen nou auſim, in tanta Gloſſarum farragine nuſquam ejus nomen eſſe adſcriptum; nec hominem eſſe tam patientem, ant tam otioſum puto, qui ſpiſſum adeo volumen, quale eſt Gratiani Decretum cum ſuis Gloſſis, diligenter

a ca-

(a) *Innoc. Ciron. epiſt. Honorii III. p. XXVII.*

a capite ad calcem percurrere velit, ut in eo Tancredi nomen requirat. Conſtat autem, Tancredum in interpretandis Decretalibus maxime ſuam operam collocaſſe, ut paulo ante ex ipſo andivimus; erantque jam tum diſcreti in Scholis noſtris Decretalium, & Decretorum Profeſſores, dicti propterea hi quidem *Decretiſtæ*, illi vero *Decretaliſtæ*, ut ſupra obſervatum eſt, cum de Gratia ageremus.

X. Sed inter Tancredi Opera minime prætermittendus eſt Tractatus, ſive, ut ab ipſo appellatur, Summula de Matrimonio, quam rogatu Ottonis Gurcenſis Præpoſiti circa annum MCCX. ſe ſcripſiſſe fatetur. Extat hæc Tancredi Summula in Codice membranaceo Mſs. Bibliothecæ Monachorum Ciſtercienſium S. Crucis in Jeruſalem in Urbe Roma, atque in hunc modum incipit: *Quum in amnibus fere cauſſis quilibet juri ſuo abrenuntiare valeat, abſque peccato, in cauſſa tamen matrimoniali neuter conjugum niſi cauſſa Religianis, vel continentiæ poteſt alteri abrenuntiare; vinculo enim tam valido ſunt colligati, quod ſi ambo ſe adſtrinxerint juramento, ſe nequatenus petituros, tamen altero nolente vivere continenter, poteſt alterum, nan obſtante tali juramento, repetere, ut habetur ex III. de jurejuran.* Tua nos &c. *Hac itaque conſideratione compulſus ego Tancredus Bononienſis, & veſtris poſtulationibus Venerande Pater Octo Gurgemis* (a) *præpaſite ſatisfacere volens, ſummulam vobis de Matrimonio compilavi.* Tempus autem, quo hunc librum ſcripſit, indicat Auctor ipſe, *tit. de accuſat. matrim.*, ubi hanc formam libelli accuſationis tradit: *Forma vera libelli accuſationis talis eſſe debet: Anno Dn. n. i. x. M. CC. X. reſidente Dn. Innocentio ſummo Pontifice in apoſtolica ſede, & Dn. H. epiſcapo in Gurcenſi Eccleſia xv. Kal. dec. indict. xiiii. Ega Petrus accuſo uxarem meam Bertam de Adulteria apud te dn. Octo Gurcenſis præpoſite &c.* Sic porro hanc Summulam concludit Tancredus: *Hæc tamen quæ præmiſſa ſunt, brevitatis cauſa ſufficiant. Super operis imperfectione veniam a lectore poſtulo, & quæ corrigenda viderit, vel addenda, non invidentis, ſed benigno animo corrigat, & emendet.* Codex videtur ſcriptus ſæculo XIV., membranaceus eſt, & notatus M. CXLIV. Eſt autem Gurcenſis Eccleſia Epiſcopalis in Metropoli Salisburgenſi, atque Otto ille Præpoſitus, cujus hortatu Tancredus Summulam de Matrimonio ſcripſit, idem videtur, qui anno MCCXIV. creatus eſt Epiſcopus Gurcenſis, eodemque anno deceſſit; de quo videndus Hanſizius in Germania Sacra (b). Extat Innocentii III. epiſtola Epiſcopo Brixinenſi, & Aquilejenſi Decano, & Magiſtro Hugoni Canonico Ratisponenſi, quibus committit Cauſam, quæ agitabatur inter Archiepiſcopum Salisburgenſem, & Capitulum Eccleſiæ Gurcenſis. Mandat autem Innocentius, nt Capitulum illud abſolvant ab excommunicationis Sententia, quam in ipſum promulgaverat Archiepiſcopus Salisburgenſis, exceptis Præpoſito, & V. & F. Canonicis, qui, mandante ipſo Innocentio, apud Sedem Apoſtolicam abſoluti fuerant. Data eſt hæc Innocentii III. epiſtola anno XIV. ſecundò Nonas Maii, anno ſcilicet MCCXI. Itaque vix dubito, quin hic ipſe Præpoſitus Gurcenſis ille idem ſit, quo hortante Tancredus de Matrimonio tractatum edidit, qui, cum illis ipſis temporibus, quibus Tancredus in Academia noſtra florebat, in Italia eſſet, aut ejus Auditorem in Schola, aut Amicum ſaltem fuiſſe, crediderim. Edidit eam epiſtolam Innocentii III. Boſqnetus (c). Indicatur in Bibliotheca Lipenii Juridica *Tancredi Bononienſis de Cornetto Summa Matrimonii* edita Coloniæ in 8. an. MDLXIII. (d). Hanc eſſe puto Tancredi noſtri Summam, de qua diſſerui, & imperitia Editoris factum, ut Tancredns idem Bononienſis, & de Cornetto dicatur, quaſi vero ad ejus cognomen pertineat, quod alii ad Patriam referebant; qua de re ſupra dictum eſt. Non omittam hic recenſere duos libellos, quos manu exaratos vidi in Codice Collegii Hiſpanorum. Alter hunc titulum habet: *Incipit Summa au-*

(a) *Etiam in Literis Alexandri III. ad Conradum Salisburgenſem, pro Gurcenſis, legitur Gurgemis, ut in hoc Codice. Ex communi tamen uſu ſcribi conſuevit Gurcenſis. Extant prædictæ Alexandri III. Literæ apud Hanſizium German. Sac. Tom. II. p.* 299.

(b) *Hanſiz. Germ. Sac. Tom. II. p.* 321.

(c) *Innoc. III. epiſt. lib. II. Regeſt. XIV. pag.* 204.

(d) *Lipen. Bibl. Jurid. p.* 515.

rea ſuper quibuſdam articulis, qui accurrunt tam de jure quam de facta in proceſſu judiciaria, de quibus Mogiſter Tancredus in libello ſua doctrinom tradere non curavit. Ad libri calcem hæc leguntur: *Explicit Summa aureo Magiſtri Tancredi*. Libellus alter *de exceptianibus* inſcribitur, & ad ejus quoque finem ita adnotatum eſt: *Explicit Summa Mogiſtri Toncredi* (a). Codex iſte videtur ſæculo XIII. ſcriptus. Num hæc Tancredi ſcripta ſint, certo affirmare non auſim. Fortaſſe, quæ in libro *de Ordine Judiciaria* omiſit, in poſteriori libello ipſe ſupplevit.

XI. Plurimi fecere Tancredum Honorius III., & Gregorius IX., ac multæ extant utriuſque Epiſtolæ ad eum miſſæ, ex quibus aliquid in Decretalium libris inſertum habemus. Et Gregorius quidem, antequam eſſet Pontifex, cum Legationem pro Eccleſia Rumana obiret, Tancredo quæſtionem delegaverat in fœneratores, qui maxime per illud tempus excreverant (b). Scripſit Tancredo Honorius III. una & Epiſcopo Bononienſi, & Abbati S. Stephani, mandans, ut Poteſtatem Mantuanum, & quoſdam Bononienſes ab occupanda Maſſa Fiſcalia, quam juris Beati Petri eſſe conſtabat, metu Eccleſiaſtici interdicti deterrerent. *Dat. apud Urbem Veterem II. Non. Jul. anno IV.*, ideſt anno MCCXX. Erat Tancredus tunc Eccleſiæ Bononienſis Canonicus, ſic enim fert inſcriptio ejus epiſtolæ in Autographis Vaticanis: *Epiſcopo, Abbati S. Stephoni, & Magiſtro Tancredo Canonico Bononienſibus*.

XII. Eſt alia ejuſdem Honorii epiſtola *Epiſcopo, & Mogiſtro Tancredo Bononienſi, & Bondi Pratenſi Bononiæ cammoronti Canonicis*. Magiſtri Bondi, ſive Bonidiei, ut alibi dicitur, non rara mentio eſt in monumentis eorum temporum. Fuit Juris Pontificii Profeſſor in noſtris Scholis, propterea dictus alicubi Magiſter Bondì *de conanica*, ſcilicet, *de lege canonica*. Cum autem Canonicus cum Tancredo dicatur, & Bononiæ ætatem quam diutiſſime egerit, fortaſſe aliquis conjiciet, noſtris Canonicis Eccleſiæ Bononienſis adnumerandum eſſe, in quorum ſpectatiſſimo Collegio Viri ſemper fuerunt doctrina præſtantes, quorum multi in Scholis noſtris Jus Canonicum, & Sacram Theologiam, aliaſque diſciplinas cum laude ſunt profeſſi. Nam, ut id obiter moneam, Tancredi ætate, & Bonidiei vivebant Magiſter Martinus, & Magiſter Lambertus, & Magiſter Oddo Canonici, quos cum Tancredo ipſo nominatos video in Tabulis ad annum MCCXXIII. ſcriptis (c). His addere licet Magiſtrum Zoen Tencararium primo Canonicum, dein Archipresbyterum, denique Epiſcopum Avenionenſem, cujus mentionem reperio in Tabulis Eccleſiæ Bononienſis ab anno MCCXXIV. ad annum MCCXXXVI.

XIII. Sed ad epiſtolam redeo Honorii III. inſcriptam Magiſtro Tancredo, & Bonodiei. Ea eſt in Collectione Gregorii IX. *de judiciis c. ſignificoverunt nobis*, ac data eſt *Reate II. Kol. Nov. an. X.*, ideſt *anno MCCXXV.* Scripſerat Honorius aliam epiſtolam ad eoſdem, quam in iſta indicat. Dedit & tertiam eo ipſo die, & anno, quo hæc data eſt, eademque de cauſa, nempe ad comprimendam audaciam Prætoris Florentinorum. Is quippe Statutum condiderat, quo cavebatur, ne quis ex Civitate, vel ex agro Florentino ad judicium Sedis Apoſtolicæ confugere poſſet in cauſis mere temporalibus, & Abbatem Florentinum S. Mariæ huic Decreto repugnantem male multaverat. Mandat itaque Honorius, Prætorem Florentinorum Sacris interdici, niſi quantocius reſipiſcat, &, refixo Decreto illo, Eccleſiaſticos ſineret jura ſua perſequi coram Judicibus a Sede Apoſtolica delegatis.

XIV. Ex multis vero Cauſis, quæ ad Tancredi judicium delatæ ſunt, graviſſima, & difficillima fuit, quæ per annos plures agitata eſt inter Archiepiſcopum Ravennatem, & Cervienſes, qui a temporali juriſdictione Archiepiſcopi ſe

(a) *Col.* 219.

(b) An. MCCXVIIII. die.... dña Guiſila fil. qn. dn. Guilielmi Goſii petit tutorem & curatorem ad omnes cauſas quas habitura eſt uſque ad legitimam ætatem & ſpecialiter in cauſa uſurarum quam habebat vel habitura erat ſub examine dn. Tancredi judicis delegati a Dn. Cardinali. *Ex charta Archivi Monial. S. Agnetis Bonon.*

(c) *Extant in Archivo Canonic. Eccl. Bonon. Faſcic. III. n. 6.*

ſe ſubduxerant. Honorius III. primo hanc Cauſam definiendam commiſerat Ægidio Præpoſito Popilienſi; ſed eo in Epiſcopum Popilienſem electo, ejus cognitio delata eſt ad Magiſtrum Tancredum Canonicum Bononienſem Literis ab Honorio datis anno MCCXXIV. xv. Kal. Februarii, ut narrat Rubeus (a). Mirum, quot modis ſtuduerint Cervienſes hujus Judicii curſum impedire, cujus exitum formidabant. Cum antiqua Imperatorum Diplomata producerentur pro adſtruenda Archiepiſcopi juriſdictione, eorum auctoritatem eludere conabantur variis exceptionibus, quæ Tancredo obtulerunt (b). Sed illud fœdius, quod Tancredum ipſum quandoque accuſarunt, quaſi pecunia ſe corrumpi ſiviſſet ab Archiepiſcopo, ut pro illo ſententiam diceret. Ab ea calumnia ſacramento ſe purgavit. Tancredus coram Epiſcopo Bononienſi Henrico, aliiſque primariis viris, cum jaceret ægrotus, & ſic diem extremum cogitaret, ut exiſtimaret etiam ſuæ famæ conſuli oportere (c). Sed non defuere Cervienſibus novæ cavillationes, quibus tollendis alias Literas ad Tancredum ſcripſit Honorius, ut narrat Tancredus ipſe *de Ordine Judicioria* (d). *Couſa vertebotur*, inquit, *inter Archiepiſcopum Ravennotem, & Commune cujuſdam civitotis ſuper juriſdictione ipſius Civitatis. Commiſſo fuit cauſa Magiſtro Toncredo Bononienſi. Sed prorogato fuit cauſa prapter cavillotiones, & ſubterfugio illorum Civium per triennium. Poſtea excipiebant, quad non tenebontur reſpandere coram Mogiſtro Tancredo, quia perierat inſtantia judicii per decurſum triennii. Daminus Papa reprobot illam exceptianem, & mondot quotenus, ea non abſtante, Magiſter Tancredus pracedot.* Data eſt hæc Honorii epiſtola X. Kal. Maii anno VIII (e) Non defuit muneri ſuo Tancredus, adhibitis etiam in conſilium Hugolino Preſbyteri, & Guidone Boncambii, qui per illud tempus in Scholis noſtris Jus Civile cum laude profitebantur. Sed Cervienſes cum jure ſe tueri non poſſent, minus honeſtis artibus ejus Judicii exitum declinare conati ſunt. Itaque lege lata ſanxerunt, nemini ex ea Civitate licere teſtimonium in judicio dicere contra Commune Cervienſium, idque juramento firmaverunt. Qua de re cum Archiepiſcopus Ravennas apud Pontificem queſtus eſſet, neque enim erat obſcurum, quò ſpectaret ea lex Cervienſium, Pontifex Tancredo mandavit, ut eam legem irritaret, ne ſcilicet deeſſent qui in cauſa Archiepiſcopi cum Cervienſibus teſtimonium dicere poſſent. Honorii Literæ ſunt in Codicibus Vaticanis. Scripſit iterum Honorius ad Tancredum jam Archidiaconum ea de re mandans, ut cauſam probe inſtructam ad ſe remitteret. Datæ ſunt hæ Honorii literæ XVII. Kal. Febr. anno XI., anno ſcilicet MCCXXVII. Sed cum paulo poſt ſecuta ſit mors Honorii III., ejus ſucceſſor Gregorius IX. ſcripſit ad Tancredum, ut in ejus Cauſæ cognitione procederet, ut, judicio recte inſtructo, & informato, tandem Pontifex ipſe ſententiam ferre poſſet. Hæc Gregorii IX. epiſtola data eſt Anagniæ VI. Kal. Aug. anno I. (f) Cum non diſſimilis controverſia eſſet exorta inter Abbatem Nonantulanum, & Epiſcopum Piſtorienſem de juriſdictione Caſtri Batoni, utraque pars arbitrium totius negotii Tancredo detulit, ut ex Tabulis ea de re confectis ad an. MCCXXIII., quas vidimus in Tabulario Eccleſiæ Ravennatis (g). Aliquando etiam adhibitus eſt tractandis publicis negotiis Bononienſium, & ut ſumma erat ejus auctoritas, ita plurimum valuiſſe cenſeo in tollendis diſſidiis, & hominum animis ad concordiam revocandis. Supra mentio eſt facta tranſactionis ab eo initæ cum Monachis S. Michaelis ad Caſtrum Brittorum; qua tranſactione veteri controverſiæ

(a) *Rub. Hiſtor. Rav. lib. VI. p. 388.*

(b) An. Dn. MCCXXVIII. die IV. *intr. Aug.* Bonusfilius Cozoli procurator Marcoaldi Syndici Communis Cerviæ obtulit exceptiones, ſive ſpecificationes contra privilegia Imperialia prædicta Dn. Tancredo Archidiac. Bonon. judice delegato &c. in clauſtro Eccleſiæ S. Petri Bonon. &c. *Ex Actis ejus Cauſæ in Archiv. Metrop. Eccl. Rav. capſ. L. n. 5111.*

(c) *Append.*

(d) *Extat in Tractat. Univ. Jur. T. III. part. I.*

(e) Eſt *Decretalis* Venerabilis frater noſter de judic.. *In editis tamen corrupta eſt hujus epiſtolæ inſcriptio, habet enim hunc titulum.* Epiſcopo Bonon., & Magiſtro B. *At in Codicibus Vaticani Archivi unius Tancredi nomen præfert.*

(f) *Extat in Archiv. Metropolit. Eccleſ. Raven. capſ. B 453.*

(g) *Extat in Archiv. Metrop. Eccl. Rav. capſ. H. n. 6434.*

eorum Monachorum cum Canonicis Eccleſiæ Bononienſis finis impoſitus eſt. Interfuit etiam tranſactioni Epiſcopi Bononienſis cum Canonicis Regularibus S. Salvatoris anno MCCXXXII. celebratæ, cui perficiendæ ſuam operam contuliſſe videtur; nam ii fere præſertim ex Juriſperitorum ordine ejuſmodi negotiis conficiendis præſentes adhibentur, qui iis tractandis operam contulerunt. Præſens quoque adfuit ſtatuendis induciis inter Bononienſes, & Mutinenſes; qua de re abunde Sigonius ad annum MCCXXIX. Interfuit etiam cum Jacobo Balduino Juriſconſulto celeberrimo firmandæ concordiæ inter Epiſcopum noſtrum, & Commune Civitatis, inter quos diu diſceptatum eſt propter juriſdictionem S. Joannis in Perſiceto, aliorumque Caſtrorum agri Bononienſis, ut narrat idem Sigonius (a). Sed illud maxime honorificum Tancredo Archidiacono, quod Honorius III. ſuarum Decretalium Collectionem eidem, quaſi Juris Canonici Profeſſorum Anteſignano, inſcripſit (b); & Gregorius IX., cum ageretur de referendo in Sanctorum album Dominico Guſmano Ordinis Prædicatorum Fundatore, eidem Tancredo, unà cum Thoma Priore S. Mariæ ad Rhenum, & Palmerio Priore de Campagnola, negotium dedit inquirendi in vitam, moreſque ejuſdem Dominici, & in miracula etiam, quæ poſt mortem ejus patrocinio facta ferebantur. Honorii Pontificis epiſtolam, quam ad Tancredum cum ſua Decretalium Collectione miſit, videre licet præfixam Decretalibus Honorii III. ab Innocentio Cironio editis. Sed mirificus mihi videtur auctor iſte, cum ait, Honorium voluiſſe ſuam Decretalium Collectionem Bononiæ ob hanc cauſam promulgari, quod hæc Civitas ſe ſe olim Othoni IV. contra Romanam Eccleſiam fœdere junxerat, eaque in pertinacia perſeveraverat, etiam poſt Othonem ab Imperio dejectum. Bononienſes Honorii III. temporibus Romanæ Sedi addictiſſimi erant; quod adeo ægre tulit Fridericus II. Othonis ſucceſſor, ut Scholas Bononienſes Neapolim transferre conatus ſit. Cauſam igitur, cur in Scholis Bononienſibus ſuas Decretales promulgari voluit Honorius, hanc unam afferre debuiſſet Cironius, celebritatem Academiæ Bononienſis, in qua ubi Pontificiæ Conſtitutiones, per Archidiaconum Academiæ ipſius moderatorem & præfectum, rite propoſitæ, & promulgatæ fuiſſent, nullibi gentium ignorari poſſe cenſebantur. Atque ob hanc cauſam alii quoque Pontifices ſuas Decretales ad Academiam noſtram promulgandas miſerunt. Alibi etiam editæ ſunt Gregorii IX Literæ ad Tancredum, ejuſque Sodales duos, in vitam, & miracula Dominici Guſmani inquirere juſſos. Sed nullibi editas vidi Literas, quibus idem Tancredus cum Prioribus S Mariæ ad Rhenum, & de Campagnola eamdem cognitionem delegavit Abbati S. Saturnini de Toloſa, & Archidiaconis S. Stephani, & S. Saturnini ejuſdem Civitatis. Eas hic damus, eo etiam nomine a nobis non omittendas, quod ex iis intelligimus, cum Clero, & Populo Bononienſi etiam Univerſitatem Scholarium ab Apoſtolica Sede poſtulaſſe, ut Dominico Guſmano ſupremi honores decernerentur (c).

XV. Quam naviter Tancredus cum ſuis Sodalibus totum hoc negotium tractaverit, ex eo manifeſtum eſſe poteſt, quod intra menſes admodum paucos feliciter confectum & abſolutum eſt; & Dominicus Guſmanus in Sanctorum album eſt relatus. Quo anno Tancredus obierit, omnino obſcurum eſt. Poſt annum MCCXXXIV. nullibi ejus viventis indicium reperire licuit (d). Sunt qui dicant, ſe vivo ſepulcrum parari ſibi curaſſe in Cathedrali Æde (e). Sed vereor, ne id hauſtum ſit ex iis ipſis fontibus, unde in Hiſtoriam noſtram tot figmenta fluxerunt. Sed tamen in Æde Cathedrali ſepultum fuiſſe indubium

(a) *Sigon. loc. cit.*

(b) Demum Honorius fecit quintam (*Compilationem*) quam Magiſtro Tancredo antiquo Doctori noſtro, & Archidiacono Bononienſi direxit. *Jo: Andr. in Proœm. Novel.*

(c) *Vid. Append.*

(d) Anno Dn. MCCXXXIV. die quinta exeunt. Octob. dn. mag. Tancredus Bonon. eccle. archidiaconus, & ſui fratres, ſcilicet prbr. Albertus, prbr. Guido, prbr. Octavianus, mag. Zoen, pbr. Bolognus, dn. Andreas... *nomine, & vice totius Capituli tertiam partem quorumdam agrorum concedunt Hoſpitali S. Petri, ejuſque rectori dn. Viviano. Ext. in Archivo Canonic. S. Petri faſcic. III. n. IV.*

(e) *Orlandi Script.* Bonon.

bium eſt, & quidem in nobili tumulo cum hac epigraphe: *Sepulcrum Magiſtri Tancredi eximii Doctoris Decretorum Archidiaconi Bonon. Orate pro eo.* Sed ejus Sepulcrum loco motum, & diſiectum eſt in novis ejus Templi molitionibus. Videtur autem fuiſſe in media Templi area, loco admodum conſpicuo, ut juxta illum Bernardus Parmenſis, qui Gloſſam in Decretales edidit, quam Vulgatam appellant, tumulum ſibi conſtruendum curaverit (a). Sacerdotem quoque inſtituit Tancredus, qui in eodem Templo Sacrum pro ſe faceret, & poſt mortem ſuis manibus litaret; cujus mentionem reperio in ejuſdem Bernardi Parmenſis Codicillis (b). Incidit Tancredi ætas in feliciſſima Academiæ, noſtræ tempora; nunquam enim major Exterorum affluxus ad Scholas noſtras, nec major Profeſſorum vel copia, vel celebritas. Vixit enim cum Azone, Jacobo Balduino, Bagarotto, Hugolino Presbyteri, Rofredo Beneventano, Bandino Piſano, Accurſio, aliiſque nobiliſſimis Legum Interpretibus, ne quid dicam de Canonum Profeſſoribus, quorum ipſe ætate ſua princeps haberi potuit. Quamvis autem aliquid turbarum in noſtris Scholis excitatum ſit ob quaſdam leges a Populo Bononienſi latas, quæ contra Scholarium libertatem eſſe videbantur; non propterea magna clades Academiæ allata eſt, eaſque turbas compeſcere ſtuduit Honorius III. Academiæ, & Profeſſoribus noſtris amiciſſimus. Nec dubium eſt, quin idem Pontifex Scholis noſtris optime proſpexerit, cum ejus veluti Moderatorem, & Præfectum eſſe voluit Archidiaconum Bononienſem, cui nimirum jus creandi Doctores contulerat, aliaque non tam ad ejus dignitatem, quam ad Scholarum utilitatem indulſerat, quæ ſupra indicavimus. Nam quod extremis Tancredi annis Fridericus II. Civitati noſtræ iratus, Scholis interdictis, Profeſſores Neapolim invitavit, conatus inanis fuit, telumque imbelle ſine ictu vibraſſe in Academiam noſtram videtur furioſus Princeps, cujus minas numquam Civitas noſtra pertimuit. Vix ullos igitur ex Profeſſoribus noſtris Neapolim migraſſe cenſeo ad annum MCCXXV., quo anno conſtat interdictas a Friderico Bononienſium Scholas. Quare parum, aut nihil Academiæ noſtræ nocuit lex illa Friderici II., quam etiam non multo poſt ipſe abrogavit.

X V.

OCTAVIANUS UBALDINUS.

Tancredo Octavianus Ubaldinus in Archidiaconatu Bononienſi ſucceſſor datus eſt, Vir ætate ſua, & generis nobilitate, & dignitatibus, quas ſubinde obtinuit, & rebus geſtis longe celeberrimus. Quo anno Archidiaconus creatus ſit, non liquet. Anno MCCXXXVI. Idibus Maii eo certe munere fungi cœperat, ut manifeſtum eſt ex tabulis Eccleſiæ Bononienſis, in quibus Octavianus Archidiaconus cum reliquis Canonicis nominatur (c). Erat autem Canonicus Eccleſiæ Bononienſis *Octavianus de Muſello* (ſic enim tunc dici amabat, propterea quod in Mugellano tractu late dominabatur ejus familia) jam inde ab anno ſaltem MCCXXVI. (d), atque hic primus ei gradus fuit ad ampliſſima munera, quibus deinde functus eſt. Quamvis autem nulla, quod ſciam, ſuperſint ejus ingenii monumenta, arbitror tamen, non vulgariter doctum fuiſſe, quippe quem conſtat Subdiaconum, & Capellanum (e) fuiſſe Gregorii IX. Neque vero credibile eſt, doctiſſimum Pontificem indocto homini detuliſſe munus cognoſcendi Cauſas ad Palatium Apoſtolicum undecumque allatas; hoc enim munere fungebantur Capellani Pontificii, ut alibi dictum eſt. Cum nondum ea ætate eſſet, quæ, ex Sacrorum Canonum præſcripto, ad Epiſ-

(a) *Ex Bernardi Parm. Codicil. in Append.*

(b) Item (*reliquit*) cuilibet manſionario ejuſdem Eccleſiæ (*S. Petri*) X. Solidos Bonon. . . . . & presbitero Bonagiunte magiſtri Tancredi X. Solidos Bonon. *Ex Codicil. cit.*

(c) *Ext. in Archiv. Canonicorum Majoris Eccleſiæ Bonon. in lib. Axium p. 32.*

(d) *Ex Tab. in eodem lib.*

(e) *Ita dicitur in Literis Gregorii IX., quibus ejus electionem in Epiſc. Bonon. approbat.*

Digitized by Google

Epiſcopatum neceſſaria eſt, a Clero Bononienſi electus eſt Epiſcopus anno MCCXL. Gregorius IX. ratam habuit ejus electionem; & quoniam Epiſcopus conſecrari non poterat, annos nimirum nondum natus triginta, Procuratorem Eccleſiæ Bononienſis conſtituit, ut conſtat ex ejus Literis ad Clerum datis, quibus nihil honorificentius de Octaviano Ubaldino ſcribi potuiſſet. Eas in Appendice damus (a). Scripſit in eamdem ſententiam Pontifex Clero Civitatis, & Diœceſis, tum Octaviano ipſi Archidiacono, ac Poteſtati, Conſilio, & Populo Bononienſi, quæ Literæ ex Vaticanis autographis ſcriptæ ſunt in Bibliotheca publica Inſtituti Scient. Bononienſis. Interea Octavianus ſuſcepta procuratione Eccleſiæ Bononienſis, Archidiaconatum retinuit, geſſitque ad annum uſque MCCXLIV., atque in actis publicis ſe Archidiaconum, & Procuratorem Bononienſem inſcribere conſuevit, ut apparet ex Literis, quas univerſis Prælatis, & aliis Eccleſiarum Rectoribus Diœceſis Bononienſis dedit, ut eos hortaretur ad opem præſtandam in reparanda Eccleſia S. Mariæ in Monteovalo, quæ a nefariis hominibus incendio vaſtata fuerat. Habent antiquitatum Eccleſiaſticarum Studioſi in iis Literis, quas in Appendice damus, ſpecimen aliquot diſciplinæ, quæ circa Indulgentiarum largitionem ſeculo XIII. vigebat (b). Monſovalus olim dicebatur Mons Paleniſs, atque in ejus loci Eccleſia, quæ his etiam temporibus magna religione colitur, plura SS. Martyrum corpora condita eſſe dicuntur. Eorum acta martyrii, quæ vidi in Codice membranaceo ſæculi, opinor, XIII. in Archivo Canonicorum Eccleſiæ Bononienſis, licet apocrypha ſint, & nulla fide digna, quoad hiſtoriam eorum Martyrum; tamen plurimum valere videntur ad confirmandam Traditionem antiquam de pluribus SS. Martyribus ad eum locum pro fidei confeſſione occiſis, & in ea Eccleſia quieſcentibus; quorum acta legitima & ſincera cum periiſſent, facile fuit falſa confingere, ut pluribus aliis in locis contigiſſe conſtat.

II. Cum Gregorius Pontifex, ut Chriſtianæ Reipublicæ magnopere per illud tempus afflictæ ſuccurreret, Œcumenicum Concilium cogere decreviſſet, ac Literas ad omnes Chriſtiani Orbis Præſules ea de re dediſset, ſcripſit etiam ad Octavianum Archidiaconum, & Procuratorem Eccleſiæ Bononienſis, quanquam Epiſcopali dignitate non eſset inſignitus; & quidem ex eadem formula, qua ad alios Epiſcopos ſcripſerat, primò ſcilicet IV. Id. Aug. anno XIV. ideſt anno MCCXL, poſt autem Idibus Octob. eodem anno. Habemus has Literas in Codice Diplomatico Eccleſiæ Bononienſis ex Codicibus Vaticanis deſcriptas, quarum exempla vulgavit Raynaldus ad annum MCCXL. in Annalibus Eccleſiaſticis (c). Anno inſequenti Gregorius IX. laboribus, curiſq; confectus ex hac vita migravit. Succeſſit Cæleſtinus IV., qui cum vix XVIII. diebus in Pontificatu vixerit, de augendis Octaviani honoribus cogitare non potuit. Cogitavit vero maxime Innocentius IV., qui poſt longum interregnum ad Petri Cathedram evectus eſt. Initio ſtatim ſui Pontificatus *Archidiacono, & Procuratori Eccleſiæ Bononienſis* ſcripſit Innocentius, ut unà cum Abbate S. Thomæ Cremonenſis Diœceſis, & Magiſtro Scholarum Parmenſium inquireret, ac referret de electione Willelmi de Foliano in Epiſcopum Regienſem, an rite facta eſſet. *Dat. Laterani XIIII. Kal. nov. anno* 1. (d) Eidem poſtea ſcripſit mandans, ut exauctoraret Abbatem S. Stephani, indignum eo munere judicatum. *Dat. Later. VIII. Kal. Mai. an.* 1. (e) Sed hæc levia, ut vix commemorari debuiſſent. Octavianum paulo poſt in Sacrum Cardinalium Ordinem adlegit titulo S. Mariæ in Via Lata, atque in ejus locum creavit Bononienſem Epiſcopum Jacobum Boncambium S. R. E. Vicecancellarium ex Ordine Prædicatorum Habemus ejus Literas datas Romæ prid. Kal. Jun. Capitulo Bononienſi, quibus nunciat, ſe Cardinalem creaſſe Octavianum Archidiaconum, & Procuratorem Eccleſiæ Bononienſis, atque edicit, ut grate recipiant novum

Epiſ-

(a) *Vid. Append.*

(b) *Ex lib. Ax. in Archiv. Capituli Eccleſ. Bonon. pag. XV.*

(c) *Raynaldus Annal. Eccl. ad an. MCCXL. n. LIII., & LVI.*

(d) *Regiſt. I. ep.* 200. *Ext. in Cod. Diplom. Eccl. Bonon. in Biblioth. publ. Bonon.*

(e) *Ibid. ep.* 625. *Ext. ibid.*

Epiſcopum, ut ipſe inqnit, *ſecundum cor ſuum*, cum quo diu conjunctiſſime ſe vixiſſe memorat, & quem ſuis manibus in Epiſcopum Bononienſem conſecraverat. Datæ ſunt Literæ Innocentii ſecundò Kal. Jun. an. I., easque in Appendicem rejicimus (a). Erat is frater Guidonis Boncambii Doctoris Legum, ſanctitate morum ſpectandus, ut etiam poſt mortem *Beati* nuncupatione inſigniri meruerit. Sed Clerus Bononienſis, comperta Octaviani electione in Cardinalem, de ſucceſſore creando ſtatim cogitavit. Cum autem in ſuffragia iretur, orto diſſidio, electores in duas partes deſciverunt. Sed Pontifex, re cognita, utramque electionem irritavit, datiſque ad Capitulum Bononienſem Literis, mandavit iterum, ut Epiſcopum ab ſe datum reciperent. Datæ ſunt hæ Innocentii Literæ VIII. Kál. Jul. eodem anno primo. Utraſque vidimus in Codice Diplomatico Mſs. Eccleſiæ Bononienſis, qui in publica Bibliotheca adſervatnr. Quæ poſt illud tempus Octavianus Ubaldinus geſſit, ejuſmodi ſunt, ut ad inſtitutum noſtrum non pertineant. Tantum dicam, vix quemquam eo ſæculo fuiſſe, qui tam diuturna felicitate uſus ſit, totque curas, legationes, negotia geſſerit. Sed tamen extrema ejus vitæ tempora paria ſuperioribus non fuere, atque ut malus Comicus in poſtremo ſabulæ actu concidiſſe viſus eſt. Quamvis eſſet ex primis Eccleſiæ proceribus, non obſcure tamen apparebat Ghibellinarum partium ſtudio teneri; cujus rei cum aliquando ſruſtra pœniteret, hæc ejus vox fuiſſe dicitur, indigna prudenti homine & ſano: *Si anima eſt, eam pro Ghibellinis perdidi* (b).

XVI.

PHILIPPUS.

OCtaviano in Cardinalium Collegium cooptato ſuffectus ſtatim eſt Philippus; quod recte colligitur ex veteri membrana Archivi S. Stephani, (c) in qna *die* XIV., *&* XVI. *intr. Aug. MCCXLIV. Dn. Philippus Archidiaconus Bonon. & Vic. Epiſcopi Bonon.* nominatur, ut Judex adlectus ad quamdam controverſiam definiendam. De hoc homine nihil, præter nomen, ſcire potuimus. Nam quod Alidoſius anno MCCLII. Philippum hunc Doctoris laurea inſignitum tradit, id plane commentitium judico. Recantat id de ſingulis Archidiaconis, quaſi præ oculis habuerit antiquas, ut appellant, Doctorum Matriculas, quæ nuſpiam ſunt, & foitaſſe nnnquam fueiunt. Quia vero ætate noſtra ſolemne eſt, ut Archidiaconus nemo ſit, quin idem ſit Doctor, & ſi qui ad illud munus aſſumuntnr, qui Doctoris inſigniis non ſint ornati, ea poſtmodum accipiunt; hunc morem antiquiori etiam ævo fuiſſe exiſtimat: vetera ſcilicet ex noſtris moribus dimetiens, ut minus conſiderate novi id genus Scriptores facere ſolent. Anno MCCLI. quintò Non. Martii Jambonellus, & Albertinellus ſe, ſuaque Deo obtulerunt in Eccleſia S. Petri in manibus Philippi Archidiaconi. Hujus oblationis formulam in Appendice damus ex Archivo Canonicorum Eccleſiæ Metropolitanæ (d), quam aptiſſimam judico ad illuſtrandam antiquam hanc diſciplinam, qua pii homines, atque etiam ſœminæ ſe Deo offerebant, & piis locis quodammodo mancipabant. Aliud exemplum ejuſmodi oblationum habemus ad annum MCLXXXI., ex qno apparet, perantiquum eſſe in Eccleſia Bononienſi hunc morem, ut pii aliquot homines, & fœminæ ſe, ſuaque omnia eidem Eccleſiæ offerrent & dicarent. Ii porro Converſi vulgo dicebantur; ac plurimum diverſi ſunt ab iis, quos nunc eo nomine appellari audimus in Religioſorum hominum familiis, qui neque antiquiſſimi ſunt, neque olim eo nomine dicebantur. Erant autem frequentes ejuſmodi Converſi, non ſolum in Eccleſiis, in quibus erant Monachorum, aut Canonicorum Regularium Collegia, cujuſmodi tunc erat Cathedralis

(a) *Vid. Append.*
(b) *Hiſtor. famil. Ubaldin. p.* 116.
(c) *Eam vidit, & indicavit Cl. Montius.*
(d) *Vid. Append.*

dralis Eccleſia Bononienſis, ſed etiam in ſuburbanis Eccleſiis, & in Monaſteriis Monialium; ut infinitis exemplis demonſtrari poſſet. Sed hæc obiter ſint dicta. Ad annum uſque MCCLVIII. Archidiaconatum haud dubie obtinuit Philippus; quod paulo poſt conſtabit. Hoc temporis intervallo Innocentius IV. ſuas Decretales Epiſtolas ad Archidiaconum Bononienſem, tanquam Bononienſis Academiæ Præſidem, miſit, mandans, ut eas Magiſtris & Scholaribus diligenter exponeret, vetaretque, ne quis alias Conſtitutiones ejuſdem Pontificis nomine editas, vel edendas, in Scholis, vel in Judiciis inconſulta Sede Apoſtolica admitteret. Afferemus alio loco has Innocentii Literas, quæ datæ ſunt Aſſiſii V. Id. Sept. anno XI., ideſt anno MCCLIII. Scripſerat ſub initium ejuſdem anni Innocentius Archidiacono Bononienſi, & Fr. Danieli ex Ordine Prædicatorum, mandans, ut Statuta a Scholarium Rectoribus edita confirmarent, ſi quidem rationi conſentanea, & honeſta viderentur. Dat. Peruſii Idib. Jan. an. X.

II. Scripſit idem Innocentius inſequenti anno MCCLIV. III. Non. Mar. ad Archidiaconum Bononienſem, mandans, ut Archiepiſcopum Strigonienſem adigeret ad ſatisfaciendum Bonifacio Bonſignorio, Albizo Deuteaiute, Bencivendi Joannis, & Bonaventuræ Recuperi Mercatoribus, ſive Trapezitis Senenſibus, a quibus MMMD. argenti pondo mutuo acceperat, pro expediendis ipſius Archiepiſcopi, & Eccleſiæ ſuæ negotiis apud Sedem Apoſtolicam. Quod ſi renuat, ſacris interdicat: rurſum autem, ſi intra duos menſes dicto audiens non ſit, ab omni adminiſtratione ſpirituali, ac temporali depellat, edicatque, ut ad certam diem ipſi Pontifici ſe ſiſtat. Datæ ſunt hæ Innocentii Literæ ex Laterano III. Non. Mar. anno XI., ideſt anno MCCLIV. (a). Quamvis autem Archidiaconi nomen adſcriptum non habeant, certum tamen eſt, eas ad Philippum tranſmiſſas fuiſſe; nam in ſæpius laudato libro *Axium*, ut vocant, Archivi Canonicorum S. Petri occurrit mentio Philippi Archidiaconi ad *diem VII. intr. Majo MCCLVIII.* Itaque conſtat, Pontificum Literas ad Bononienſem Archidiaconum datas ab anno MCCXLIV. uſque ad ann. MCCLVIII. ad Philippum pertinere,

XVII.

ALBERTUS SCHOLARIUS.

ANno MCCLX. Archidiaconatum Bononienſem gerebat Albertus Scholarius, quem Patria Florentinum fuiſſe, & Conſobrinum Octaviani Ubaldini Diaconi Cardinalis S. Mariæ in Via Lata, conſtat ex Annal. Camaldulen. T. V. in Append. p. 102. Ad ipſum datæ ſunt Literæ Alexandri IV., quæ autographæ extant in Archivo Monaſterii noſtri Sancti Romualdi de Urbe, quæque pertinent ad an. MCCLVIII., quo tempore Albertus nondum ad Archidiaconatum aſſumptus erat; inſcriptæ ſunt enim Alberto Canonico Bononiæ. Eo anno, ſcilicet MCCLX., partitione facta Prædiorum Eccleſiæ Bononienſis, quæ communiter ante illud tempus Canonici Cathedralis Eccleſiæ poſſidebant, primus ſuam partem ſortitus eſt Albertus. Ex eo tempore vitam in communi agere deſierunt Canonici Eccleſiæ Bononienſis, & ſingulorum, ut appellant, Præbendæ ſunt conſtitutæ. Extat ejus rei monumentum in Canonicorum Tabulario, quod in Appendicem contulimus (b). Ex Ughello intelligimus, Albertum Archidiaconum Scholaria familia apud Florentinos prænobili ortum fuiſſe, eumdemque Epiſcopum Volaterranum creatum anno MCCLXI. (c); quo tempore in Archidiaconatu Bononienſi Rogerium Ubaldinum habuit ſucceſſorem.

XVIII.

(a) *Ex regeſt. III. Innoc. IV. ep. 506. fol. 674. in Codic. Diplom. Eccleſ. Bonon.*

(b) *Vid. Append.*

(c) *Ughel. Ital. Sacr. Tom. I. col. 1450.*

XVIII.

ROGERIUS UBALDINUS.

Rogerii Archidiaconi mentio occurrit in charta tranſactionis Canonicorum Eccleſiæ Bononienſis cum Monachia SS. Naboris, & Felicis, quæ ſcripta eſt quarta die exeunte Septembri anno MCCLXIV. (a) Rogerio Archidiaconatum obtinente, acre diſſidium obortum eſt inter Doctores Legum, & Archidiaconum ipſum. Salvo Archidiaconi jure approbandi, & rite inaugurandi Doctores, cætera, quæ pertinerent ad ſcrutinia, & præſentationem, quam vocabant, illorum, qui Doctores erant creandi, ad ſe omnino ſpectare contendebant Doctores Bononienſes. Quo in diſſidio irritatis Doctorum animis tumultus in Eccleſia D. Petri, in qua Doctores creari ſolebant, excitatus eſt; nec a vi, & injuriis abſtinuerunt in Epiſcopum, & Archidiaconum, eorumque familiares: ſed non multo poſt Doctores cum Archidiacono concordiam æquis conditionibus inire ſtuduerunt; cujus rei arbitrium Octaviano Epiſcopo Bononienſi, qui Archidiaconi ipſius erat frater ab utraque parte delatum eſt. (b) Eſt aliud Rogerii monumentum in Memorialibus, uti appellant, Communis Bononienſium ad an. MCCLXXII. die XV. Mart., quod magni faciendum eſt; ex eo enim & genus Rogerii Archidiaconi agnoſcimus, multoſque ex gente Ubaldina, ex qua Rogerius ipſe prodiit, qui in Civitate noſtra ſeculo XIII. dignitatibus, opibuſque florentes vixerunt, multo notiores habemus, quàm unquam ante. *Spondet Dn. Rogerius Dn. Ubaldini de Pilla Archidiaconus Bononienſis Dn. Elenam neptem ſuam filiam Dn. Ugolini de Felizono fratris ſui Dn. Guidottino de Prendipartibus & Mino ejus filio pro Simone Mini filio in uxorem cum dote D. lib. Bonon.* (c). Vir ſuit Ubaldinus de Pilla Octaviani Cardinalis Frater, Rogerii noſtri Pater impotentis animi; de quo illud fertur, vi adactum ab eo Epiſcopum quemdam ad ſacris initiandum, & Sacerdotem creandum, ſtupidum hominem olitorem ſuum (d).

II. Tenuit Rogerius Archidiaconatum Bononienſem ad annum uſque MCCLXXVIII., quo anno creatus eſt Archiepiſcopus Piſanus, ut eſt apud Ughellum in Archiepiſcopis Piſanis. Et quamquam apud Guidonem de Corvaria in fragmentis Hiſtoriæ Piſanæ electus dicatur anno præcedenti quintadecima Novembris die, malim tamen Ughello credere, qui ejus electionem conjicit in diem VI. Id. Aug. ejus anni ex Literis Nicolai III. Romanam Eccleſiam tum moderantis, quas in Regeſtis Vaticanis ſe vidiſſe ait. Sed vacante Eccleſia Ravennate ob deceſſum Philippi Fontana, qui anno MCCLXXI. obierat, cum Clerus Archiepiſcopum electurus in duas partes ſeceſſiſſet, altera Percivallem de Lavania elegit, altera Archidiaconum Bononienſem, Rogerium nempe Ubaldinum. Cum autem utraque pars apud Pontificem ageret, ut ia electionem ab ſe factam auctoritate ſua ratam haberet, Gregorius X., is enim tunc erat Pontifex, utramque electionem irritavit, & Bonifacium de Lavania Ordinis Prædicatorum, in primis doctum, & pium, Eccleſiæ Ravennati præfecit (e). Quod igitur apud Ravennates conſequi non potuit Rogerius, id apud Piſanos obtinuit, diuque Eccleſiam illam adminiſtravit. Sed vir fuit alienus nimium ab iis ſtudiis, atque ab ea lenitate, quæ hominem Deo dicatum decet. Crudelem ejus animum, & efferatos mores oſtendit indignum facinus, quod inimitabili prorſus carmine exponit Dantes Aligherius (f), qui eum propterea merito acerbiſſimis modis apud inferos diſcruciatum fingit. Eſt enim

(a) *Extat in Archiv. Canonic. Major. Eccl. Bonon. in lib. Axium p. XXIII.*

(b) *Anno MCCLXIX. Vid. Append.*

(c) *Ex Memor. Com. Bonon. Ferrarienſis Cambii Notar. In Archiv. publ.*

(d) *Manni, ad ſigillum Sinibaldi ep. Imolen.*

(e) *Rub. Hiſt. Rav. lib. VI. p. 448.*

(f) *Infern. cant. XXXIII.*

hic ille Rogerius Archiepiſcopus Piſanus, quo auctore, capti Hugolinus Comes, & filii duo cum duobus nepotibus, cæca turri omnes incluſi, projectis in Arnum clavibus, fame necati ſunt. De eo plura Ughellus in Archiepiſcopis Piſanis.

XIX.

SINIBALDUS DE LABRO.

ROgerio ad Cathedram Piſanam evecto, in Archidiaconatu Bononienſi ſucceſſit Sinibaldus de Labro. Caſtrum erat agri Reatini, *Labrum*, *Alabrum* quoque dictum, ex quo agnomen duxit nobilis familia, quæ ejus dominatum obtinuit, & duo præterea non ignobilia ejuſdem regionis Caſtra, Repaſtum (a), & Modium (b) aliquando poſſedit. Sed ea gens proceſſu temporis Nobilium de Alabro, vel de Labro eſt dicta (c); qui poſtmodum Vitteleſchi appellati. In Tabulario Eccleſiæ Reatinæ ſunt plura ejus familiæ monumenta, quæ deſcripſit Gabriel Naudæus cum eſſet a bibliotheca Joanni Franciſco de Balneo Cardinali, & Epiſcopo Reatino, in Indice locupletiſſimo monumentorum, quæ in eo Tabulario continentur. Ex ea vero familia Sinibaldum Archidiaconum prognatum eſſe, nullus dubito, tum quod nullibi, præterquam in Reatino auditum eſt de nobili familia, quæ illud agnomen geſſerit, tum quod Sinibaldum ex iis locis in Civitatem noſtram profectum eſſe, non levi conjectura aſſequimur. Anno ſiquidem MCCLXXXV. Sinibaldus de Labro agnatus Sinibaldi noſtri, cum eſſet Bononiæ, prædia perampla emit in agro Spoletino. Ei ſcilicet Gerardus Hugolini Spoletinus Scholaris Bononienſis quidquid ſibi obvenerat ex Patris hæreditate pretio MM. Florenorum auri vendidit, domos nimirum, turres, agros, & ſi quid aliud in Spoletinorum finibus poſſidebat, & libros etiam ingentis pretii (d), Digeſtum vetus, & novum, & Infortiatum, & Codicem cum gloſſis Accurſii. Interfuere hujus venditionis Tabulis conficiendis *Dn. Andreas de Reate*, & *mag. Matthæus Spoletini de Spoleto* (e). Sunt autem Spoletini Reatinis contermini, ut notum eſt. Sed quid opus eſt conjecturis, cum Sinibaldum de Labro Reatinæ Diœceſis alicubi dictum in eorum temporum monumentis reperiam (f)? Sed Sinibaldus, antequam Archidiaconatum obtinuerit, diu fuit in familia Octaviani Ubaldini Cardinalis, penes quem Capellani, & Camerarii munere fungebatur, cum is Legationem ſplendidiſſimam in omni fere Italia pro Romano Pontifice gereret, & ſummum prope imperium exerceret in pluribus Pontificiæ ditionis Provinciis. Itaque credibile eſt, ejus beneficio Sinibaldum ad Archidiaconatum Bononienſem gradum ſibi feciſſe. Ac fortaſſe Sinibaldus ipſe aliquo agnationis gradu Ubaldinos attingebat. Erat Aretii in Thuſcia Sinibaldus cum Octaviano Cardinali anno MCCLXXI., ac interfuit promulgationi Actorum Capituli Generalis Ordinis Camaldulenſis, cujus erat Protector Octavianus ipſe (g). Ubi prætereundum non eſt, Camaldulenſes in eo Capitulo ceſſiſſe ac donaſſe Sinibaldo jus omne, atque omnem actionem, quam habebant in Monaſte-

(a) An. MCCCLVII. die VI. Jul. Ven. & egregius vir dn. Petrus de Columna..... Nicolaus de Normandis..... vendiderunt nobili viro dn. Pandulpho de Alabro totum & integrum caſtrum quod vocatur Repaſtum..... actum Romæ.... Ego Franciſcus Petri Roſſani Notarius &c.

(b) An. MCCCLXXVI. die VI. Jun. auctoritate Pandulphi & Angeli de Dominis Caſtri Alabri & Modii confirmantur ſtatuta ejuſdem Caſtri Modii.

(c) *Ex Actis nuper Romæ productis in Cauſa ejus familiæ, in Auditorio Sacræ Rotæ agitata.*

(d) *Libr. Bonon. CCL.*

(e) *Ex mem. Commun. Bonon. ad diem* 18. *Jul.*

(f) *Vid. Annal. Camald. Tom. V. p.* 169.

(g) Promulgatæ ſunt conſtitutiones Capituli Generalis Arretii celebrati ſub An. D. MCCLXXI. XI. kal. Octob. præſentibus diſcreto viro Sinibaldo de Labro camerario..... dicti dn. Cardinalis &c. *Annal. Camald. T. V. p.* 221. *Append.*

naſterium, & Eccleſiam S. Michaelis de Caſtro Brittorum agri Bononienſis (a). Occupaverant fratres Gaudentes Monaſterium illud contra jus faſque, ac fruſtra in illum diem Camaldulenſes de eo recuperando ſolliciti fuerant. Itaque facile mihi ſuaſerim, propterea Camaldulenſes id conſilii cœpiſſe, quod exiſtimarent, Sinibaldum Octaviani patrocinio poſſe Fratres Gaudentes extrudere, atque ita Monaſterium illud poſt ejus obitum ad Ordinem reverſurum. Sed inanis fuit hæc Patrum Camaldulenſium cura; nec unquam conſtat, Sinibaldum eo Monaſterio potitum. Eidem Sinibaldo Cauſam quamdam non minimi momenti definiendam detulerunt Patres Camaldulenſes (b); ac vel ipſum aliquando ejus Ordinis Moderatorem ſummum ejus patrocinio uſum conſtat in negotio paullo difficiliori expediendo. Extant ea de re Gerardi Camaldulenſium Prioris Literæ, quas memorant Annalium Camaldulenſium Auctores. Scriptæ ſunt anno MCCLXXXV., cum Sinibaldus jam eſſet non quidem Archiepiſcopus, ut in Annalibus legitur (c), ſed Archidiaconus Bononienſis.

II. Geſſit ille Archidiaconatum Bononienſem ſemper, aut fere ſemper, abſens, Romanæ Curiæ negotiis, ut opinor, occupatus: eique vicariam operam in eo munere adminiſtrando præſtitit Hugolinus de Montezanico (d), qui etiam ex Ubaldinorum agnatione erat (e). Duos quoque nepotes diu Bononiæ habuit, Henricum & Bertholdum (f), quos Juriſprudentiæ ſtudiis in Academia noſtra vacaſſe exiſtimo (g). Ac Bertholdus poſt Sinibaldi obitum in Archidiaconatu Bononienſi, neſcio quo jure, ſuccedere voluit. Fuit & tertius Sinibaldi fortaſſe nepos, ipſe quoque Sinibaldi nomine dictus, qui Prioratum S. Mariæ Majoris obtinuit. Ita omnes, qui ex Cardinalis Octaviani vel agnatione, vel clientela erant, facilem habebant aditum ad Eccleſiaſticas dignitates, & beneficia. Deceſſit Sinibaldus Archidiaconus anno MCCXCII., aut initio anni MCCXCIII. Februario enim menſe hujus anni finem vivendi fecerat, ut ex certiſſimis Tabulis VIII. Kal. Mar. ſcriptis manifeſtum eſt (h). Anno autem MCCLXXXXII. menſe Martio adhuc erat in vivis (i). Obeunte autem Sinibaldo, acre diſſidium exortum eſt de Archidiaconatu obtinendo inter Sinibaldi nepotem Bertholdum, quem dixi, & Octavianum Ubaldinum. Erat Octavianus Rogerii Ubaldini, qui ex Archidiacono Bononienſi creatus fuerat Archiepiſcopus Piſanus, & Octaviani, & Sclattæ Bononienſium Epiſcoporum nepos, Octaviani Cardinalis pronepos. Et is quidem, ſeu quod meliori jure uti ſe exiſtimaret, ſeu quod potentior eſſet, & familiæ ſuæ viribus, & auctoritati nihil non tribueret, ſe aliquandiu pro Archidiacono geſſit (k). Splendor ſcilicet, & largus cenſus Archidiaconatus Bononienſis utriuſque animum cœpe-

F 2 rat,

(a) *Ibid. p. 222. Append.*

(b) *Ibid. pag. 119.*

(c) *Ibid. pag. 167.*

(d) *Hugolinum de Montezanico Vicarium Archidiaconi Bononienſis innumera fere horum temporum monumenta exhibent, quorum nonnulla indicantur in adnotatis ad Thaddæum Alderottum, & Spinellum Medicinæ Profeſſores.*

(e) *Vid. Hiſtor. famil. Ubaldinæ a Jo: Baptiſta Ubaldino ſcriptam p. 36., & 96.*

(f) An. MCCLXXXI. die quarta exeunt. Jul. dn. Henricus & dn. Bertholdus fratres de Labro nepotes dni Sinibaldi Archidiacon. Bonon. fuerunt confeſſi habuiſſe a dn. Gerardino Brunini XL. florenos aureos quos denarios ſocii ſui receperunt in Romana Curia. *Ex mem. Com. Bonon. ejus anni.*

(g) Eod. an. d. . . . . menſ. Jul. dn. Bertholdus de Labro emit decretum a dn. Beltrame Codega de Mediolano pretio CXII. libr. Bonon. *Ibid. Rurſus anno MCCLXXXV. Sinibaldum emiſſe corpus Juris Civilis cum Apparatu Accurſii ſupra indicavimus.*

(h) An. MCCLXXXXIII. die XXI. Febr. diſcretus vir dn. Sinibaldus de Labro prior Eccleſiæ S. M. Majoris de Bononia heres quondam dn. Sinibaldi Archidiaconi Bonon. ut patet ex teſtamento ſcripto manu Spinelli Joannis de Montecalceo vendit &c. *Ex mem. Commun. Bon. Alexandri de Argele.*

(i) An. MCCLXXXXII. die XII. exeunte Martio dn. mag. Thaddeus Medicus, & dn. mag. Bartholomeus de Varignana compromiſerunt ſe in dn. Hugolinum de Montezanico Vicarium dn. Sinibaldi Archidiaconi. *Ex mem. Commun. Bonon. ejus anni.*

(k) An. MCCXCIII. die vigeſima ſexta Sept. Reverendus vir dn. Ott. Archidiac. Bonon. fecit conſtituit dn. Ubaldinum Archipresbiterum Plebis S. Joannis in Perſiceto & dn. Hugolinum de Montezanico procuratores ſuos ad exigendos fructus &c. *Ex mem. Comm. Bonon. Lucii de Quercis in Arch. publ. Bonon.*

rat, & quod Patruo vivente uterque prægustaverat, proprium ac ſuum quaſi hæreditario jure eſſe volebat. Cum itaque neuter de ſuo jure decedere vellet, itum eſt ad judicium Sedis Apoſtolicæ. Sed interim, nondum cauſa finita, Octavianus moritur. At Bertholdus, competitore ſublato, adeo non audacior factus eſt, ut cauſæ ſuæ diffidens, juri tandem ſuo, ſi quod ad eam dignitatem habebat, ſponte ceſſerit. Itaque tandem legitimæ electioni locus fuit, cum anni tres, & menſes aliquot, in diſſidio Bertholdi & Octaviani effluxiſſent. Hæc omnia conſtant ex Literis Bonifacii VIII., quibus Guidonem de Bayſio Archidiaconum creavit, Juris Pontificii interpretem celeberrimum, quique ex Archidiaconatu Bononienſi nuncupationem ſortitus, non alio fere, quàm Archidiaconi nomine appellari conſuevit. Sed quoniam Guidonis ætas ad annos non paucos XIV. ſæculi procurrit, de eo agendum erit in ſequenti hujus Operis Parte.



INDEX

INDEX ALPHABETICUS

Profeſſorum in hac Secunda Parte laudatorum

Per nomina.

ALbertus Scholarius.	pag. 40
Alexander III. P. M.	5
Alexander de Savensby.	7
D. Antonius Patavinus.	9
Benvenutus.	8
Bonbolognus.	11
Bonifacius.	18
Clariſſimus.	14
Daldus.	ibid.
Gerardus de Giſla.	18
Gerardus de Riotto.	19
Gratia Arretinus Archid. Bonon. & Ep. Parmen.	22
F. Guerricus de S. Quintino.	10
Guilielmus Lucenſis.	7
Henricus de Fracta.	20
Joannes.	13
Lambertus de Fagnano.	15
Lanfrancus Canonicus Bonon.	10
Maurelius.	18
Octavianus Ubaldinus.	37
Petrus Lombardus.	3
Philippus.	39
Rodaldus.	16
Rogerius Ubaldinus.	41
Samuel.	14
S. Silveſter.	8
Sinibaldus de Labro.	42
Tancredus.	28
Teuzo.	13

Per cognomina.

ARretinus Gratia Archidiac. Bonon. & Ep. Parmenſis.	pag. 22
Fagnano Lambertus de	15
Fracta Henricus de	20
Giſla Gerardus de	18
Labro Sinibaldus de	42
Lombardus Petrus.	3
Lucenſis Guilielmus.	7
Patavinus S. Antonius.	9
Quintino F. Guerricus de Sancto	10
Riotto Gerardus de	19
Scholarius Albertus.	40
Ubaldinus Octavianus.	37
Ubaldinus Rogerius.	41
Savensby Alexander de	7

D E

DE THOMA DIPLOVATACCIO.

VEterum Monumentorum ſeriem, quam mox daturi ſumus, aliqua de Thoma Diplovotaccio præcedat inquiſitio. Quoniam enim Cl. Sartius eo plurimum uſus eſt in illuſtrandis antiquis illis Juris Profeſſoribus, qui in Scholis noſtris egregia cum laude floruerunt, neceſſe arbitror, de hoc clariſſimo viro aliquid attingere, quod verum ſit, atque a fabulis longo diſtet intervallo.

II. De Diplovataccio plura ſcripſit Papadopolus in ſua Gymnaſii Patavini Hiſtoria Tom. 2. pag. 43., *quibus litavit deinde immortalis Fabritius Bibl. Med. & Inf. Lat. Sed a copite ad calcem fabulas vendidiſſe Papadopolum, monuit nuper Cl., idemque doctiſſimus Hannibal Oliverius Piſaurenſis Literis ad me datis xviii. Kal. Oct. hujus anni MDCCLXX. Hobet ipſe binos Codices, quibus Diplovataccii geſta continentur; & alter quidem exhibet ejus vitam authore anonymo, ſed ſynchrono, quam in compendium redegit Hieronymus Arditius nobilis Piſaurenſis coævus & ipſe Diplovataccio. Alter vero Codex habet auctorem Joannem Matthæum Pigna Piſaurenſem, qui ſanguine conjunctus* (a) *Genti Diplovataccia facile quidem noſcere potuit quidquid ad Thomom noſtrum ſpectabat. Tantis igitur his Teſtibus nititur quidquid de Diplovataccio noſtro ſubjicimus.*

III. Corcyræ natus eſt anno MCCCCLXVIII. (b) *ex Georgio Diplovataccio, & Maria Laſcari. Ad Georgium Patrem ſpectant duo vetera monumenta, quæ haud inutile erit proferre. Alterum quidem eſt Ludovici Cardinalis Patriarchæ Aquilejenſis, qui Georgio iter longinquum ſuſcepturo has pro commeatu Literas dedit.*

Ludovicus Miſ. div. tit. S Laurentii in Damaſo S. R. E. Presb. Cardinalis, & Patriarcha Aquilegien. Domini Papæ Camerarius, & Apoſtolicæ Sedis Claſſis Legatus de Latere.

UNiverſitati veſtræ per præſentes literas maniſeſtamus, & notum facimus, quod dilectus in Chriſto nobilis Dominus Georgius Diplovataccius de Conſtantinopoli Græcus ex Imperiali Sobole genitus harum noſtrarum exhibitor, tanquam Vir probus & fidelis poſt captionem Civitatis Conſtantinopolitanæ Dominus fuit Oppidi nuncupati Caſtri in Inſula Stalliminea, & totius ipſius Inſulæ, qui nobis & Sedi Apoſtolicæ dictum locum, ac totam inſulam prædictam reſtituit, & conſignavit, & poſtea in recuperando alia loca, ac aliis negotiis S. Cruciatæ bene, laudabiliterque ſe geſſit, ac varia & multa damna a Turchis propterea ſuſtinuit. Nunc autem cum licentia & gratia noſtra ad partes Occidentales ſe tranſiturum dicit. Quapropter illum Univerſitati veſtræ, ac veſtrorum ſingulis in Domino commendamus; mandantes ſubditis S. R. Eccleſiæ, & quibuſcumque Officialibus, ac perſonis Sac. Claſſis Apoſtolicæ, quatenus eidem Domino Georgio per quaſcumque terras, & quæcumque loca tam per terram, quam aquam proficiſcenti nullum penitus damnum, nullam injuriam, moleſtiam, vel offenſam, aut familiæ ſuæ inferre præſumant. Quin potius cum reverentia Dei ſuſcipiant ſavorabiliter commendatum cum omni familia ſua. Dat. Rhodii ſub noſtri ſecreti impreſſione Sigilli die 5. menſis Auguſti MCCCCLVII. Pontif. SS. in Chriſto Patris, & Domini noſtri Callixti div. provid. Papæ III. an. III.

Humbertus.

Alte-

(a) Uxorem duxerat Neptem Apolloniæ, quæ fuit ſecunda Thomæ Diplovataccii uxor, & præterea Luciettam filiam collocaverat Valerio Alexandri, qui Thoma, & Apollonia genitus fuerat.

(b) Diplovataccius ipſe in vita Joannis Mariæ Riminaldi: *Iſte*, inquit, *doctiſſimus vir fuit meus promotor, & ab ipſo fui præſentatus, & mirum in modum honoratus in famoſiſſima Civitate Ferrarienſi, in qua ad dignitatem Doctoratus aſſumptus fui anno Domini MCCCCLXXXXI. anno ætatis meæ 22.*

Digitized by Google

Alterum vero eſt Sixti IV., qui pro Georgio opem implorante ad liberandos e Turcarum captivitate Filios chariſſimos Apoſtolicas literas expediri juſſit, quarum hæc eſt forma.

Sixtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Uoiverſis Chriſti Fidelibus præſentes literas ioſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Pium & meritorium apud Deum &c. Cum itaque, ſicut accepimus, olim poſt deperditam civitatem Conſtantinopolitanam, & ab impiiſſimis Chriſti nomini Turcis hoſtibus captam, & ſubjugatam, dilectus filius Georgius Diplovatacci olim nobilis Cooſtantinopolitanus, ex Imperiali Sobole genitus, qui Dominus fuit Oppidi nuocupati Caſtri in Ioſula Stellimioea, & Caſtrum & Inſulam hujuſmodi tenebat, zelo fidei acceoſus illam bo: me: Lodovico tit. S. Laurentii io Damaſo Presb. Cardinali tunc in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Legato reſtituere, & conſignare . . . . . . ac tempore illo in negotiis Cruciatæ bene ac laudabiliter ſe geſſerit, multaque mala, & damoa ab ipſis Turcis pertulerit. Et poſtquam dicti Turci Caſtrum, & Ioſulam hujuſmodi habueriot, ab eiſdem multas perſecutiones paſſus extiterit, ac noviſſime ſuperioribus diebus duo ejus filii ex Corcyra Inſula, ubi domicilium habebat, verſus Apuliam navigantes ab ipſis perfidis Turcis capti, & Conſtantinopolim delati, in manibus præſati Turci poſiti fueriot, quos aut neci tradere, aut fidem catholicam abnegare facere decreverant, niſi ſe quingentis Ducatis Venetis ab ejus manibus infra certum tempus tunc expreſſum ſe redimere promiſerint; quod etiam ad preces nonnullorum Mercatorum Chriſtianorum in dicta Civitate Cooſtantinopolitana commorantium obtinueriot. Nos igitur ne eoſdem Captivos fidem prædictam abnegare, vel in Turcarum eorumdem maoibus mori contingat, illos ab ipſorum Turcarum manibus eripi deſideraotes, ac cupientes, ut fideles prædicti pro eorumdem captivorum liberatione eo promptiua manus porrigant adjutrices, quo &c., propterea ipſis vere pœnitentibus & confeſſis, qui pro liberatione, & redemptione prædictorum duorum Captivorum prædicto Georgio, aut alteri ejus nomioe manus porrexerint adjutrices, ut præfertur, duos annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus, præſentibus quouſque præſati duo Captivi liberati fuerint, & non amplius valituris. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnat. Dominicæ MCCCCLXXVII. Octavo Id. Novemb. Pontificatus Noſtri anno ſeptimo.

Gratis de mandato SS. Domini Noſtri Papæ.

Jo: de Sales.
E. Bonadeis. A. Trapezutius gratia.

IV. Quæ fuerit deinde eorum ſors, ignotum eſt; nec vero quærere oportet. Thomas certe noſter tantæ calamitatis particeps non fuit, & adhuc adoleſcentulus Neapoli una cum Parentibus conſtitit. Patre in Hiſpaniam profecto od promerendum in exercitu Regis, ibidemque paullo poſt in obſidione Granatæ vita functo, Conſtantinus Laſcari, Mariæ Georgii uxoris conſobrinus, Meſſana, ubi Græcas literas magna cum laude profitebatur, Neapolim venit, ut Thomam, ad erudiendum eum in literis, ſecum abduceret. Sed Matrem invitam reperit, & Thomas Neapoli Magiſtros habuit in Grammatica celebres ea ætate viros, Jovianum Pontanum, & Carolum Sorrentinum. Salernum deinde miſſus ad Logicam oddiſcendam, adeo brevi profecit, ut de ea publice, & egregie diſputaverit. Hortante deinde Antonello Salerni Principe, cujus jam gratiam Thomas ob præclarum ingenium inierat, Legum ſtudiis ſe addixit ſub Antonio a Cruce, audivitque Nicolaum Capograſſum, & Carolum a Ruggine. Cum res ipſi feliciter ceſſiſſet, Juris ſtudia amplius non deſeruit. Itaque Matris imperio Neapolim reverſus, eadem proſequutus eſt Præceptoribus Antonio Bathimo, & Franciſco Balvino.

V. Brevi poſt tempore Venetias, Matre comitante, ſe contulit, illuc accer-

ſitus

Digitized by Google

ſitus a Demetrio Spandolino Mariæ conſanguineo (a). *Patavium poſtmodum ſtudiorum cauſa profectus, ibi audivit Jaſonem, Joannem Campeggium, Antonium Corſettum, & Bartholomæum Soccinum. Sed Antonium Corſettum, dictum Barbatinum, magiſtrum habuit in Jure Canonico, ut ipſe de ſe fatetur in ipſius Corſetti elogio.* Sub eo, *inquit*, Jus Canonicum audivi. *Bononiæ Corſettus floruerat; quod idem Diplovataccius teſtatur: ſed anno MCCCCLXXXVI. Patavium a Dominio Veneto majori ſtipendio conductus fuit; quo ſane tempore Thomas noſter ſub ejus diſciplina eſſe potuit. Joannes Matthæus Pigna affirmat, Diplovataccium librum* Inſtitutionum *publice Patavii explicaſſe anno MCCCCLXXXIX.*

VI. Hoc ipſo anno MCCCCLXXXIX. Patavio una cum matre Piſaurum venit invitatus a Camilla Sfortia Piſauri Domina, ut ibidem Vicarii Appellationum, & Vectigalium *honorifico admodum munere fungeretur. Sed cum nondum barbatum vidiſſet, verita, ne muneri pro dignitate ſuſtinendo impar haberetur, Peruſium miſit, ut in ea Civitate ad aliquod tempus ſtudiis majori animi contentione vacaret; quod quidem præſtitit ſub Petro de Ubaldis, Philippo a Corneo, & Baldo de Bartolinis, ut ipſe affirmat in elogiis eorumdem.*

VII. Aliquot poſt menſes Piſaurum reverſus, magno in honore fuit apud Joannem Sfortiam privignum Camillæ, quæ jam Dominatu Piſauri omnino ſe abdicaverat. Annuente ipſo Joanne, Thomas Ferrariam venit anno MCCCCLXXXX., ubi Doctoratus inſignia accepit a Joanne Maria Riminaldo, ut ſupra diximus. Hoc honore auctus Piſaurum revertitur, & inter Joannis Sfortiæ Cubicularios fuit uſque ad annum MCCCCLXXXXII., quo vita functo Almerico de Almericis celeberrimo ea ætate viro, & Fiſci Procuratore, in ejus locum ſuffectus eſt Thomas. Quis hic non irrideat Papadopolum, qui hoc ipſo tempore nobis exhibet Thomam rerum omnium inopem, *ut ipſe appellat, & Romæ mercedis ſtudio in tradenda Phyſica occupatum?*

VIII. Sequenti anno MCCCCLXXXXIII., cum ſubortæ eſſent inter Doctores, & Equites Civitatis Piſauri contentiones de præcedentia in Conſilio, *eaſdem compoſuit Joannes Sfortia die ſacro Nativitatis Chriſti ejuſdem anni, edito Decreto* ſuper præcedentia Doctotum, *quod hic integrum damus, vel maxime in hunc finem, ut de Thomæ Diplovataccii dignitate, & opibus conſtet.*

Joannes Sfottia de Aragonia, Comes Cotignolæ, Piſauri &c.
ad perpetuam tei memoriam.

SÆpenumero (b) ſumus arbittati, nihil eſſe, quod magis ac magis optimnm deceat principem, quam diu & noctu negotiis occupari, curis excitari, & aſſiduis cogitationibus diſtrahi pro ſubditorum ſuorum ſalute, pace, & commodo. Sed præclarius eorum cauſa his inſtantins intendere rebus, ferventius vacare, & operoſius ſollicitudinem impartiri, quibus inter eos præciſis diſſidiorum radicitus vepribus, & litigiorum anfractibus omnino ſeductis, pacis tranquillitas vigeat, concordiæ unitas invaleſcat, & animorum idemptitas perſeveret; cum amor & gratia ea ſint, qnibus omnia & regantur, & augumententur: Odium vero & diſcordia, quibus decreſcant, & diſſolvantur. Et tanto uberiores fructus ea eſſe noſcuntur, quanto id obſervari contingat inter Doctores & Equites & Milites cujuſcumque gradus & conditionis; qui uti alios & virtntibns & moribus illuſtriores anteire debent, ita cæteris inferioribus pacis, & concotdiæ exemplnm bene, & pacifice vivendi de ſe tam publice quam privatim exhibeant. Dudum ſiquidem ſuborta contentione inter Doctores & Milites Civitatis noſtræ Piſauri, quis eorum præferri debeat dum in hominum conventu aſſiſtnnt, aut deambulant, hoc in perpetuum valituro decreto hujuſmodi ambitioſam diſcordiam extirpantes motn proprio, & ex cer-

ta

(a) Quis fuerit hic Demetrius Spandolinus ignorare ſe fatetur Cl.Oliverius; neque vero ipſe divinare poſſem. Græcum natione fuiſſe recte idem arbitratur, ob illius cum Maria Laſcari affinitatem. (b) Ex libro I. Decret. in Secretaria Illmæ Communitatis Piſauren.exiſten. ad pag.54.

Digitized by Google

ta animi noſtri ſcientia, & de noſtra plenitudine poteſtatis decernimus, mandamus, & volumus, ut ex Doctoribus antedictis, qui ſunt, & qui in futurum erunt noſtri dominii ſubditi, & Civitatis noſtræ Piſauri Cives, & habitatores, is aliis præferatur in quocumque loco, in quo convenire contingat, qui prius Doctoratus honorem ſub rigoroſo examine in Studio generali aſſecutus fuerit, ſive ſit Artium, & Medicinæ Doctor, ſive Juris Civilis, ac Canonici, aut Juris Civilis tantum, aut Juris Canonici tantum, non obſtante quod qui poſterius Doctor fuerit, alleget, ſe eſſe Doctorem etiam Juris Canonici, & non obſtante etiam quod poſterior Doctor alleget, ſe Equeſtris dignitatis titulo inſignitum, dummodo non conſtet, quod pro quolibet gradu Communis Piſauri ad minus ſolvat in Communi libras quatuor bonon. pro ejus rata dumtaxat, quia tunc Doctores, & Milites aliis præferantur Doctoribus, qui non fuerint hujuſmodi gradus prærogativa inſignes, & non obſtante etiam, quod alleget, ſe eſſe Contubernalem noſtrum, & non obſtante etiam quod ſe aſſereret eſſe Advocatum Cameræ noſtræ Fiſcalis, niſi de Contubernali Advocato Fiſcali per nos contingat aliter ordinari. Et poſtremo non obſtante quod quis natus eſſet in Comitatu noſtro Piſauri, dummodo dictæ noſtræ Civitatis ſit Civis, & perpetuus habitator, & Doctor: ii vero noſtri Cives, qui erunt ſolummodo decorati Equeſtri dignitate, omnibus Doctoribus præferantur, qui non fuerint milites ſolvant in communi pro quolibet gradu dictas quatuor libras: eirea hoc tamen etiam noſtro atbitrio aliter ordinandi ſemper ſalvo. Et ut præſens noſtrum Decretum ſimul edatur, & exequatur, ut exemplis in futurum intentio noſtra magis innoteſcat, operæ pretium eſſe ducimus, Doctores tam Medicos qnam Juriſtas ſubditos noſtros, qui in præſentia vitam exigunt, infraſcripto modo ordinandos eſſe, videlicet

Dominus Joannes Ludovicus de Farnetis ſit primus in ordine.
Dominus Nicolaus de Sajano Legum Doctor ſecundus, qui poſtea præceſſit, qnia factus Eques a Summo Pontifice.
Magiſter Camillus de Leonardis Artium, & Medicinæ Doctor. Tertius.
Magiſter Zaccarias Artium, & Medicinæ Doctor. Quartus.
Dominus Ludovicus de Candelaria Legum Doctor. Quintus.
Dominus Dynus de Zegnarolis Legum Doctor ſit in ordine Sextus.
Dominus Vincentius de Fidelibus Juris utriuſque Doctor. Septimus.
Dominus Petrus Ludovicus de Fano Legum Doctor de Saracenia Civis, & habitator Piſauri ſit in ordine Octavus.
Magiſter Ippolitus de Dominicis Artium, & Medicinæ Doctor. Nonus.
Dominus Joannes Mattias de Janotiis Legum Doctor. Decimus.
Magiſter Joannes Franciſcus de Arditiis Artium, & Medicinæ Doctor, Undecimus.
Dominus Thomas Conſtantinopolitanus Legum Doctor habitator Piſauri, & Advocatus Cameræ ſit in ordine Duodecimus.
Dominus Julius de Alexandris Piſanren. Legum Doctor. XIII.
Dominus Angelus de Clementibus de Piſanro Legum Doctor. XIIII.
Magiſter Auguſtinus de Angelis Piſauren. habitator Venetiis Doctor Venetus incedat ſecundum tempus ſui Doctoratus aſſumpt. prout ſupra: in cæteris Decretum extitit.

Addentes quod ſi quis huic noſtro Decreto contrafecerit, incurrat de facto in pœnam vigintiquinqne Ducatorum noſtræ Cameræ applicandorum, & ſimiliter qnoties contigerit nomine noſtro eos evocari debere, nt conveniant aliquo in loco, ſecundum quod contingeret fieri de noſtro mandato; ſi quis ex eis non comparuerit eo in loco, tnnc, & eo caſu intelligatur contraveniſſe huic noſtro Decreto, & in eamdem pœnam incurriſſe, niſi de canonico impedimento per duos idoneos teſtes probaverit Domino Poteſtati noſtro Civitatis Piſauri, qui pro tempore fuerit, vel alii, cui mandabimus dictam probationem fieri debere; & quilibet poſſit accuſare, & denunciare, & ei creda-

tur cum ejus juramento & uno bono teſte, & habeat tertiam partem dictæ pœnæ in utroque dictorum caſuum.

In Chriſti Salvatoris, & Domini noſtri, ejuſque Beatiſſimæ Matris Virginis Mariæ nominibus. Amen. Anno a Nativitate ejuſdem Domini, & Dei noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quatringenteſimo nonageſimo tertio, Indictione undecima, tempore Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Alexandri Divina providentia Papæ Sexti, & die vigeſima quinta Decembris in die Nativitatis ejuſdem Salvatoris noſtri. Supraſcriptum Decretum præfati Ill. Domini noſtri editum ſuper præcedentia Dominorum Militum, & Doctorum lectum, & publicatum fuit de commiſſione, & mandato præfati Illuſtriſs. Domini noſtri monitione elegantiſſima S. J. Dominationis præcedente facta infraſcriptis Dominis Doctoribus præſentibus, & intelligentibus per me Joannem de Germanis Cancellarium Communis Piſauri, & Notarium præfati Illuſtriſſimi Domini de verbo ad verbum in Camera Jardini domorum reſidentiæ præfati Illuſ. Domini noſtri in Civitate Piſauri in præſentia dictorum Clariſſimorum Dominorum Doctorum videlicet, Magiſtri Zaccariæ phyſici, Domini Ludovici de Singualdis de Candelaria, Domini Dyni de Zegnarolis, Domini Vincentii de Fidelibus, Magiſtri Ippoliti, Domini Joannis Matthiæ de Janotiis, Magiſtri Joannis Franciſci de Arditiis, Domini Thomæ de Conſtantinopoli, Domini Julii Magagnini, & dicti Domini Angeli Clementis prædictorum; præſentibus ſpectabilibus, & Clariſſimis Doctoribus Domino Joanne Franciſco Capinſacco de Arimino onor. Prætore Civitatis Piſauri, Domino Joanne Maria de Dynis onor. Vicario Generali Gabellarum Communis Piſauri, Franciſco Betio Magiſtro Domus, & Franciſco quond. Domini Nicolai de Palude Civibus, & habitatoribus Piſauri Teſtibus ad ſupradictam publicationem dictorum Decretorum hujuſmodi vocat, & ſpecialiter rogatis.

Ego idem Joannes de Germanis Civis, & habitator Piſauri, & Cancellarius publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, & ſingulis, ut præmittitur, præſens fui, & ea rogatus ſcribere, ſcripſi, & publicavi, ſignumque meum appoſui.

Loco ✠ Signi.

IX. Ita autem Diplovataccium Joannes Sfortio charum habuit, ut ad ejus domicilium Piſauri firmandum operam dederit, ut Franciſcus Bezius Nobilis Florentinus Catharinam a Curte Privignam, eamque prædivitem nuptui daret Thomæ noſtro; quod quidem feliciter contigit in ſequenti Anno MCCCCLXXXXIV. Cum autem Piſauro pulſus deinde fuiſſet Joannes opera Ducis Valentini, nihil triſte accidit Diplovataccio; imo eum honoribus auxit novus Princeps, virtutis ejus, & doctrinæ amore captus. Recuperato a Joanne Sfortia imperio poſt mortem Alexandri VI., Thomas eodem loco fuit apud ipſum; quod quidem maximum eſſe debet ejus integritatis ac prudentiæ teſtimonium. Sed Principis gratiam amicitiæ, ejuſque officiis minime antetulit. Itaque capitis damnato a Joanne Sfortia Pondulpho Collenuccio, a quo certe Thomas noſter tantam fortunæ perverſitatem pro viribus avertere conatus fuerat, liberorum ejus defenſionem magno animi conſtantio ſuſcepit, ne ipſi quoque Sfortiæ odio in Collenuccios nondum extincto opprimerentur. Cum igitur ob hanc cauſam abalienatum a ſe animum Joannis Sfortiæ intelligeret, rebus ſuis conſulere cogitavit; ac uſus opportune commendatione Julii II. Pontificis Maximi (a) *apud Franciſcum Mariam I. Urbini Ducem, Pontificis Fratris Filium, oblatam ſibi Eugubii Præfecturam ſuſcepit. Intereo mortuo Catharina Uxore, ejus hæreditate, & paullo poſt, alia Franciſci Bezii Catharinæ Vitrici, potitus eſt. Opibus ſic auctis, alteram Uxorem duxit Apolloniam de Angelis natam Auguſtino de Angelis, celebri admodum Philoſopho, & Nobili Piſaurenſi. Eugubii Præfectura egregie abſoluta Piſaurum reverſus,*

(a) Jam ab anno MDVI. Thomas Bononiam profectus Orator ad Julium Pontificem pro Joanne Sfortia, ipſius Pontificis gratiam, & exiſtimationem inierat.

Digitized by Google

ſus, in varia hujus Civitatis fortuna ita ſe geſſit, ut ſemper optimi Civis partes expleverit. Sed tamen turbarum aliquando pertæſus Venetias ſe recepit anno MDXVII., ut conjectanda ſtatuit Cl. Oliverius; atque in ea Civitate diu ſtudiis, & amicis vixit, ſcilicet, uſque ad finem anni MDXXXII; in libris enim Conſiliarum Civitatis Piſauri ad diem VIII. *Decembris illius anni ſic legitur:* Dominus Thomas de Plovatatiis modo reverſus in Patriam cauſa habitandi. *Sedem amplius non mutavit Diplovataccius, & quoad vixit, Piſauri fuit, ubi publicis muneribus non ſine egregia doctrinæ, & integritatis laude vacavit.*

X. Anno MDXXXVIII. integra adhuc valetudine Teſtamentum condidit, cujus excerpta hic damus, ut quæ hucuſque de Diplovataccia dicta ſunt confirmationem habeant, & quæ de ipſo ſcripſit Papadapolus adhuc falſitatis arguantur.

In Chriſti Nomine. Amen.

CLariſſimus J. U. Doctor Dominus Thomas de Plovatacciis Melinochi Conſtantinopolitanus, Civis Piſauri, ſanus &c. In primis quando ſibi mori contigerit, reliquit Corpus ſuum ſepeliri in Eccleſia Sancti Auguſtini de Piſauro, & per infraſcriptum ejus hæredem fieri unum ſepulcrum marmoreum, in quo debeat expendere Scutos 50, & plus, prout videbitur dicto ſuo hæredi, & fideicommiſſariis, juxta altare Capellæ S. Nicolæ de Tolentino, ubi placuerit dicto hæredi, & fideicommiſſariis, cum imagine marmorea ipſius Teſtatoris ſculpta; & ſi contigerit mori extra Civitatem Piſauri, juſſit Corpus ſuum deduci, & exportari Piſaurum, & poni in depoſitum in dicta Eccleſia, & deinde poni in Sepulcro ædificando, ſi ædificatum non fuerit per dictum Teſtatorem, cui Capellæ S. Nicolæ reliquit florenos tres ſingulis annis monetæ veteris ad rationem bonon. 40. pro ſingulo floreno, hac conditione appoſita, quod Fratres dictæ Eccleſiæ, qui pro tempore fuerint, celebrari faciant ſolemnem Miſſam in dicto Altari, in dicta Capella, quæ eſt ipſius Teſtatoris, ſingulis annis &c.

Item reliquit jure inſtitutionis D. Franciſcæ ejus filiæ dilectæ florenos 1600. ad dictam rat., quos habuit ab ipſo Teſtatore D. Bernardinus de Homdedeis ejus gener &c.

Item reliquit D. Marinæ ejus filiæ florenos 1600., quos habuit tempore contracti Matrimonii cum Domino Homdedeo de Homdedeis Dominus Franciſcus de Homdedeis Pater &c.

Item reliquit Apolloniæ ejus Nepti, & filiæ Alexandri dicti Teſtatoris filii florenos 1600, quos habuit &c. a Domino Franciſco de Homdedeis pro dotibus D. Hieronymæ ejus filiæ, & Matris dictæ Apolloniæ &c.

Suos autem Fideicommiſſarios &c. Dom. Franciſcum de Homdedeis & D. Bernardinum de Homdedeis ejus generum, & D. Bernardum Monaldum ejus Sororium &c.

Item præcepit Alexandro ejus filio hæredi, & ſuis filiis, & hæredibus, quod non debeant diſpenſare, nec vendere, nec mutuare, & hoc ſub pœna indignationis, libros ipſius Teſtatoris, quia mediantibus dictis libris, & cum amore Dei, & gratia ipſius, Teſtator ipſe acquiſivit facultates ſuas &c.

In omnibus autem aliis ſuis bonis mobilibus & immobilibus exiſtentibus tam in Civitate Piſauri, & ejus Comitatu, quam Venetiis in Monte ſubſidii, ac etiam in Villa Scandellariæ, & ubique, dilectum ejus filium Alexandrum inſtituit &c. ejus hæredem univerſalem ec. ec.

Actum &c. Piſauri in Cancellaria Communis ſit. in Quarterio S. Archangeli juxta Plateam Magnam &c. 1538. Indictione XI. tempore Pont. SS. in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli div. prov. Papæ III. die vero Sabbathi Sancti 20. menſis Aprilis. Præſentibus D. Sigiſmundo Samperolo Conſule, Exc. J. U. DD. Domino Ludovico Bezzecarino, D. Baptiſta de Almericis, Ser Jo: Baptiſta Vachario, Ser Franciſco Brettario, Ser Franciſco Vita, Mag. Petro Bacchio, & Petro Antonio de Amatis Civibus Piſauren. teſtibus ec.

Ego Bernardinus Ser Gaſparis de Factoribus Civis Piſauri Publicus Imperiali authoritate Notarius ec.

Ego Thomas Diplovataccius Conſtantinopolitanus J. U. D. & Civis Piſauri aſſerens, iſtud eſſe ultimum meum Teſtamentum publicum *in* Cancellaria Communis Piſauri 20. Aprilis 1538., & ideo manu mea ſubſcripſi ec.

XI. Poſt tres annos a Teſtamento condito, vita ceſſit Diplovataccius noſter, cum vixiſſet annos 73 In libro Conſiliorum Civitatis Piſauri, quem præcedit catalagus eorum, quibus conſilia conſtabant, ita adnotatur abitus Diplovatacii manu Bernardini de Factoribus Notarii & Cancellorii: D. Thomas de Plovatatiis J. U. Doctor die 29. Maii MDXXXXI. circa horam ſeptimam.

DIPLOVATACCII SCRIPTA.

O*Pus de* Præſtantia Doctorum. *Hujus mentionem facit Pigna in hunc modum:* I XII. libri della eccellenza de' Dottori. *Fabritius Bibliot. Græc. Tam. X. pag.* 501. *ita de hoc Opere loquitur:* Scripſiſſe etiam traditur libros duodecim de Præſtantia Doctorum, & Clariſſimis Jctis, *in* quibus diligentiſſime Vir ille & Juris Civilis dignitatem explicavit, & auctores ejus omnes, interpreteſque a Phoroneo ducta ſerie ad ſua uſque tempora deduxit. Sed hoc opus Baptiſtæ Egnatio, & Michaeli Neandro (V. Præf. Neandri ad Erotem. Ling. Græc. p. 257.) celebratum, aut periit jam olim, (inquit in Bibliot. Bibliothecar. Labbæus) aut alicubi ab aliquibus ſupprimitur, ne in manus multorum veniat. *Tam. autem XIII. p.* 555 in Vol. X. (*inquit ipſe*) pag. 502. pauca quædam dixi de Thoma Diplovataccio Græco homine, ſed qui utriuſque Juris Doctor latine, & in Italia ſcripſit ſub extremum Sec. XV. Hujus opus de Claris Jctis non extare, valde dolendum eſſe mecum exiſtimabit, qui vitam Bartholi ab eo traditam, atque ideo a me infra ſubjunctam cognoverit; & ſi enim ſpinoſius paullo atque incultius ſcripta eſt, tamen ex diligentia, quam in ea author adhibuit, apparet de Jctis ſuæ maxime ætatis, & aliquot ante ſæculorum multa eum nos fuiſſe edocturum, quæ omnes fugiunt. Citat ipſe in cap. XIV. Vitæ Bartoli librum nonum de Claris Jctis, necnon, quem ab illo diſtinguit, tractatum de Præſtantia Doctorum. Utriuſque etiam his verbis facit mentionem Mich. Neander in præclara *illa* Præfatione ad Erotemata linguæ Græcæ, ſeu potius *in*troductione ad notitiam literariam pag. 157. = Scripſit etiam Baldus Peruſinus de Comme-
= morationibus famoſiſſimorum Doctorum in utroque Jure, & Thomas Di-
= plovataccius Patricius Conſtantinopolitanus libros XII. de præſtantia Do-
= ctorum, & Clariſſimis Jctis, *in* quibus diligentiſſime Vir ille, teſte Bap-
= tiſta Egnatio, Juris Civilis dignitatem explicavit, & auctores ejus inter-
= preteſque omnes a Phoroneo ducta ſerie ad noſtra uſque tempora dedu-
= xit; ſed utrumque utriuſque Opus aut periit, aut alicubi ab aliquibus
= ſupprimitur, ne in multorum manus veniat. =

Sed Fabritius veritatem in errorem cammutavit; nam unum idemque fuit Diplovataccii Opus; & titulus de Cloris Jctis nihil aliud ſignificat, niſi nonum ejuſdem Operis librum; neque aliud prabant Neandri verba, quibus nititur Fabritius. Sed res clorius conſtare pateſt ex Alexandra Gaboarda, qui in Epiſtola ad Thomam ipſum Diplovataccium, quæ eſt ad calcem editianis Arrianni Piſ. anna 1508., *ita ſcribit:* Judicent tamen doctiores, & tu Vir Juris Conſulte doctiſſime, qui vitam Arrianni, & aliorum Juriſconſultorum legaliter, & hiſtorice complexus es in Opere tuo de Præſtantia Doctorum, qui a Phoroneo Inachi Argivorum Rege ad hæc uſque noſtra tempora defluxerint, in nono videlicet libro, ubi de Claris Juriſconſultis, quod merito Joanni Sfortiæ Illu. clementiſſimo Piſauri Domino dedicaſti.

Sed

Sed magnum hoc Opus, quod interiiſſe, vel invitis Muſis latitare dolebant Eruditi omnes, redivivum, ſaltem quoad nobiliorem ſui partem, jamdiu lætantur iidem. Igitur liber nonus, qui eſt de Claris Juriſconſultis, extat pene integer apud Clarum Oliverium, qui in fronte Codicis hæc ſua manu adſcripſit: Thomæ Diplovatatii, qui Piſauri Diplovatatiam gentem e Græcia profugam collocavit, Opus de Præſtantia Doctorum: Opus luculentiſſimum initio ſæculi XVI., vel ſub finem XV. jam ſcriptum, atque dicatum Jo: Sfortiæ Piſauri Domino, ducentis ab hinc annis plane deperditum, inſperato diligentiſſimus, & fortunatiſſimus Paſſerius noſter, doctrina, ingenioque Thomæ ipſi facile anteponendus, Prid. Kal. Octobris A. D. MDCCXLVIII. invenit. *Codicem hunc idem Oliverius tranſmiſit jampridem Comiti Joanni Elephaotutio hujus meæ Patriæ Senatori ampliſſimo, & optimarum artium cultori eximio, qui eumdem ſumma diligentia exſcribendum curavit, ut in ſecretiore Scientiarum Inſtituti Bibliotheca immortalitati ſervetur. Quale autem fuerit hujuſmodi Opus Diplovataccii, non melius, quam ex ipſo, dijudicari poteſt, qui in Proœmio ejuſdem ita Joannem Sfortiam, cui Opus ſuum infraſcriptum voluit, alloquitur.* Laudemus Viros glorioſos, & parentes &c. Eccleſ. 44. Propterea cum hanc ipſam tantæ authoritatis ſententiam imitatus, Princeps Magnanime, Doctoratus dignitatem inſignem, ampliſſima Doctorum privilegia, eorumque gradus præcedentiæ non aſpernandos proximis huius Operis noſtri Voluminibus exaraverim, viſum eſt quoque florentiſſimos quoſque Viros, qui a Phoroneo Inachi Argivorum Regis tempore ad hoc uſque ætatis noſtræ curriculum nonnihil memoriæ dignum prodiderunt per annos termille trecentos, tamquam gemmæ electiſſimæ, diverſa in Orbe Gymnaſia, & proprias Civitates illuſtrando, prout diligentiſſime potero, breviter exponere.

Incipit igitur a Phoroneo Inachi Argivorum Regis, tum de Mercurio, aliiſque ſubinde omnium gentium, ac præſertim Græcorum, & Romanorum Legislatoribus, Legumque Peritis celebrioribus ad ſua uſque tempora. Porro in hoc Opere concinnando annos bene multos impendiſſe debuit. Infinita enim Volumina vidiſſe, & expilaſſe oportuit; nam hanc ſcribendi rationem perpetuo ſecutus eſt, ut nihil proferat, quod auctoritate Scriptorum non nitatur; ita ut nihil aliud ſint pleræque Vitæ Jctorum, quam Centones conſuti ex veterum Scriptis, ex quibus Hiſtoriæ veritas mirifice comprobatur. In recenſendis vero ſingulis Clarorum Jctorum libris incredibilis hujus hominis diligentia emicuit. Fuit in hoc genere perdiligens Guido Pancirolus; ſed nihil ad Diplovataccium, qui innumera Doctorum volumina recenſet, additis, quantum colligere potuit, temporum annotationibus, quo quiſque liber a ſuis Auctoribus ſcriptus fuit, prolatis etiam primis, & extremis verbis eorumdem librorum, quorum jam ætate noſtra plures interierunt, vel quod nunquam typis editi fuerint, vel quod paſſim neglecti ſint, & a novis libris extruſi ad Salſameotariorum Officinas.

Plures ex Vitis illuſtrium Jctorum, quas in nono Libro Operis de Præſtantia Doctorum *adornavit Diplovataccius, lucem adſpexerunt in editis Operibus Celebriorum Juriſperitorum: quemadmodum Vita* Bartoli *in Operibus ejuſdem Venetiis anno MDLXXXXVI., quam poſtea iterum edidit Fabritius: Vita etiam* Pauli de Caſtro *edita Coloniæ eodem anno MDLXXXXVI., cujus mentionem facit Fontanella in ſua Biblioth. Legali: Vita* Angeli Arretini, *quæ prodiit una cum ejuſdem* Angeli Tractatu de Maleficiis *Venetiis anno MDLV., quæque præfert hunc titulum:* Angeli Arretini Vita per Dominum Thomam Diplovataccium Conſtantinopolitanum J. U. Doct. ad Lodovicum, & Paulum Paduæ Legum Profeſſores, & Sororios, Filios excellentiſſimi Artium, & Medicinæ Doctoris Domini Auguſtini de Angelis Piſaurenſis. *Sed fortaſſe nonnullæ aliæ in aliis libris reperiri poterunt.*

Non modo Vitam Bartoli *ſcripſit Diplovataccius, ſed etiam ejus Operibus varia*

addi-

Digitized by Google

additamenta fecit, quibus varios Bartoli *errores emendavit. In* Lecturis *Bartoli, quæ prodierunt Lugduni anna MDXXXXVII. in Præfatione ad Lectorem ita Editor loquitur:* Scio doctiſſimos aliquot Viros non ita pridem hoc ipſum (*nempe emendationem Cammentariorum Bartoli*) tentaſſe, in quibus Alexander Loſæus, Nicolaus Arelatenſis, ac noviſſime Thomas Diplovataccius. *Sed melius ex ipſa Diplovataccio intelligere peſſumus, quid labaris ſuſceperit in emendando Bartolo. Itaque Jacobo Piſauro Paphi Epiſcopo ita ſcribit (a):* Thomas Diplovatatius J. U. Doct. Reverendiſſimo D. Jacobo Piſauro Paphi Epiſcopo S. P. D. Cum ſuperioribus annis, Reverendiſſime Pater, Bartoli omnium J. U. Conſultiſſimi Lecturæ imprimerentnr, quam plurimas leges, & titulos antea non impreſſos meis cum Apoſtillis imprimendos tradiderim, & quia nonnulla ejuſdem Auctoris Conſilia, etiam manu ipſius ſcripta, necnon multi tractatus, & quæſtiones penes me erant a pleriſqne Jureconſultis, & Profeſſoribus, cum Venetiis degentibus, tum Patavii Jura profitentibus, & Impreſſoribus pro communi omnium utilitate imprimenda concederem, rogatus extiterim, qui in re tantorum virornm precibus motus, maxima cum diligentia Conſilia prædicta, cum impreſſa tum imprimenda, tractatus, & quæſtiones ipſius Bartoli, meis cum additionibus, ut imprimerentur, incubui.

Diplovataccii etiam ſunt Commentaria in Lecturam Alexandri Tartagnæ ſuper Cod., & Digeſt. Lugduni 1553.

Tractatns *quoque* de Teſtibus. Coloniæ 1556., ſeu potins Additiones in hunc Tractatum a Joanne Gymnico exaratum.

Chronicon Piſauri. *Ita hoc aliud Opus Diplovataccii nominavit Marcus Antonius Gozius ſenior, qui illud vidit, eoque uſus eſt. Joannes Matthæus Pigna vocat Hiſtoriam Civitatis Piſauri. Clarus Oliverius hoc Opus ipſius Diplovataccii manu exaratum vidiſſe ſe, & legiſſe teſtatur, & Auctaris eruditianem ſatis cammendari non poſſe affirmat.*

De Vicariis temporalibus S. Sedis, & Imperii. *Hujus mentianem facit laudatus Pigna.*

De libertate, & privilegiis Venetorum. *Hujus etiam meminit idem Pigna.*

Hæc habui, quæ de Diplovataccio huc afferrem. Plura de ipſo ſcribere aggreditur, quemadmodum & de aliis illuſtrioribus Piſauri Civibus, numquam ſatis laudatus Hannibal Oliverius, a quo ſumma omnia jure expectanda ſunt.



APPEN-

(a) Præmittitur hæc Epiſtola Operibus Bartoli impreſſis Venetiis anno MDXXXI.

APPENDIX

AD PRIMAM, ET SECUNDAM PARTEM

DE CLARIS

ARCHIGYMNASII BONONIENSIS

PROFESSORIBUS

Vetera Monumenta complectens.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDIX.

PRodromi loco ſint pauca quædam venerandæ antiquitatis monumenta ad noſtram hanc Academiam ſpectantia, quæ & eidem perhonorifica ſunt, & ad illius Hiſtoriam magis illuſtrandam plurimum conferunt. Dedimus jam in Præfatione ad Primam Partem pag. xiv. num. xx. Literas Alexandri III. ad Academiam Bononienſem ſcriptas; & ibidem alias ejuſdem Pontificis, quæ ad Scholas noſtras pertinere poſſent, nos daturos promiſimus: ſed infra loco opportuniore datam fidem liberabimus. In recenſendis autem Monumentis ratic habita non eſt temporis eorumdem; ſcd primò locus datus eſt iis, quæ illuſtriora videri poſſunt.

A

Ex *Tom. 44. Codicis Diplomatici Bonon.* (a)

HONORIUS III. (b)

Populo Bononienſi.

Mandat abrogari Statuta (c) *Scholarium libertati contraria.*

EX relatione Ven. Fratris noſtri Oſtienſis Epiſcopi, devotione, quam ad Romanam Eccleſiam geritis, intellecta, tanto ad ea, que ad veſtram ſalutem reſpiciunt, & honorem ferventius aſpiramus, quanto Vos, tamquam obedientes Filios ad ejuſdem obediendum mandatis cognoſcimus proniores. Vos ab iis retrahere ſatagentes, que & famam veſtram oboubilant, & afferre Vobis poſſent incommodum, & jacturam. *Sane cum ex ſtudio literarum preter infinita commoda, que ſentiris, ex eo veſtra Civitas inter alias ſit famoſa, & in univerſo Mundo nomen annuncietur ipſius, factaque ſit altera Bethleem, domus videlicet panis, qui parvulis frangitur in eadem, ex qua exeunt Duces, qui regant populum Domini, quoniam in ſtudio eruditi aſſumuntur ad regimen animarum;* non ſolum debetis a Scoolarium gravaminibus conquieſcere, verum etiam illos honoribus prevenire. Attendentes, quod ipſi gratuito ad ſtudendum veſtram preelegerint Civitatem, que cum prius eſſet humilis, per eos ibidem congregatis divitiis fere ſupergreſſa eſt Civitates Provincie univerſas. Verum vos ad hec, ſicut ex parte Univerſitatis ipſorum fuit propoſitum coram Nobis, debitum non habentes reſpectum, gratiam ipſorum in debitum, & libertatem in ſervitutem molientes reducere, ſtatuiſtis, ut ſi quis inventus fuerit ſecretam pactionem, vel conſpirationem pro Studio a Civitate Bononienſi ad locum alium transferendo facere, vel feciſſe; & ſi Scholaris quiſpiam, vel alius quemquam Scholarem adſtrinxerit modo quolibet, quo precipere poſſit ei, ut cauſa ſtudii eamdem exeat Civitatem, perpetuo banniatur, & omnia bona ejus, que Bononie, vel in ejus diſtrictu habuerit, publicentur. & eorum tribuatur medietas accuſanti. Preterea Societatem, vel Rectores, Scholares non permittantur habere, niſi hoc capitulum in eorum juramento ponatur; videlicet, quod non dabunt operam, ut Studium ad locum alium transferatur, nec cuiquam Scholari precipient, ut gratia ſtudii abſcedat a Civitate predicta, & numquam hujuſmodi mutabunt Capitulum cum conſilio, vel ſine conſilio eorumdem; ac ſi aliquis contrafecerit, modo ſimili banniatur, & bona publicentur ipſius. Poteſtas quoque infra duos menſes ab ingreſſu ſui regiminis teneatur predictum Capitulum jurari facere a Rectoribus Scholarium, ſi qui fuerint, vel infra quindecim dies, ex quo extiterint Rectores electi, & in Societatum Scholarium ſcriptis poni, nec permittant Bononienſem aliquem, vel extraneum, niſi primo juraverit, quod non leget alibi, extraordinariam aliquam legere lectionem. Unde ex iis dilectus Filius nobilis vir W. de Puſterula Poteſtas veſtra occaſione aſſumpta in eos indebitam juriſdictionem uſurpans, libertatem ipſorum infringere nititur, & contra eamdem pretextu ipſorum, pro quorum obſervatione aſſerit ſe juraſſe, illos in pluribus aggravare. Verum quia Statuta hujuſmodi proculdubio ſunt iniqua, & manifeſte obviant Scholaſtice libertati, & juramentum ſuper obſervatione ipſorum preſtitum non eſſe, utpote illicitum, obſervandum, cum nec judicium habeat, nec juſtitiam; eumdem W. monendum duximus, & hortandum Apoſtolicis ſibi dantes Literis in preceptis, ut Scholares predictos contra libertatem hactenus habitam occaſione Statutorum ipſorum, que velut iniqua duximus reprobanda, de cetero non moleſtet, libertatem eamdem modo quolibet infringendo, ut Studium eorum impediri non poſſit, ſed potius floreat ad Dei honorem, ac profectum Studentium, nec non ad ipſius gloriam Civitatis, ne ſi ſecus attentare preſumpſerit, Nos ſuper id cogamur aliud cogitare. Quocirca Univerſitatem veſtram monemus, & exhortamur attente, quatenus conſideratis utilitatibus, & honore ex Scholaribus Vobis, & Civitati

veſtre

(a) *Hic Codex diſtributus in Tom. XXXXIV. continet vetera Monumenta tum ad Scholas Bononienſes, tum ad Eccleſiam, tum ad Civitatem pertinentia, quæ juſſu Benedicti XIV. ex Romanis Archivis collegit olim Cl. Conſtantinus Regerius. Hunc Codicem tranſmiſit idem Pontifex Bononiam, ut in ſecretiore Scientiarum Inſtituti bibliotheca ſervaretur.*

(b) *Ex Regiſt. II. Honor. III. ep. 728. fol. 179. MCCXX. 6. Aprilis.*

(c) *Vid. infra in Excerpt. Statut. Pop. Bon. n. XX.*

veſtre provenientibus, ipſos charitatis brachiis amplexemini, & pretextu Statutorum ipſorum, que dicenda ſunt potius deſtituta, contra libertatem antiquam, & habitam hactenus, ipſos nullatenus moleſtetis, nec faciatis per Poteſtatem eamdem, remiſſo ſibi juramento predicto, de cetero moleſtari, permittentes eoſdem ſolita libertate gaudere, ut quieto animo poſſint inherere Scholaſticis diſciplinis, & nos devotionem veſtram poſſimus in Domino commendare; ne ſi ſecus egeritis, quod non credimus, contra voluntatem noſtram cogamur faciem noſtram Vobis oſtendere duriorem.

Datum Viterbii VIII. Id. April. Pontificatus noſtri anno quarto.

B

HONORIUS III. (a)

Poteſtati Bononienſi.

Jubet, ut Statuta contra libertatem Scholarium condita protinus abroget.

EX tenore literarum, quas Nobis tua devotio deſtinavit, colligitur manifeſte, quod ad obſervationem cujuſdam Statuti Te, juramento interpoſito, tanto inconſultius obligaſti, quanto verius conſtat illud non ſine leſione interpoſite fidei poſſe ſervari, niſi Scholares in aliquo duorum caſuum degenerarent, aut eos ſaltem exire de terra compelleres; ſi tamen ſine perjurio Tibi jam liceat, qui id facere infra duos menſes juramenti debito tenebaris. Quapropter diſcretionem tuam monemus, & exhortamur in Domioo, per Apoſtolica tibi Scripta mandantes, quatenus ſi aliquorum conſilio jam emiſſum honeſte poteris revocare mandatum, illud revoces ſine mora, aut ad minus ſub diſſimulatione pertranſeas; diligenter attendens, an expediat Civitati, cui utiliter preeſſe teneris, Scholares expelli, quorum hactenus preſentia ipſi extitit multipliciter fructuoſa.

Datum Anagnie ſexto Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno primo.

C

HONORIUS III. (b)

Scholaribus univerſis de Urbe, de Campania, & de Tuſcia Bononie commorantibus.

Eis iniungit, ne Bononienſium Statuta contra eorum libertatem promulgata ullo pacto ſervare promittant.

ETſi multam honeſtatem, imo neceſſitatem, ſicut aſſeritis, cauſa contineat, que vos ad contrahendam ſocietatem induxit, quia tamen interdum ea, que bono inchoantur principio, in pravum deducuntur exitum per abuſum, diligenti Vos decet ſollicitudine precavere, ne occaſione ſocietatis ipſius, a Vobis aliqua preſumantur, que Scholaſticam in aliquo dedeceant puritatem. Quapropter Univerſitatem veſtram monemus, & exhortamur in Domino, per Apoſtolica vobis Scripta mandantes, quatenus in artibus veſtris eam de cetero modeſtiam obſervetis, ut & infamie notam, & rerum diſpendium omnino vitetis; de Civitate exire, quam perjurii reatum incurrere potius eligentes, ſi ad alterum predictorum Vos contigerit per Poteſtatem arctari: Vos enim ſocietatem diſſolvere, aut ſtatutum illud contra libertatem Scholarium veſtris Statutis inſerere non poteſtis, qui utrumque ſervare, & quam poteſtis diligentius procurare, fide interpoſita, promiſiſtis.

Datum Anagnie ſexto Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno primo.

D

HONORIUS III. (c)

Epiſcopo Parmenſi, Archidiacono, & Archipresbitero Reginenſi.

Ut Bononienſes ad abroganda prædicta Statuta cito compellant.

STatutis Civitatis Bononie factis contra Scholares, olim nobis exhibitis, Poteſtati, & Populo ejuſdem dedimus in preceptis, ne Scholares predictos contra libertatem hactenus habitam occaſione Statutorum ipſorum, que velut iniqua duximus reprubanda, de cetero non moleſtarent, libertatem eamdem quomodolibet infringendo, Univerſitatem eamdem nihilominus exhortantes, ut conſideratis utilitatibus, & honore provenientibus eidem ex Scholaribus ipſis, per Statuta hujuſmodi non moleſtarent eoſdem, nec facerent de cetero moleſtari, juramentum ſuper eorum obſervatione preſtitum, cum illicitum fuerit, remittentes, quod ipſis facere differentibus, dilecti Filii R. Doctor Decretorum, & O. de Tonneugo viri literati, providi, & fideles pro Univerſitate ipſorum Scholarium noſtram preſentiam adierunt, ſuper iis Apoſtolice proviſionis remedium implorantes. Porro dilecti Filii Hugo Legum Doctor, & Fridericus viri providi, & fideles perverſitatem hujuſmodi Statutorum conati multipliciter palliare, tandem duo ex Statutis ipſis, videlicet de Rectoribus, & Lectoribus extraordinariis, in noſtre diſpoſitionis beneplacito libere poſuerunt, ſupplicantes, ut ſuper aliis providere paterna ſollicitudine dignaremur. Quia igitur Statuta omnia, que in Literis noſtris prius ad ipſos hac de cauſa directis plenius continentur, merito reprobavimus. Quare eos non decet illis de cetero inherere: devotionem eorum monendam duximus, & hortandam, per Apoſtolica eis Scripta mandantes, quatenus attendentes, quod Scholares ipſos benignitate retinere poſſunt melius, quam duritie, que facit, ut multi, etiam naturalem ſoli dulcedinem derelinquant, Statuta ipſa de eorum Capitulario penitus deleant, ac juramentunt ſuper illorum obſervatione preſtitum dicte Poteſtati, cum

ad

(a) *Ex eodem Regiſt. Honorii III. epiſt.* 454. *fol.* 110. *MCCXVII.* 27. *Maii.*

(b) *Ex Regiſtr. I. Honorii III. ep.* 453. *fol.* 510. *MCCXVII.* 27. *Maii.*

(c) *Ex Regiſt. II. Honor. III. ep.* 729. *MCCXX.* 13. *Maii.*

Digitized by Google

ad obſervationem ejus, tamquam illiciti, minime teneatur. remittentes omnino per Statuta eadem. vel ſimilia Studium, quo in Civitate eadem florente Civitas ipſa floret, non turbent de cetero, nec turbari aliquatenus faciant, ſed Scholares ipſos honorificentiis conſuetis, & bonis conditionibus, que via erit tutior, & potentior, curent ad Terre ſue gloriam, & commodum retinere. Quocirca mandamus, quatenus ſi quod mandamus de Statutis ipſis delendis adimplere diſtulerint ultra menſem, vel ipſorum Scholarium de cetero infringent libertatem; Vos eoſdem tam ad eadem Statuta delenda, quam ad libertatem eorumdem Scholarium conſervandam, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellatis. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Datum Viterbii tertio Idus Maii Pontificatus noſtri anno quarto.

E

HONORIUS III. (a)

Archidiacono Bononienſi.

Poteſtatem ipſi largitur ſolvendi a cenſuris Eccleſiaſticis Scholares, ac Doctores Bononienſes, qui violentas manus in Clericos injeciſſent.

COnſideratis circumſtantiis temporum, & locorum, rigor juſtitie debet aliquando manſuetudine temperari, ut vini compunctio lenitate olei mitigetur, & peccator in profundum non veniat & contemnat, preſertim cum ſine diſpendio Eccleſiarum uſquequaque ſervari non poſſit vigor Eccleſiaſtice diſcipline. Sane cum ſepe contingat, quod in Civitate Bononien. plures Doctores, & Scholares propter violentas injectiones manuum in Clericos excommunicati decedant, ac alii redeuntes ad propria promoveantur ad Ordines, abſolutionis beneficio non obtento; unde preter irregularitatem, quam incurrunt, improvide in hujuſmodi multi nolentes ſuum confiteri delictum, paupertate, vel infirmitate gravati, vel alias imbecillitate animi dormientes, ac confeſſi ad Sedem Apoſtolicam tranſmittantur, in peccatis ſuis miſerabiliter moriuntur. Nos igitur ſuper hujuſmodi periculis volentes eiſdem Doctoribus, & Scholaribus paterna ſollicitudine providere, quorum nolumus, ſicut non expedit, Studium per abſentiam impediri; auctoritate Tibi preſentium indulgemus, ut ipſis, qui ad invicem in ſe, aut in alias perſonas Eccleſiaſticas manus injecerint violentas, niſi tam grave fuerit, aut enormis exceſſus, ut merito ſint ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi, juxta formam Eccleſie beneficium abſolutionis impendas. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Reate V. Kal. Iulii Pontificatus noſtri anno tertio.

F

HONORIUS SERVUS SERVORUM DEI (b)

Dilecto Filio Archidiacono Bononienſi Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Neminem inconſulto Archidiacono in Gymnaſio Bononienſi docere poſſe jubet.

CUm ſepe contingat, ut in Civitate Bononienſi minus docti ad docendi regimen aſſumantur, propter quod, & Doctorum honor minuatur, & profectus impediatur Scholarium volentium erudiri: Nos eorumdem utilitati, & honori proſpicere cupientes, auctoritate preſentium duximus ſtatuendum, ut nullus ulterius in Civitate predicta ad docendi regimen aſſumatur, niſi a Te obtenta licentia, examinatione prehabita diligenti, tu denique contradictores, ſi qui fuerint, vel rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compeſcas.

Dat. Rome IV. Kal. Iulii Pontificatus noſtri anno tertio.

G

NICOLAUS IV. (c)

Univerſitati Scholarium Bononie commorantium.

Gymnaſii Bononien. Alumnos ubique gentium docere poſſe decernit.

DUm attente conſiderationis indagine perſcrutamur, quod per literarum Studia, cooperante illo, a quo omne datum optimum, omneque bonum conſluit, & perfectum, Viri efficiuntur Scientiis eruditi, per quos equum ab iniquo diſcernitur, erudiuntur rudes, provecti ad altiora concreſcunt, & Fides Catholica invaleſcit, libenter loca, ubi hujuſmodi pollent Studia, & Studentes in eis gratis munimus immunitatibus, & libertatibus honoramus. Cupientes itaque, ut Studentes in agro ſcientie apud Civitatem Bononien. ad Magiſterii bravium animentur, & ut in artibus, in quibus Cathedra decorari meruerint Magiſtrali, cunctos ubique valeant erudire, tenore preſentium decernimus, ut quicumque ex Univerſitate veſtra apud Civitatem predictam per Archidiaconum Bononien., vel ejus Vicarium, pro ut eſt ibidem hactenus obſervatum, examinatus, & approbatus fuerit, & docendi ab eo licentiam obtinuerit in Jure Canonico, vel Civili, ex tunc abſque examinatione, vel approbatione publica, vel privata, aliquo, vel alio novo privilegio regendi, atque docendi ubique locorum extra Civitatem Bononien.

(a) *Ex Regiſtr. II. Honorii III. epiſt. 509. fol. 107. MCCXVIIII. 25. Junii.*

(b) *Ex eod. Regiſtr. eod. anno 28. Junii.*

(c) *Ex Regiſtr. III. Nicol. IV. ep. 435. MCCXCII. 18. Auguſt.*

prediſtam liberam habeat facultatem, nec a quoquam valeat prohiberi, & ſive velit legere, ſive non, in facultatibus prelibatis, pro Doctore nihilominus habeatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum apud Urbem veterem XV. Kal. Septembris Pontificatus noſtri anno quarto.

H

BONIFACIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI (a)

Dilectis Filiis Poteſtatibus, Rectoribus, Conſiliis, & Communitatibus Ravennaten., Cervien., & Ariminen., Civitatum, ac Caſtri Argente Ravennaten. Diœceſis, nec non & aliarum quarumcumque Civitatum, Caſtrorum, & Locorum per Provinciam Romaniole conſtitutis, Eccleſie Romane fidelibus, ad quos Litere iſte pervenerint.

Bononienſes ex variis Æmiliæ locis commeatus in Urbem ratione Gymnaſii comportare poſſe decernit.

CONſiderantes ſincere devotionis affectum, quo dilecti Filii Commune Bononien. a longis retroactis temporibus erga Romanam ferverunt Eccleſiam, & Apoſtolice Sedi, velut Matri, & Domine, adheſerunt reverentia filiali, ipſos non immerito paterna dilectione complectimur, & quantum cum Deo poſſumus, libenter annuimus petitionibus eorumdem. Sane pro parte ipſorum fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut cum eorum Civitas, tam pro ſuorum multitudine Civium, quam Scholarium illam incolentium ratione vigentis inibi Studii generalis, ac aliorum confluentium ad eamdem victualibus, & aliis mercimoniis egeat, illaque eos oporteat in veſtris, & aliis Terris emere, & ad prefatam ſuam adducere Civitatem, emendi ea in Terris veſtris, & ipſa, ac alia empta ubilibet deferendi, & transferendi per terras, aquas, & portus, ac diſtrictus veſtros per ſe, vel per alios eis licentiam concedere dignaremus. Nos autem eorumdem ſupplicationibus inclinati prefatam, ſicut premittitur, emendi, deferendi, ſeu transferendi uſque ad noſtrum beneplacitum voluntatis, illis licentiam duximus concedendam. Quocirca Univerſitati veſtre per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus eoſdem Bononienſes in Terris veſtris emere, & ipſos, ac alios deferre, ſeu transferre, Bononia quoque victualia, & mercimonia tam in ipſis Terris veſtris, quam alibi empta, per Terras, Aquas, Portus, ac Diſtrictus veſtros prefatos libere, ac pacifice ſine contradictione aliqua permittatis.

Datum Laterani X. Kal. Decem. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

I

Fridericus II. eo ipſo die, quo Imperator inauguratus eſt ab Honorio III., Conſtitutionem edidit, qua Statuta quævis a Civitatum Magiſtratibus, aut a quibuſcumque aliis contra libertatem Eccleſiaſticam lata, extincta plane voluit; aliaque multa ſancivit optimo, & Chriſtiano Principe digniſſima. Edita eſt hæc Conſtitutio poſt libros Feudorum, & in compendium redacta Codici etiam inſerta fuit (b) *a Doctoribus noſtris mandante Friderico. Is enim Conſtitutionem hanc, & leges, quæ in ea continentur, ad Doctores, & Scholares Academiæ noſtræ tranſmiſit,* non *tam ſingularis honoris cauſa, quam ut illam in corpus Juris civilis inferrent, & in Scholis publice explicarent. Habemus id ex epiſtola eidem Conſtitutioni præfixa, quam hic primum in lucem emittimus ex Codice Regii Hiſpanorum Collegii S. Clementis* (c).

FRIDERICUS ROMAN., ET SEMPER AUGUSTUS

Univerſis Sacrarum Legum Doctoribus, & Scholaribus Bononie commorantibus ſalutem, & gratiam ſuam.

AD honorem Omnipotentis Dei, & Eccleſie ſancte ſue in die, quo de manu ſacratiſſimi Patris noſtri H. Summi Pontificis ſuſcepimus Imperii Diadema, edidimus quaſdam leges, quas preſenti pagine fecimus annotari. Imperialia vobis Scripta mandantes, quatenus eas faciatis in veſtris ſcribi codicibus, & de cetero legatis ſolempniter tamquam perpetuis temporibus valituras. Sunt autem hec leges. Ad decus, & decorem Imperii &c.

Sequitur deinde Conſtitutio, quæ extat ſine hoc prologo poſt libros Feudorum mſſ. in eadem Bibliotheca Collegii Hiſpanorum Codice egregio in fol. magno n. 282. pag. ult. Arbitror, idem proœmium, quod hic dedimus, extare in Codice Bibliothecæ Canonicorum Eccleſiæ Piſtorienſis, quem indicat Vir Cl. Franciſcus Antonius Zaccarias (d) *e Societate Jeſu. In eo Codice, præter alia, continentur* Leges Friderici II. Doctoribus, & Scholaribus Bononie commorantibus edite menſe Novembri MCCXX. *Hoc anno certe die feſto Sancti Martini Imperiali Corona inſignitus eſt Fridericus II. ab Honorio Pontifice, atque eo ipſo die promulgavit leges ea Conſtitutione contentas; nec veriſimile eſt, alias ab eo leges per illud ipſum tempus conditas, quæ noſtris Doctoribus, & Scholaribus fuerint inſcriptæ.*

Ex Ar-

(a) *Ex Reg. anni VII. Bonifacii VIII. epiſt. 155. fol. 67. MCCCI. 22. Novemb.*

(b) *C. de ſacroſ. Eccl. tit. 43. l. caſſa, & irrita.*

(c) *Cod. membran. in fol. n. 275. pag. 106.*

(d) *Biblioth. Piſtor. part. I. c. III. pag. 15.*

K

Ex Archivo S. Franciſci Bonon. lib. M n. 63.

IN nomine Domini. Amen. Cum eſſet diſcordia inter Scholares Univerſitatis Ultramontanorum ſuper electione, ſeu creatione Rectoris dicte Univerſitatis, videlicet *Gallicos*, *Picardos*, *Burgundiones*, *Pictavienſes*, *Turonenſes*, & *Cenomanenſes*, *Normannos*, *Catelanos*, *Ungaros*, & *Polonos* ex una parte; ex altera vero ſcilicet *Theotonicos*, *Yſpanos*, *Provinciales*, *Anglicos*, & *Vaſcones* (a): dicta Univerſitas ad hoc convocata more ſolito in Eccleſia S. Proculi unanimiter elegerunt Dominum Petrum de Vindocino Canturem Cenamon.; D. Gobertum Abbatem S. Felicis Geronde, D. Aymonem Prepoſitum Ghibennenſem, Magiſtrum Guillielmum de Fara, D. Arnaldinum de Podioamaro pro dictis novem Nationibus primis; pro quatuor vero ultimis Nationibus D. Dominicum Petri, Magiſtrum Scholarum Bracharenſem, Fr. Enricum de Domo Teſtonica, D. Raginaldum Canonicum Burdegalenſem, D. Guillielmum de Reali, D. Joannem dictum Flamingum tamquam arbitros, arbitratores, & amicabiles compoſitores. Et promiſit dicta Univerſitas juramento preſtito per Ardizonem Bidellum generalem in animas univerſorum, & ſingulorum dictarum Univerſitatum, ſeu Univerſitatis, attendere, & obſervare quidquid per dictos arbitros, & amicabiles compoſitores per viam juris compromiſſi, ſeu amicabilis compoſitionis definire, ſeu ordinare, vel amicabiliter componere, prout in compromiſſu ſcripto manu Henrigetti Feliciani Notarii continetur. Ipſi vero Arbitri invocata Spiritus Sancti gratia unanimiter conſideratis bono ſtatu, & tranquillitate Studii Bonon. preſentis, & futuri ordinaverunt, & amicabiliter compoſuerunt in hunc modum: videlicet quod deinceps uno anno debeat eligi Rector de una de quatuor nationibus, ſcilicet *Gallicorum*, *Yſpanorum*, *Provincialium*, vel *Anglicorum*, & debeant jurare electores, qui pro tempore fuerint, quod ipſi eligent bonum, & idoneum, & quem utilem crediderint Univerſitati de aliqua ipſarum quatuor nationum. Alio vero anno eligatur Rector de aliqua de dictis octo nationibus, videlicet *Picardorum*, *Burgundionum*, *Pictavienſium*, *Turonenſium*, & *Cenomanenſium*, *Normannorum*, *Catelanorum*, *Ungarorum*, *Polonorum*, & jurent electores ſe electuros illum, quem bonum, & idoneum crediderint Univerſitati. Hoc acto, quod tertio anno poſtea ſubſequenti eligatur Rector de natione Theotonicorum, & jurent electores illum eligere, quem utilem crediderint Univerſitati. Et poſtea primo anno de dictis quatuor nationibus, & ſecundo de aliis octu, tertio anno de dictis quatuor nationibus, & quarto anno de dictis octo. Quinto vero anno eligatur de dicta natione Theotonicorum. Et ita de quinquennio in quinquennium habeant Theotonici Rectorem. Et hoc idem ſic invenimus hactenus obſervatum, & tota Univerſitas ſic conceſſit eiſdem Theotonicis; & ſic in perpetuum fiat. Inſuper ordinaverunt, & pronunciaverunt pro bono pacis, & concordie, quod deinceps Vaſcones uniantur nationi Pictavienſium, ita tamen quod de cetero nominetur natio Pictavienſium, & Vaſconum. Concedentes dicte nationi Pictavienſium, & Vaſconum duos conſiliarios, & duos electores tempore eligendi Rectorem perpetuo. Et quod de cetero ſuper nominibus nationum nulla oriatur diſcordia, nec mutetur nomen alicujus nationis, vel addatur, vel detrahatur nomini alicujus nationis. Et ſi aliquem Scholarem contigerit pervenire ad civitatem Bononie, neceſſe habeat eſſe de aliqua dictarum ttedecim nationum, & ſub aliqua dictarum nationum jurare Rectori, qui pro tempore fuerit, & magis vicinam ſibi nationem ſecundum arbitrium Rectoris, & Conſiliariorum, qui pro tempore fuerint, debeat acceptare. Inſuper ordinaverunt, & pronunciaverunt, quod quicumque fuerit electus in Rectorem in continenti debeat jurare predicta omnia, que in dicto inſtrumento continentur obſervare; & ſi jurare noluerit, ejus electio nulla ſit, ſed alium in continenti eligant, qui ſimiliter predicta jurare debeat obſervare. Et predicta omnia mandaverunt inviolabiliter, inrevocabiliter, & firmiter obſervari ab utraque parte, & non mutari intelligi, vel interpretari in perpetuum, niſi ſecundum quod hec litera jacet. In cujus rei teſtimonium voluerunt predicti Arbitri, & predicta Univerſitas, ſigillum Communis Bononie, & Domini Epiſcopi Bonon. preſentibus apponi, & per me infraſcriptum Notarium publice roborari, & facere plura inſtrumenta unius tenoris, & unum tamen eorum ſit apud Fratres Minores, & aliud penes Fratres Predicatores.

Lata, ſeu prolata fuit hec ſententia, ſive laudum, & promulgatum de voluntate, & conſenſu predictorum decem dominorum per Dominum Arnaldum de Podioamaro, qui de ipſis decem eſt, ut ſupra ſcriptum eſt, & jurata per Ardicionem Bidellum generalem in animas dicte Univerſitatis, ſic firma eſſe, ſub anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, Indictione octava, die XI. exeunte Martio in Eccleſia predicta, preſentibus Henrigipto Feliciani Notar. Domino Bernardo de Dufurt Provinciale, Domino Rufato de Tribus aquis de natione Vaſconum, Alexandro de Orfort, Henrico de Ludela Anglico, Magiſtro Simone Matifardi, Magiſtro Petro Joſelini, Domino Raginaldo Pictavienſi, teſtibus rogatis, & vocatis &c.

Ego Arlottinus Cambii Imperiali auct. Not.

MO-

(a) *Quid Univerſitati noſtra honorificentius in tanta Exterorum ex tam diverſis, & longinquis Regnis, & Provinciis ad Scholas noſtras adventantium multitudine!*

MONUMENTA
SPECTANTIA
AD PROFESSORES JURIS CIVILIS.

Indicatur ubique Pars Operis, & Pagina, unà cum numero, vel litera, ad quam ſingula Monumenta referri debent.

A

Part. I. Pag. 29. Numero III.

Ex Archivo Abbatiæ S. Gregorii ad Sapinam.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis. Ann. Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo cent. ſexag. non. Imperante Domino Frederico Romanorum Imperatore ſemper Auguſto. Octavo Kal. April. Indict. ſecunda. Conſtat me quidem Dominam Agnetem preſente, & conſentiente viro meo Rainerio de Preſone, filiam beate memorie Domini Gualfridi judicis hoc venditionis inſtrumento in preſentiarum perfecto dominii, & proprietatis, ac poſſeſſionis jure vendidiſſe, & huius rei gratia tradidiſſe tibi presbitero Rainerio accipienti in honorem Dei, & Eccleſie Sancti Gregorii, & pro Domina Cecilia Abbatiſſa eiuſdem Eccleſie, & pro cunctis ejus Sororibus, ac Succeſſoribus in perpetuum. Ideſt totam & integram peciam unam terre poſitam prope Savinam, non longe a monaſterio Sancti Gregorii. Cum ingreſſu, & egreſſu ſuo uſque in via publica. Vel eum omnibus ſuper ſe, & infra ſe habente in integrum. Cui ſunt fines; a mane poſſidet Bureſſus; a meridie poſſidet predicta Eccleſia Sancti Gregorii; a ſero poſſidet Eccleſia Sancti Stephani; ab aquilone eſt ſtrata publica Sancti Vitalis, vel ſi qui alii adfines ſunt. Totam, ut predixi, peciam terre in integrum pro pretio decem libr. den. lucen. in preſenti vendo, & concedo tibi prenominato presbitero Rainerio accipienti pro predicta Eccleſia, ac pro Domina Cecilia eiuſdem Eccleſie Abbatiſſa, & pro cunctis ejus Sororibus, & Succeſſoribus in perpetuum, ad habendum tenendum ac poſſidendum & quicquid exinde placuerit faciendum, ut nullam litem nullamque controverſiam predicte rei nomine a me, nec a meis heredibus ullo modo quolibet in tempore prenominata Eccleſia deinceps ſuſtineat. Ego vero predictam rem ab omni homine legitime defendere & auctorizare promitto. Et ſi ego vel mei heredes predicta omnia firmiter ſemper obſervare noluerimus pene nomine viginti libr. den. lucen. dare vobis, veſtriſque Succeſſoribus promitto. Et inſuper hoc venditionis inſtrumentum, ut ſupra lectum, ſemper incorruptum tenere ſpondeo.

Actum in Guaita Marcaixana. Indict. ſecunda predicta.

Prenominata Domina Agnes preſente, & conſentiente viro ſuo hoc venditionis inſtrumentum, ut ſupra lectum, ſcribere rogavit.

Rainerius de Michola inveſt. Johannes de Calcaguile, Guidotius de Viſconte, Petrus Nuvilo rog. teſt.

Ego Albertus Imperatoris Frederici Notar. hoc venditionis inſtrumentum, ut ſupra lectum, ſcrip., & ſubſcrip.

B

Part. I. Pag. 36. Num. XV., & Pag. 40. num. VII.

Ex Archivo S. Stephani, nunc Senat. Bonon. lib. XI.

IN nomine Summe, & Individue Trinitatis. Anno Domini mill. cent. quinquag. quarto, Quinto Id. Apr. Indict. ſecunda. Dominus namque Guibertus Dei gratia Abbas Eccleſie Sancti Stephani quondam Jeruſalem vocata, R. Domino Idelprando hoſpitalario, & adminiſtratore Huſpitalis de Sancto Stephano in Quaterna debitam, & ſolitam hobedientiam, more predeceſſorum, petens, velut a ſuo ſubdito ſub dominio, & dictione Eccleſie Beati Stephani de Bononia permanere putante petiit. Qui diabolica ſuggeſtione, & ſagitta percuſſus contra ſuum Dominum Abbatem effectus Apoſtata recalcitrans debitam, & ſolitam hubedientiam facere recuſavit, & Hoſpitale, in quo erat pro Eccleſia Sancti Stephani, ipſi Eccleſie denegavit. Quo ad notitiam Summi, & Univerſalis Eccleſie Pontifici ac Pape Anaſtasj per predicti Abbatis nuntium pervenio, per Apoſtolica Scripta Cauſam hanc Gerardo Bononienſi Epiſcopo cognoſcendam, diffiniendamque mandavit. Ante eujus preſentiam parte utraque preſente cum ſuis Prudentibus, & Advocatis interrogatus Idelprandus, pro quo preſideret, & in Hoſpitale eſſet, non reſpondit. Quadam autem vice dixit, ſe pro laicis, & parentibus ſuis intereſſe. Tandem dicens, ſe multitudine circumſtantium, & audientium ſolo viſu gravatum appellavit, quam poſtea refutavit. Abbas vero appellationem ſuſcepit, & appellationis cauſam per ſuum nuntium Domino Apoſtolico notificavit. Dominus quidem Apoſtolicus abſque ullo appellationis ſubterfugio Cauſam iterum cognoſcendam Domino Idelprando Diacono Cardinali Sancti Euſtachii delegavit, eique eamdem Cauſam diffinire injunxit. Quem cum ſepe vocaſſet, & preſentem monuiſſet,

quate-

Digitized by Google

quatenus prenominato Abbati juſtitiam faceret, & coram eo Juditio ſiſteret, Idelprandus ille per evidentem contumatiam venire contempſit. Eo vero venire recuſante, & juditium fugiente, Abbate autem eum ſuis teſtibus, & allegationibus cominus conſiſtente, & ſuam conſequenter rationem petente, taliter prememoratus Cardinalis ſuper Cauſam pronuntiavit.

Ego Ildeprandus Diaconus Cardinalis Sancti Euſtachii, & ex delegatn Domini Pape Anaſtaſii, Cauſe, que vertitur inter Abbatem Sancti Stephani, & Idelbrandum Cuſtodem Hoſpitalis Sancti Stephani de Quaterna cognitor. Cum ſepe predictum Ildebrandum vocaverim, & preſentem monuerim, quatenus prenominato Abbati juſtitiam faceret, & coram me Juditio ſiſteret, & ipſe per contumatiam evidentem venire contempſerit; pronuntio predictum Abbatem Sancti Stephani in poſſeſſionem predicti Hoſpitalis de Quaterna, & rerum ad ipſum Hoſpitale pertinentium mittendum, ipſumque Ildebrandum ab adminiſtratione ceſſare jubeo. Qua Sententia lata ſtatim eum Bononienſi Epiſcopo ad predictum Hoſpitale prefatus Cardinalis iter direxit, & predictum Abbatem in predicti Hoſpitalis poſſeſſionem intromiſit.

Actum in Clauſtro Sancti Salvatoris Indictione predicta.

Prenominatus Dominus Ildeprandus Diaconus Cardinalis Sancti Euſtachii, ſicut ſupra legitur, ſcribere rogavit.

. . . . . . Epiſcopus Placentie, & Dominus Guillielmus Archidiaconus Papienſis, & Mag. Albertus de Cornazo, & Mag. Rolandus, & Dominus Bartholomeus, & Dominus Landulfus, & Dominus Johannes Albricus, & Dominus Guibertus de Sancto Stephano in Quaterna, & Dominus Ubertus, & Dominus Rodulfus Monachi, Bulgarus Cauſidicus, & Legis Doctor, & Martinus Golia, & Ugo de Porta Ravennate, & Jacobus Cauſidici, & Legum Doctores, & Ugo de Arimundo, & Ugo de Bonannis, & Guarinus de Guarinis, & Leonardus Ruſſi de Arimundo, & Petrus Gariſindus, Ugo de Petromignani, Albertus de Albaro, Guido Petrus de Ruſticano, & Ubertus de Rainerio, & Garſidonius filius quondam Bavoſi, & Rainerius filius Henrici de Geremia, & Ugo de Bonofantino, & Guillelmus Botte, & Bezo, & Stephanus de Gaibana, & Blancaſola, & Guillelmus Papienſis, & Magiſter Armannus, & Magiſter Stephanus, & Dominus Guillelmus Bergundio Monachus de Frutiera, & Dominus Antonius, & Pinnius, & Rodulphus, & Buca de Zappa, & Rainerius Lucenſis, & Ameceus de Aliano, & Pinzarone, & alii quamplures huic Sententie interfuerunt.

Rolandinus Bononienſis, & Poteſtatis Notarius, Gerardi Tabularii filius huic Sententie interfui, & Domini Cardinalis juſſione omnia, ſicut ſupra leguntur, complevi &c.

C

Part. I. Pag. 59. Num. X.

Ex Codice membranaceo Bibliothecæ Collegii Hiſpanorum Bononiæ n. LXXIII.

Eſt Codex pervetuſtis literis ſcriptus, ſed non eadem manu, quo varia Opuſcula ad Juriſprudentiam ſpectantia continentur, inter quæ præcipue occurrit Liber de Inſtrumento Actionum Anſelli de Orto, *qui hoc habet initium:* Incipit Proemium Anſelli de Orto: ℞. de Inſtrumento Actionum, & tempore earum, que cui competat, & adverſus quorum.

Cum inter cetera vivendi genera ſolam ſcribendi cupiditatem optimam eſſe.... vivendi rationem exiſtimem, ea que in templo juſtitie reperi, ſtili officio poſteris inſinuare curavi. Erat autem juſtitie templum domus quedam triangulata, cujus tectum VII. planete appoſuerant, dexter autem paries ex variis naturis rerum compoſitus, ſiniſter vero numeris colligatus, ultimus ex quibuſdam formis contextus fuerat. Preterea fundamentum caſibus conſtructum, argumentis confirmatum, coloribus veluti quibuſdam floribus erat variatum. Hanc domum in partibus urbis Bononie, dum me fortuna duce..... ſuaſque pompas oſtentaret, inveni, & in ea diutius conſedi, ac diligenti inquiſitione omnia ſcrutatus ſum, in qua omnes actiones, & accuſationes juſtitie precepta exequentes, quaſi quedam pediſſeque ad varia miniſteria fuerant deſtinate. Quarum officia breviter, & tamquam modo introductorio declarare propoſui. Hec itaque quaſi quedam paraticia legant rudes, ut fiant Doctores: Legant docti, ut fiant doctiores: nec quis dicat, ſed quid dicatur, intueatur.

Sunt etiam in eo Codice Commentaria non admodum prolixa in Leges Langobardorum, in quorum proœmio hiſtorica quædam de Legibus, & antiquis Legumlatoribus delibantur, ſed inſcite, & inepte admodum. Auctor Operis ibi in hunc modum ſe prodit: Temporis vero proceſſu, quidam Albacrucius nomine, ſola Dei gratia, nec alterius amminiculo, pauſillum literatus hoc prohemium de Juris Ordine condidit, ſicut a pluribus accepit hiſtoriis, tituloſque per libros (*ſcilicet, Legum Langobardorum*) diſperſos, & ob id non facile cognitos, in capite voluminis poſuit, ut libri totius ſumma in ipſius libri principio blandiretur &c.

Porro in his Legis Langobardæ Commentariis non ſemel nominatur Albertus Juriſconſultus. Placet Alberto: Albertus hanc ſententiam non ponit. *Albertum Galeottum eſſe credo, qui paulo poſt initium ſæculi XIII. vivebat.*

Eſt pariter in eo Codice tractatus, qui hunc habet titulum recentiori charactere appoſitum: Incipiunt Diverſitates Dominorum in Jure. *Citantur autem in ora libri* Domini, *ideſt* Doctores, *quorum ſunt ſingulæ ſententiæ literis initialibus eorum nomina deſignantibus, ſcilicet* B., M., & Ja., *quibus opinor notari* Bulgarum, Martinum, *&* Jacobum

notiſſi-

notiſſimos Juriſconſultos ; ſemel etiam citatur Gloſſa in margine, cui notationi hæc verba reſpondent : Uſus clauſula Domini Guarnerii, qui dicit ex ignorantia deſeeit id, quod a ſciente fieret &c.

D

Part. I. Pag. 76. Lit. a.

Ex Archivo S. Stephani, nunc *Senatus Bonon. lib. X V.*

IN Chriſti nomine. Anno ejuſdem Milleſimo. C. LXXXVI. Indict. quarta, Domino Imperatore Frederico, & Filio ejus Rege Henrico regnantibus. XVII. Kal. Junii, die Dominico. Cum lis, & controverſia verteretur inter Dominum Gonterium Leonenſem Abbatem, Domino Osberto Priore de Panzano ejus Procuratore in Cauſa exiſtente, & Dominum Rainerium Abbatem Sancti Stephani de Eccleſia Sci. Blaſii de Vogulo cum ſuis pertinentiis, coram Domino Rainerio Bonon. Archipresbitero, & Magiſtro Martino Matinenſi Prepoſito, & Domino Alberto Priore Sancti Ceſarii, cognoſcentibus ex delegatione Domini Urbani Pape III. Quam Eccleſiam cum ſuis pertinentiis dictus Prior nomine Eccleſie Sancti Benedicti petebat, & iniuſte ab Abbate Sancti Stephani occupatam aſſerebat. Quapropter lite conteſtata, poſſeſſionis, & fructuum reſtitutionem exigebat in jam dictis judicibus; utque Abbas, & Prior concorditer compromiſerunt. Ipſi vero Judices talem concordiam jure tranſactionis inter eos fecerunt. Videlicet quod dictus Dominus Abbas Leonenſis, dicti Prioris conſenſu, conceſſit dicto Domino Abbati Sancti Stephani, & ejus Succeſſoribus dictam Eccleſiam Sancti Blaſii cum ſuis pertinentiis in perpetuum. Tali tenore. Quod Dominus Abbas Sancti Stephani, & ejus Succeſſores debent dictam Eccleſiam Sancti Blaſii ſecundum Sancti Benedicti Regulam, cum tanto numero Monachorum, & Clericorum tenere, ut divinum officium ſecundum illius loci facultatem poſſit expleri. Reddendo annualiter nomine cenſus, ſive penſionis pro jam dicta Eccleſia, & ejus pertinentiis X. ſol. imperial. in perpetuum in menſe Martii in curte Panzani, & unam Albergariam ſingulis annis Abbati Leonenſi, vel Priori cum decem equitaturis ſero, & prandio apud Vogulum. Et ſi alius eorum Nuncius eum quatuor equitaturis, nec dividatur Albergaria, nec duplicetur, nec detur, ſi eam non exegerit uno anno, quod non poſſit petere in ſequenti duas. Quam Eccleſiam cum ſuis pertinentiis dictus Dominus Abbas Leonenſis pro ſe, ſuiſque Succeſſoribus ſupraſcripto Abbati Sancti Stephani, & ejus Succeſſoribus ab omni homine disbrigare, & cum ratione defendere promiſit tali modo: quod Abbas Sancti Stephani antequam incipiat Cauſam, ſi a quoquam ei controverſia de jam dicta Eccleſia, & ejus pertinentiis moveatur, nominare debeat Leonenſem Abbatem, & ei denunciare ut veniat, vel mittat ad ejus defenſionem. Et Leonenſis Abbas debeat venire, vel mittere, expenſis tamen Abbatis Sancti Stephani. Ipſe, & qui cum eo venerint ſine fraude, preter quam ad Cauſam pervenerint. Et Abbas Sancti Stephani debeat habere ſuos Advocatos bonos propriis expenſis. Et ſi Abbas Sancti Stephani ea, que ſuper facto judicii dicta ſunt, non obſervaverit, nihilominus teneatur ad predictum Cenſum, & Albergariam parandam. E côntra quoque, ſi Abbas Leonenſis, que dicta ſunt de defenſione, non fecerit, Abbas Sancti Stephani non teneatur ſolvere dictam penſionem, & Albergariam, nec aliam penam patiatur alterut. Et Abbas Sancti Stephani nullam colluſionem, nullumque pactum cum aliquo faciat de ſupraſcripta Eccleſia ad detrimentum Leonenſis Eccleſie. Inſuper dictus Dominus Abbas Leonenſis, & Prior pro ſe, ſuiſque Succeſſoribus fecerunt finem ſupraſcripto Domino Abbati Sancti Stephani, & ejus Succeſſoribus de fructibus, quos ab eo petebant, & violentia, quam dicebant ſibi fore illatam. Penam L. libr. imperial. ambe partes inter ſe ſibi invicem ſtipulantes, ſi predicta omnia non obſervarent, & rata non haberent, pacto ſupraſcripto rato manente propter penam ſolutam.

Actum in Caſtro Badiani.

Hujus rei Teſtes fuerunt Dominus Pilius Juris Preceptor, Dominus Petrus de Ferraria, Dominus Ugo, & Ubertinus de Panzano, Pbr. Ardicio, Prb. Martinus, Pbr. Majus, Johannes Pizolus, Pbr. Ildeprandus, Girardus de Badiano, Ugolinus Adelaſie, Buvalellus, & Fantonus, Johannes Pegolotti, Accariſius de Montebelio, Johannes Lupus, Dominus Gibertus, Magiſter Bernardus, & Dominus Wido Craſſus dator tenute, & ſua auctoritate liberam habeat poteſtatem Abbas Sancti Stephani intrandi poſſeſſionem. Et ſic ei Leonenſis Abbas licentiam conceſſit.

Ego Gunterius Leonenſis Monaſterii Abbas firmavi, atque ſubſcripſi.

Ego Fr. Osbertus manu mea ſubſcripſi.

L. ✠ S. Ego Blaſius Imperial. Sacr. Palat. Not. interfui, & rogatus ſcripſi.

E

Part. I. Pag. 83. Lit. e.

Ex Archivo publico Bononiæ :
In Regiſtro Groſſo (a) *lib. I. pag. 64.*

MIll. cent. octuag. non. Kal. Decemb. Indict. ſeptima Conſules Bonn. Scilicet Dominus Gerardus Rolandini, Jacobus Bernardi, Cazzanimicus, Boccaderunco, Ramberius de Albaro, & Jacobus Alberti de Urſo, voluntate, & conſenſu totius Conſilii promiſer. Domino Lothario Cremonenſi, quod neque ipſi, neque aliquis ſucceſſor eorum cogent predictum Lotharium aliquod Sacramentum facere, per quod magis ſit diſtrictus Communi, neque eum prohibebunt, vel cogent regere Studium in Civitate Bon., & tunc in continenti juravit predictus Lotharius ſecundum tenorem infraſcri-

(a) *Ita inſcribitur pervetuſtus Codex membranaceus publici Tabularii Bononienſis.*

ſcriptum. Juro ego Dominus Lotherius, quod ab hoc die in antea non regam Scolas Legum in aliquo loco, niſi Bon. Nec ero in conſilio, ut Studium hujus Civitatis minuatur, & ſi ſcivero, aliquem ipſum minuere velle, Conſulibus, vel Poteſtati, qui pro tempore erunt, quam citius potero, nuntiabo, & bona fide deſtruam. Conſulibus, vel Poteſtati, qui pro tempore erunt, bona fide conſilium, & adiutorium dabo de omnibus, que a me petierint, & credentiam eis tenebo

Ego Guido F. Imperatoris, & nunc Communis Bon. Not. juſſu, & voluntate predictorum Conſulum, & totius Conſilii &c.

Pbr. Graſſus, Ugolinus Derado, Henrigettus Bonazunte, Saul, & Baruncinus Depillano, ad legendam, & aſcultandam hanc preſentem novam cartam cum veteri interfuerunt, & huius rei teſtes rogati ſuerunt.

Ego Wilielmus Sacri Palatii, & nunc Communis Bon. Not. ſcripſi: quod vidi ſcriptum per manum Guidonis Not. Com. Bon. ſcripſi, & exemplavi; nec aliquid in fraudem addidi, vel diminui. Anno Domini MCXCVIII. duodecimo Kal. Auguſti. Ind. prima.

F

Part. I. Pag. 89. Lit. c.

Ex Archiv. Publ.
In Regiſt. Groſ. lib. I. pag. 74.

ANn. Domini MCXCVIII. tertio Kalendas Ian. Indictione prima, preſentibus teſtibus, Domino Blanco, videlicet & Domino Bandino Gaetani filio, Domino Lamberto quondam Galli, Domino Rolando .... filio, Domino Ugolino Grotti filio Piſ., Domino Lothario Legum Perito, Domino Rog. de Marturano, Domino Guidone Graſſò, Martino Aioli, Umberto de Baiſio, Marſiliotto, Guidone Accariſii, Enregetto de Cornadino Conſulibus Iuſtitie, Alberto Gitardi Gisle, & Sellario Maſſàrio Communis Bon., Dominus Bandinus Familiatus eodem modo, & eodem tenore juravit obſèrvare, quemadmodum Dominus Lotharius Doctor Legum obſervare juravit; excepto quod non juravit coram hominibus Conſilii coadunati ad ſonum Campane, vel ad Campanam ſonatam.

Ego Wilielmus Sacri Palatii, & nunc Communis Bon Not. huic Sacramento interfui, & ut ſupra &c. rog. &c.

G.

Part. I. Pag. 89. Num. II. Lit. e.

Ex Archivo S. Joannis in Monte lib. XII. num. 9.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto Filio Prepoſito Sancti Proſperi Bononien. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DIlecti Filii Prior & Fratres S. Johannis in Monte ſuam ad nos querimoniam tranſmiſerunt, quod cum inter ipſos ex una parte, ac Abbatem, & Conventum D. Stephani Bononien. ex altera, coram Magiſtro Baldino Decretiſta delegato a Bononien. Epiſcopo, cui Venerabilis Fr. noſter Ferrarien. Epiſc. delegatus a nobis, Cauſam ipſam comiſerat, ſuper quibuſdam poſſeſſionibus, & aliis queſtio verteretur, idem Prior & Fratres ſentientes ſe contra juſtitiam agravari per Sindicum ſuum ad Sedem Apoſtolicam appellarunt. Sed idem Baldinus appellationi non deferens, contra eos iniquam ſententiam promulgavit. Ideoque diſcretioni tue per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus legitime de appellatione cognoſcens, ſententiam ipſam confirmare vel infirmare appellatione remota procures, ſicut de jure fuerit faciendum.

Data Rome apud Sanctum Petrum quarto Idus Decembris Pontificatus noſtri anno decimo.

In eterni Dei nomine. Amen. Ego Bandinus Fam. Legum Doctor ex delegatione Domini Ger. Bon. Epiſc. cognitor controverſiarum, que vertebantur inter Leonem Sindicum Monaſterii Sancti Stephani, qui vocatur Jeruſalem, nomine ipſius Monaſterii ex una parte, & Jacobum Sindicum Sancti Victoris, & Sancti Johannis nomine dictarum Eccleſiarum ex altera, que tales erant. Petebat ſiquidem ipſe Leo dictus a Donno Ger. Priore ſupradictarum Eccleſiarum poſſeſſiones que fuerunt Sancti Martini in Pozad..... vel que dicuntur fuiſſe Dne Guillie, vel ſi pro cambio ſupraſcriptas Eccleſias poſſidere & compoſſidere diceret, ſalvum cambium petebar, & in melius, quo minus legitime factum eſſet, reformari, vel ipſas poſſeſſiones dimitti petebat. Confines petie prime, que eſt aratoria, & buſciva, a tribus lateribus ſunt poſſeſſiones Sancti Victoris, a quarto Via publica: confines ſecunde, que eſt vineata poſita eſt ibidem, via mediante a tribus lateribus, ſunt vie publice: a quarto vinea Sancti Victoris & ſunt juxta Sanctum Martinum. Item petebat unam tornatoriam & mediam terre vineate in Barbiano in vinea Sancti Victoris, & petebat, ut renovari deberet de una petia arativa poſita in Partignano juxta Vias publicas a duobus lateribus, & juxta terram Sancti Victoris. Item petebat ut renovari deberet de una petia terre poſita in Gleula in fundo de Bivigno. Confines ſunt juxta ſe ipſos, juxta S. Martinum de Valle Gleule, & pt. renovationem quartam partem Sol. XXX.

hue. ejuſdem bonitatis, & extimationis, que fuit a XLV. an. citra.... ipſas res pertinentes ad Monaſterium dimiteret, & hoc jure dominii..... ad probandum de intentione ſua confeſſe ſupraſcripti Jacobi, & Inſtrumenta plura producens, condepnandum dictum Sindicum & ſupraſcriptas Eccleſias eſſe dicebat. E contra Jacobus ſe in nullo teneri, & ſupraſcriptas Eccleſias, & Priorem earum nomine, dicens ab Abbate ſupraſcripti Monaſterii penam L. libr. bon. petebat, quam non obſervavit, quod continetur in concordia facta inter eum nomine Monaſterii, & Priorem ſupraſcriptum, & pro ſua defenſione confeſſiones ſupraſcripti Leonis, & inſtrumenta introduxit, & teſtes. Que omnia acta ſunt per ſupraſcriptos Sindicos, in quorum locum ab utraque parte alii ſubſtituti ſunt, & ordinati; videlicet pro Monaſterio Dominus Yſaias Monachus, & pro ſupraſcriptis Collegiis Ugolinus de Planorio, ſicut per inſtrumenta predicta oſtenſum fuit. Viſis, & auditis, que ab utraque parte propoſita fuerunt, habita quoque diligenti inquiſitione, & mag. ſuper omnibus deliberatione participato Sapientum Conſilio, dictum Ugolinum Sindicum nomine ſupraſcriptarum Eccleſiarum, & ipſas Eccleſias in reſtitutione ſupraſcriptarum duarum petiar., que fuerunt Dne Guilie, ut dicitur, vel Sancti Martini, ut dictum eſt. Et in reſtitutionem unius tornat. vinee ſupra petite poſite in Barbiano, & ut debeat ſe nomine ſupraſcriptarum Eccleſiarum, & ipſas Eccleſias renovare de terra poſita in Partignano, ut ſupra comprehenſum eſt, in libello ſupraſcripto Sindico Dni Yſaie, nomine Monaſterii condepno. Item dictum Yſaiam Sindicum nomine Monaſterii, & ipſum Monaſterium in reſtitutionem trium petiarum poſitarum in Vidalagola, quas pro cambio dictum Monaſterium pro ſupraſcriptis duabus petiis condepnatis a dictis Collegiis, vel a Priore earum acceperat, ſicut Leo Sindicus memoratus fuit confeſſus dicto Ugolino Sindico nomine dictarum Eccleſiarum condenpno. Ab aliis omnibus petitionibus invicem factis Sindicos ſupradictos ſuarum Eccleſiarum nomine abſolvo. Utroque Sindico preſente ad Sententiam audiendam.

Actum ſub Porticu Sancte Marie de Carariis A. D. MCCVII. die Sabato XII. exeunte Januario Indict. X. Teſtes Dominus Paſcentpauperem, Dominus Girardus de Zeno, Dominus Gibertus, Boncambius de Carariis, & Vivianus Piſanus.

Ego Zacharinus Faventinus quondam Henrici Imper. Notarius huic Sententie interfui, & mandato dicti Domini Bandini ſcripſi.

In Dei nomine. Amen. Ego Presb. Ubaldus Prepoſitus Collegii Sancti Proſperi ex delegatione Domini Pape Innocentii III., que talis eſt. Innocentius Epiſcopus &c. Cognoſcens de Sententia lata per Dominum Bandinum inter Monaſterium Sancti Stephani ex una parte, & Eccleſias Sancti Johannis, & Sancti Victoris ex alia, que Sententia talis eſt. In eterni Dei nomine &c. Auditis, & viſis, & intellectis hinc inde propoſitis, & productis, abito multorum Sapientum Conſilio predictam Sententiam auctoritate Dni Pape, qua fungor, confirmo, & approbo.

Hec Sententia lata, & recitata fuit in Eccleſia Sancti Marini An. Domini MCCVIII. Indict. XI. Die Veneris. Non. Decembris. Teſtes. Dn. Archipresb. Julianus de Sco.... & Presbiter Ruſticus Prepoſitus Sancti Stephani, & Presbiter Gratianus de Sancta Techla, & Presbiter Anzaldus Prepoſitus Sancti Donati, & Mag. Grana, & Dominus Oſep., & Cambius.

Et ego Petrus de Arpino Sacri Notarius Palatii hanc Sententiam ex mandato Domini Ubaldi Prepoſiti Collegii Sancti Proſperi ſcripſi, & emendavi infra VI. lineam de Sententia lata a Dn. Ubandino.......

H

Part. I. Pag. 89. Lit. f.

Ex Archiv. Publ.
In Regiſtr. Groſſ. Lib. I. p. 289.

Exemplar cujuſdam Inſtrumenti ſic incipientis:

IN nomine Domini. MCCVIIII. die ſecundo exeunte menſe Madii. Indictione duodecima. In preſentia Domini Ugolini Legum Doctoris, Domini Bandini Legum Doctoris, Domini Arpinelli, & Domini Ugolini Pizoli Procuratorum Communis Bononie, tunc Domini Gothcſcalchi, Domini Ranbertini, Ranberti, tunc Militum Juſtitie, Domini Jacobi Alberti Urſi, Domini Guilielmi de Malavolta, Domini Munſarelli, & aliorum quam plurimorum, Dominus Guido Lambertini de mandato Domini Zilioli de Seſſo Poteſtatis Bononie, ita reſpondidit Domino Patriarche, & Camerario, quod poſſeſſiones, & terras, quas habebat Henricus Imperator tempore mortis, & occupavit Commune Bononie poſt tempus mortis, que ſunt in Epiſcopatu Bononie, vel alio Epiſcopatu, has autem intelligimus eſſe Medicinam, & illam partem Argellate, quam Imperator habebat, & Comitatum Ymole, iſtas vobis relinquimus, ſalvo jure, ſi quod habet Commune Bononie, vel ratione privilegii nobis conceſſi ab aliquo Imperatore, vel alicujus conſuetudinis, vel conceſſionis nobis facte a Principe. Poſt hec ſurrexit Dominus Ziliolus Poteſtas Bononie, dixit ſe ratum habere, quod dixerat Dominus Guido Lanbertini, & ſe ita dimittere Tenutam, & homines abſolvere, ſalvo jure, ſi quod haberet Commune Bononie aliquo modo, niſi quia homines abſolvebat, & poſſeſſiones dimittebat, & ita baculum poſuit in manu Domini Patriarche, qui ita dimittebat Tenutam, & homines abſolvebat, & ita placuit Domino Patriarche, & Camerario Domini Regis Ottonis.

Actum Bon. in Palatio Domini Epiſcopi.

Ego Dominicus Sacri Palatii Not., & tunc Domini Zilioli Pot. Bon. interfui, audivi, & vidi, & juſſu Domini Patriarche ſcripſi.

Digitized by Google

I

Part. I. Pag. 96. Lit. b.

Ex Arch. Publ.
In Regiſtr. Groſ. lib. I. pag. 72.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis, Anno Domini MC. nonag. octavo, quintodecimo Kalendas Aug. Indit. I. Nos Conſules Montisbellii, ſcilicet Petrocinus, olim Petri de Montebellio filius, ac Henregettus de Pennola, auctoritate, & voluntate comunis Conſilii Montisbelli, & nominatim Guardetti Sinibaldi, Joculi, Alberti, Domini Elie, Guidocti Tigrinucii, Portunarii, Guidonis, Rinaldini, & Gerardini de Trullone confitemur totum Caſtrum, & Diſtrictum ſeu Juriſdictionem Montisbelli, & Cucherle, ac Montis Maurelli ab antiquo fuiſſe detenta, & exercitata pro Comm. Bonon. Nos quoq. omne Jus, ſive Proprietatis, ſive Emphyteoſis, ſive cuiuslibet alterius Juriſdictionis, ſive Diſtricti nobis in ipſis Montibus, & Cucherla ac .... competens jure ipſius Communis vel jure ſingulorum, juramus Vobis Domino Umberto Vicecomiti Placentie Bon. Poteſtati recipienti nomine Communis Bon., tuorumque Succeſſorum pro Communi Bon. donamus, concedimus, atque transferimus inperpetuum, & conſtituimus Vos poſſeſſores predictorum omnium pro Communi Bonon., & inſuper promittimus nomine Communis jam dicti loci, & noſtro, omnia predicta per nos noſtroſque Succeſſores perpetuo firma ſervare, & in nullo contravenire, & predictum Caſtrum eum toto Monte, & Cucherla pro Communi Bon., & ad honorem & utilitatem Communis Bon. perpetuo tenere, & ſalvare, atque cuſtodire contra omnem hominem. Et homines Bon., eorumque res, ac bona in ipſo Caſtro & tota ejus Curia ſalvare, atque defendere, & adjuvare contra omnem hominem; nec aliquem hominem contra honorem Communis Bon. in eo Caſtro, aut ejus Curia, recipere vel retinere. Ipſum etiam Caſtrum & ejus Cucherlam predicte Poteſtati, aliiſque Rectoribus Bonon., qui pro tempore fuerint, aut eorum nuntiis non vetare, nec prohibere pro guerra, vel pace ſuo arbitrio facienda, cum guarnimento & ſine guarnimento; & non erimus in facto, nec conſilio, nec ullo alio ingenio, conſentiemus per nos, vel per alios quod Commune Bonon. perdat predictum Caſtrum, vel Cucherlam, vel ejus honorem, aut ei diminuatur. Et ſi Commune Bon. aliquo in tempore perdiderit prefatum Caſtrum, vel Cucherlam, bona fide, ſine fraude, cum Bononienſibus, & ſine Bononienſibus omnimodo pro poſſe recuperare ſtudebimus, & predicto modo retinebimus. Et pro his omnibus a nobis & noſtris ſucceſſoribus obſervandis perpetuo penam mille march. argenti vobis Domino Umberto Vicecomiti Placentie Bon. Poteſtati pro Communi Bon. recipienti, ſuiſque ſucceſſoribus in regimine Bon. promittimus, & omnes noſtras poſſeſſiones, proprietates, & jura Vobis obligamus, ut ſi contrafaciemus nos, vel noſtri Succeſſores veſtra auctoritate remota omni occaſione juris occupare poſſitis; & nichilo minus pena ſoluta omnia ſupradicta in ſuo robore permaneant.

Que omnia ſupradicta ſine omni dolo, & fraude perpetuo inviolabiliter ſervari promittimus, & corporaliter attendere juramus. Promiſerunt, ut predictum eſt, & corporaliter juraverunt ſervare per ſe, ſuoſque ſucceſſores perpetuo Petrocinus de Montebellio, & Henregettus Conſules Montisbellii, Guidoctus Tigrinucii, Gerardettus Portunarius, Albertus Domini Helie, Joculus de Unzola, Guido Rainaldini, & Gerardinus de Trullone, Domino Umberto Vicecomiti Placentie Bon. Poteſtati recipienti nomine Communis Bonon.

Actum in Domo quondam Domini Bulgari, ubi moratur prefata Poteſtas, preſentibus Domino Rogerio de Sarturano, Domino Martino Rioli, Domino Landulfo, Domino Giberto, & Domino Alamanno Judicibus Communis, Domino Docto, Dño Parmiſino, Dno Uberto de Borſio, & Marſiliotto Conſulibus Juſtitie, Sellario Maſſario, Johanne Notario Poteſtatis, Guilielmo Notario Communis, Domino Guidone Lambertini, Dom. Oderico Legum Doctore, Dom. Azone, & Dom. Ugone Juris Profeſſuribus, Oderico Galitiani, Petro Guidonis Romantii, Ugolino Domini Guilielmi, Michaele de Calcagnile, Ramberto de Albaro, Guidone Buvalelli, Buvalellu, Lambertino ejus filiis, Zaeharo Cauſidico, Rainerio Ramberto Bazalerii, Bonavolta, Jacobo Judice, Granario, Johanne, Paulo Guilielmi, Ugolino de Prunario, Barufaldo, Corvulino de Caſtello, Alberto de Olzano, Ildebrando Henrici Schelfe, Jacobo Martini de Calcina, Rodulfo Guidonis Corvolini, Zambonino Zanzarello, Cambio Tancredi, Guidone de Alborio, Canonico Araldi, Ventura Not., Carxonio Feliciano, Bolniſio ejus fratre, Ubaldo de Scanello, Zacharia Rambaldo ejus filio. Victorio Petri de Vite, Angelino, Guaſtafaſeolo, & Lambertuccio Faſſorum ad hee ſpecialiter rogatis.

Ego Tettacapra olim &c. imperiali auctoritate Not. rog. interfui, &c.

K

Part. I. Pag. 96. Lit. d.

Ex Archivo Publ.
In Regiſtr. Groſ. lib. I. p. 295.

IN Chriſti nomine. Anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo undecimo die Veneris Madio exeunt. Indict. XIV. Preſentibus Domino Epiſcopo Cremonenſi, & Magiſtro Gratia Decretorum Doctore, & Domino Preveſtino de Geſſo de Regio, & Domino Marſiliotto de Maccagnanis, et Domino Miehaele de Caleagnile Judice, et aliis multis. In Camera Domini Epiſcopi Mutin. Dominus Azzo Legum Doctor, & Dominus Rambertinus Guidonis Buvalelli, & Dominus Ubertinus Judex, & Dominus Guido Albrici de Scanabiciis Communis Bon. Ambaxatores ex parte Domini W. de Puſterla Pot. Bon., et Communis illius Terre, ſupplicaverunt Domino G. Albanenſi electo, ac Domini Pape Legato, ut ſi placeret ei ad preſens, non deberet

Digitized by Google

intrare Bon. Civit., & de hoc plures rationes aſſignaverunt. Scilicet quia ejus adventus poterat generare diſcordiam, & ſcandalum magnum inter Cives. Cum enim certum ſit, & notorium, quod quidam Civium Bon. diligerent Dominum Azzonem Marchionem Extenſem, alii vero Dominum Salinguerram, & in hoc ardore nimium ſint accenſi, velintque plures eorum preſtare auxilium Ugoni de Guarmaſio ad recuperandam Ferrariam Civitatem, tum ex precepto Domini Imperatoris, tum quia Sacramentis factis in concordia de pace Domini Marchionis, & Domini Salinguerre manutenenda putant ſe teneri: Alii vero Cives putent, non eſſe dandum auxilium rationibus quibuſdam pretentis ab eis, & quia non credunt, ſe teneri ex Sacramentis factis de pace Domini Marchionis, & Domini Salinguerre manutenenda, & quia non credunt predictum Dominum Marchionem pacem fregiſſe, & ſpetialiter pretextu quarumdam literarum deſtinatarum a predicto Domino Legato Domino Epiſcopo Bonon., in quibus continebatur, quod nullus Civium Bononie debet dare auxilium Ugoni de Guarmaſio, vel alii ad recuperandam Ferrariam Civitatem, & ſi hoc facere attemptarent, quod excommunicationi a predicto Epiſcopo ſubicerentur. Ne ergo ex talibus oriretur diſcordia, & diſtractiu Civitatis Bononie, ſuplicaverunt, ut dictum eſt, jam dictu Domino Legato, ut ad preſens, ſi ei placeret, non veniret ad Civitatem Bononie, & ſpetialiter hoc dicebant, quod non vetabant venire ad dictam Civitatem, ſed ut, ſi placeret ei, interim abſtineret. Tempore autem alio congruo, ſi ei placuerit dictam Civitatem viſitare, omnem honorem, & reverentiam ei exhiberent.

Ego Uradinus de Purgo novo Dei gratia Imperiali auctoritate Notarius interfui, & Dominorum Ambaxatorum juſſu ſcripſi.

L

Part. I. Pag. 101. *Lit.* e.

Ex Arch. Publ.
In Regiſtr. Groſ. lib. I. pag. 439.

Milleſimo ducenteſimo vigeſimo. Die quinto intrante Februario. Indictione octava. In Sala Palat. Com., in qua Pot. conſuevit cum Curia convenire. Preſentibus Domino Beccaro, & Domino Idelbrandino Prendipartis, & aliis pluribus, Dominus Lambertinus Azonis Gardini ad Sancta Dei Euangelia juravit ſecundum formam Statuti, quod non leget de Legibus extra Bon., vel ejus Diſtrictum, & quod non erit in conſilio, vel adjutorio, ut Studium Bonon. auferatur, vel diminuatur.

Ego Zacharias de Strata Majori Imperialis Aule, & nomine Com. Bon. Not. predictam paginam ſcripſi &c.

M

Part. I. Pag. 102. *Lit.* a.

Ex Archiv. Publ.
In Regiſtr. Groſ. lib. I. pag. 50.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo, die Sabati octavo intrante menſe Octubri, Indict. nona. In Sala Palatii Communis Bon., preſentibus Domino Ubaldino de Caſtro Britonum Judice, & Domino Aimerico de Portanova Judice, & Petro Pizolo Not., & Mattheo filio quondam Rolandini de Vado Not., & Arardo filio quondam Albertotii Beccarii Not., & aliis quam pluribus teſtibus ad infraſcripta vocatis. In quorum, & aliorum quam plurimorum preſentia.

Dominus Benedictus, qui fuit de Benevento, Legum Doctor, ad Sancta Dei Evangelia corporaliter juravit bona fide ſine omni fraude attendere, & obſervare ea omnia, que Pot. Bon. ſcilicet Dominus Giuffred. de Piroval. tenebatur eum facere jurare, ſicuti in Statuto Communis Bon. continetur de Dominis Legum, qui incipiunt de novo legere Studium Legale in Bononia, preſente Domino Johanne de Canova Judic. dicte Poteſt., & ei Sacramentum ordinante.

Ego Petrus filius quondam Boni Bologni, & nunc Communis, & dicte Poteſtat. Bononie Not. predictis omnibus interfui, & de mandato dicti Domini Johannis de Canova Judice dicte Poteſt. &c.

N

Part. I. Pag. 106. *Lit.* f, *&* g.

Codex Vatic. 1435. *ex membrana in fol. ſeculi XIII. Eodem univerſum Corpus Juris continetur. Sed cum diverſis conſtet partibus diverſa manu conſcriptis, de ſingulis pauca hic afferemus, antequam Friderici I. Conſtitutionem de Sportulis exſcribamus. Paginæ omnes ſunt* 228. *A pag.* 1. *uſque ad pag.* 141. *idem Amanuenſis tam Textum, quam Gloſſas ad marginem conſcripſit, deſinens in caput:* De Sanctiſſimis Epiſcopis, & Merentiſſimis Clericis: *ad cujus calcem hæc habentur:* Finitum eſt hoc Opus anno Domini MCCLXXXXVI. *Tum ſequitur liber X. de jure Fiſci, ſed diverſæ manus, quamvis ejuſdem fere antiquitatis eſſe videatur. Gloſſæ, quæ ad marginem perpetuo adjiciuntur, deſinunt in caput:* Quemadmodum munia Civilia inducantur. *Et Accurſii quidem Gloſſæ, quæ Textum comitantur uſque ad prædictum caput, non ſemel hac nota diſtinguuntur:* Accurſius Doctor Legum, & doctiſſimus. *Hujus ſecundæ partis poſtremum caput eſt de Primipilo, & publicæ lætitiæ; additurque rubrica Codicis.*

Jam vero a pag. 208. *incipiunt Conſuetudines feudorum cum nonnullis Conſtitutionibus Lotharii, Friderici, & Henrici Imp. Tertia hæc veluti pars recentioris eſt manus, & ætatis; a præcedentibus tamen parum diſtare videtur.*

detur. Poſtrema Conſtitutio, que in hac tertia parte occurrit, eſt Friderici I. Imp., ut ſupra innuimus, eamque hic exſcribimus.

FEDERICUS DEI GRATIA ROMANORUM IMP., ET SEMPER AUGUSTUS

CUnctis noſtro Imperio ſubjectis hac edictali lege in perpetuum valitura decernimus, ut Judex nullus magnus vel parvus, Archiepiſcopus, ſeu Abbas, vel Marehio, vel Comes, vel quilibet noſter Nuncius de Seotentia diffinitiva ultra XII. d. d. libra ab Actore, vel a reo accipiat ſecundum quaoritarem in libello comprehenſam; de Sententia vero poſſeſſionis VII. d. d. libra, que judicatura ſic pereipienda eſt. Ille qui eſt major judex vel vicinus habeat medietatem, hoc aurem in civilibus cauſis; at in criminalibus ſi perventum fuerit ad pecunie eſtimationem. De bonis autem damnatorum, ſeu proſcriptorum s. q. (*fortaſſe* ſecundum quod) novis conſtitutionibus cavetur, ſic jubemus in ipſis obſervari. De boois vero decedentium ſine liberis, vel ſine teſtamento s. q. in legibus Romanorum Imperatorum ſtatuitur s. e. (ſic etiam, *ſed* ſic *abundat*) ſic ratum eſſe ſtatuimus. Si quis vero miſerabili perſone fortuna naufragiorum aliquid abſtulerit, pene antiquarum legum ſubjaceat. Si quis nuntius..... cc h (contra hoc) legum ſtatuium venire preſumpſerit & auſus fuerit, XX. libras (libras *pro* librarum *mendoſe*) argenti pene ſubjaceat. Ioſuper pro ut auſa ſit Civitas, Dux, Marchio...... mulctandus; quod ſic volumus intelligi, ſi ſit Civitas, Dux, Marchio, ſeu Comes, & aliqua magna perſona, vel Vicecomes, vel Caſtrum magnum. Si vero parva perſona eſt, pene unius marche ſubjaceat, vel corporalem caſtigationem ſuſtineat. Preterea volumus, ut nullus Judex pepiori (*arbitror pro* peremptorio) edicti die ſententiam proferre audeat, quia iſta dies judicii tota datur vocato ad juſtitiam, ni immineat oeceſſitas Judici abſentem vocare.

Die Dñi IV. Menſis Decembris MCLXXVII. indict. X. data apud Auximum.

O

Part. I. Pag. 109. Lit. d.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Regiſtro Novo pag. 15.

De Remiſſione, & Concordia facta inter Imperatorem, & Lombardos de Conſtitut. facta ſuper Studio.

FEDERICUS DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS
Hieruſalem, & Sicilie Rex

Rectoribus Civitatum Mediolani, Placentie, Bononie, Alexandrie, Thaurin., Lauden., Faventie, Pergami, Brixie, Mantue, Verone, Padue, Vicentie, Tervixii, Cremone, Marchioni Montis Ferrati, Comiti Gotiifredo de Blanderato, aliiſq. locis, & perſonis quibuslibet de Lombardia, Marchia, & Romaniola, que nuper circa majeſtatem noſtram, & Imperium commiſeruot offenſam, Fidelibus ſuis gratiam ſuam, & bonam voluotatem.

CAuſam offeoſe, quam nuper circa celſitudinem noſtram, & noſtrum Imperium commiſiſtis, quia videbatur impedimentum afferre negotio Terre Sancte, io providentia, & diſpoſitione Domini Pape, ae Fratrum ſuorum Venerabilium Cardinalium poſuimus abſolure. Eorum igitur proviſione ſuper hoc plenius intellecta, pro reverentia Jeſu Chriſti, & ipſius Terre Sancte oegotin, Vobis univerſis, & ſingulis de innata nobis clementia remittimus omnem rancorem, malevolentiam, injurias, & offenſas, omniaque banna, cooſtitutiones, ſententias, & ordinamenta, que fecimus, vel impoſuimus per nos, vel per alium, aliuſve pro nobis impoſuit, vobis, ſeu alicui de Civitatibus locis, & perſonis ejuſdem, & quecumque ex eis, vel ab ea ſecuta ſunt penitus revocamus, & ſpecialiter conſtitutionem factam de Studio, & Studentibus Bononie; Univerſos, & ſingulos, qui occaſione alicujus predictorum leſi videntur, reſtituentes in integrum in omnibus, et per omnia ſuo ſtatui, atque fame. Remittendo infamiam omoem, et penam, que ſecute ſunt ex aliquo predictorum. Ita quod ea, que per eos medio tempore acta ſunt, non obſtantibus ſupradictis robur obtineant, quod alias debuerant obtinere, et ad hoc Civitates, et Loca, et Perſonas veſtras recipimus in noſtre gratie plenitudinem, et vobis reddimus firmam pacem, preſervantes tamen nobis circa predictum Marchionem Montis Ferrati omnia jura, omneſque actiones, que nobis competunt, tam de debito, quò noſtre celſitudini eſt aſtrictus, quam de terra, que per ipſum debitum nobis extitit obligata. Faciemus etiam reſtitui captos occaſione predicte offenſe cum bonis ſuis, ac alia, que occaſiooe hujuſmodi capta ſuot, vel detenta. Faciemus fieri patentes literas ex parte Kariſſimi Filii noſtri Henrici Romanorum Regis Illuſtris, quod pacem, et remiſſiooem iſtam ratam habebit, et firmam, quodque remittet vobis omuem rancorem, malevolentiam,

tiam, injurias, et offenſas. Ad plenam autem certitudinem hujus rei preſentes litteras, juxta ipſius Domini Pape beneplacitum fieri juſſimus, ſigillo maieſtatis noſtre munitas.

Dat. Cathan. I. die Febr. XV. Indict.

Ego Henricus miſeratione divina Bononie Epiſcopus hoc exemplum ex autentico ſumptum cum originali ſigillo Imperiali roborato aſcultavi diligenter, et vidi etc.

Ego Tanceredus Bonon. Eccleſie Archidiaconus, et licet immeritus hoc exemplum etc.

Ego Manzinus de Burgo Novo auct. Imperiali, et nunc Comm., et Poteſt. Bononie Notar. hoc exemplum etc.

Ego Homodeus Presbiteri de Tignano auct. Imperiali, et nunc Comm. Bonon. Notar. hoc exemplum etc.

Ego Nicholaus Terendanus Imperiali auct. Notar., et nunc Comm. Bonon. Notar. harum literarum exemplum etc.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo viceſimo ſeptimo, die undecimo intrante Junio, Indictione XV. In Palatio Domini Henrici Bonon. Epiſcopi, preſentibus Domino Henrico Epiſcopo, et Mag. Tancredo Archid. Bon., Domino Jacobo de pplo Mediol., Domino Bagarotto Legum Doctore, et Magiſtro Bene Scriba Domini Epiſcopi Bon., et Manzino de Burgo Novo Not., et pluribus aliis teſtibus.

P

Part. I. Pag. 115. *Lit.* b.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Regiſtro Groſſo lib. 1. *pag.* 485, *&* 486.

MIlleſimo ducenteſimo vigeſimo, die Jovis octavo exeunte Decembre, Indicione octava. Congregato Conſcilio Credentie ſolito more ad ſonum campane, mandato Poteſtatis, ſcilicet Dn. Guillielmi de Puſterla, retulit Dn. Guizardinus Legum Doctor iterum tranſmiſſus cum undecim Sapientibus ad Dominum Epiſcopum, quod Dominus Epiſcopus ſic eis reſpondit, quod homicida reſtitui debeat in domo ſua propria, ea tamen condisione, quod quidquid ſuper eo negotio factum eſt ex parte Communis, & pro Communi, & ex parte Dom. Epiſcopi, & pro Domino Epiſcopo nullum faciat prejudicium, vel jus aquirat, ſive aquiſitum habeat Communi, vel Epiſcopo. Et idem de (*ſic*) ſtitutione, & relaxatione homicide predicti, etiam quod Poteſtas nullum requirat deinceps laicum, vel clericum, & contra requiſitos non procedat pro dicto negotio, vel occaſione hujus negotii. Et Dn. Epiſcopus liberabit, & abſolvet omnes perſonas, que occaſione ipſius hominis anathematis vinculo ſunt aſtricti. Que ſupradicta ſic facta, ſic maneant quouſque aliter concordaverit Dn. Epiſcopus, & Commune. Quibus ita relatis conſuluit Poteſtas conſuli quid ſuper iis ſit Communi Bonon., & ſibi faciendum. In quo Conſcilio ſurgens Dn. Guido Tantidenarii conſuluit faciendum eſſe, ſcilicet, quod ſupra retulit Dn. Guizardinus, eujus dicto univerſum Conſcilium acquievit, approbante eodem Conſcilio univerſo, ita quod nullus contradiceret quod Poteſtas faciat pro Communi, ut ſupra conſuluit Dn. Goido, & ſi quod contradiceret in hoc Poteſtas, prorſus ipſum abſolvit Conſcilium Univerſum. Item placuit eidem Conſcilio Univerſo una voce clamanti, quod non tantum per Poteſtatem fieri poſſint predicta, verum etiam per quemcumque, vel quoſcumque, quem, quoſve ad hoc faciendum duxerit Poteſtas mittendos. Predicto vero Conſcilio ſeparato, modicum poſt ſeparationem Conſcilii in Pallatio Communis, preſentibus Dom. Ugolino Presbiteri, D. Jacobo Balduini, D. Bagarotto, & D. Guizardino Legum Doctoribus, D. Federico Paſcipoveri, D. Gerardo Rolandini, D. Ramberto Bazalerii, & pluribus aliis, predictus Guillelmus de Puſterla Poteſtas commiſit & precepit D. Yſnardo Ugolini Alberti Pelliparii Communis, & D. Joſeph de Savigno Extimatori Commun., ut predicta perficere debeant, & perficiant pro Communi Bonon. & vice ſui.

Eodem die in Eccleſia B. Petri Epiſcopatus Bonon. poſt Altare B. Petri preſentib. Dom. Henrigitto Girardi Taudiſchi &c. & aliis pluribus lecta forma prefati Conſcilii: Et his omnibus lectis, que ſupra in prefato Conſcilio ſunt tractata, & facta coram Domino Bonon. Epiſcopo, & Domino Yſnardo & Joſeph predictis ibi a Poteſtate tranſmiſſis, concordes fuerunt D. Epiſcopus pro ſe, & Eccleſia Bonon., & D. Yſnardus, & Dom. Joſeph pro Comm. Bonon., quod in omnibus ſic fieri & eſſe debeat, ut ſupra dictum eſt &c.

Ego Zacharias de Strata Majori Imperialis Aule, & nunc Comm. Bonon. Not. predictis omnibus interfui preſens, & rogatu Partium ut ſupra legitur, ſcripſi.

Q

Part. I. Pag. 111. *Lit.* d.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Regiſtr. Groſ. lib. 1. *pag.* 327.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſextodecimo. Indictione quarta, tertio die Kal. Novemb. In quadam Sala Palatii Com. Bon. coram D. Azone Leg. Doct. D. Rufino Sicamiliea, Geriſendo de Roncoveteri, Dom. Guizardinus bon. civis, indicante D. Vicecomite Vicecomitum Bon. Pot. tactis ſacroſanctis Evangeliis corporaliter juravit, quod de cetero in aliquam aliam Terram non leget Scolaribus Scientiam Legum, niſi in Bonon., & quod non dabit operam, ut Scolares in aliam Civitatem debeant morari, nec in hoc conſilium, vel adjutorium preſtabit. Immo curabit bona fide, quod Studium in hac Civit. augeatur. Et quod Conſilium dabit bona fide, & ſine fraude Poteſtati, & Judicibus de Comm. Bon., & Rectoribus, qui pro tempore fuerint, ſi ab eo petierint. Sic Deus eum adjuvet, ejuſque Sancta Evangelia.

Ego Gerardus Spalla Notar. ejuſdem Pot. huic interfui, & ejus mandato hoc ſcripſi.

R

Part. I. Pag. 112. Lit. c.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Regiſtro Groſſo pag. 311.

IN nomine Domini MCCXIII. Indic. prima, die nona exeunte Octob. coram Domino Armano Judice, & D. Viberto Rubeo Judice, & Blanco Not., & Orabono Not. & Martinello Not., & aliis, D. Guido Boncambii, & D. Jacobus Baldumi, Cives Bon., & D. Oddo Landriano Mediolanenſis, omnes Legum Doctores ante D. Guazonem Judicem D. Mathei Bon. Pot. juraverunt ad ſancta Dei Evangelia, quod de cetero in aliqua Terra non legent Scolaribus ſcientiam Legum, niſi in Bon., & quod non dabunt operam, ut Scolares in alia Civitare debeant commorari, nec in hoc conſilium, vel adjutorium preſtabunt; immo curabunt bona fide, quod Studium in hac Civitate augeatur; & quod ipſi dabunt conſilium Pot., & Judicibus de Communi, & Rectoribus Bon., qui pro tempore fuerint, bona fide, ſi ab eis petieriut.

Act. in Pallatio Comm. Bonon. quarto die, exeunt. Octob., in Pal. Comm. Bonon., coram D. Armano Judice, & D. Ambroxio Judice, & Coradino Judice, & Arpinello, & Bulgarino Procuratoribus; D. Beneiniendi Legum Doctor Civis Bonon. ante prefatum D. Guazonem Judicem D. M. ..... Bonon. Pot., juravis eodem modo, ut dicti Domini.

In Pallat. Communis Bon. primo die, intrante Novembri, coram Symone de Maccagnanis, & Bulgarino Guidonis Guizzardi, & Lamberto de Baccellerio, & Ildebrandino Not. & aliis D. Pontius Catellanius Legum Doct. ante D. Matheum ..... Pot. Bonon. juravit eodem modo, ut predicti Domini.

Ego Symon Sacri Pallatii, & nunc Communis Bon. Not. omnibus predictis juramentis interfui, & mandato dictorum Dominorum Guazonis, & Domini Mathei Pot. predicta juramenta ſcripſi.

S

Part. I. Pag. 155. Lit. e.

Ex Tom. 36. Codic. Diplom. Bonon.

Societates Lombardorum, Marchiæ, ac Romandiolæ Procuratores conſtituunt pro ſancienda pace cum Friderico II. Imp. arbitrio Pontificis componenda (a).

ANno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto Indictione quartadecima die Sabathi decimo exeuntis menſis Novembris in Civitate bononie in Palatio Epiſcopatus, Dominus Bocatius Brema, Dominus Robertus de Concolezo, Dominus Ubertus de Marnate, Dominus Ardicio de Pontecaralo, Dominus Guillelmus de Oliana, Dominus Guillelmus de la Porta, Dominus Ubertus Vicecomes, Dominus Aicardus de Formivica, Dominus Aulivetius Henrici Gerardi, Dominus Oldradus Pocalodus, Dominus Guillelmus de Solarolo, Dominus Guillelmus Lazaronus, Dominus Deneſalvi Cremenſis, Dominus Guidrixius Judex de Scaplis, Dominus Johannes Cremenſis, Dominus Ruſtigellus Judex, Dominus Spinabellus Judex, Dominus Ubertus de Maltraverſis, Dominus Fredericus de Paſcipoure, Dominus Scanabicus de Arimondo, Dominus Mariſcotus Johannis de Mariſcoto, Dominus Henrigetus Hugonis Regaite omnes Rectores Societatis Lombardorum, & Marchie, & Romandiole, nomine illius Societatis, & pro ipſa Societate conſtituerunt Procuratores Dominum Bocatium Bremam, Dominum Mudalbergum Judicem, Dominum Guidonem Mamerium, Dominum Guillelmum de la Porta, Dominum Ubertum Vicecomitem, Dominum Guidonem Boncambii Doctorem Legum, Dominum Albertum de Muſo, Dominum Guidonem de Cole Sancti Martini, Dominum Bartholomeum de Viduro, Dominum Guidonem de Marzan, Dominum Senzanome de Achillicis, Dom. Obizonem de Ugonibus,. Dominum Rizardum de Rodengo, Dom. Guillelmum de Campidello, Dom. Caſtellanum de Caſſaris, Dom. Petrum Bicherium, Dominum Huguccionem de Bondonis ad pacem et concordiam faciendam, et omnia, que fuerint neceſſaria, ſive utilia ad ipſam pacem es concordiam, vel pro ipſa pace et concordia, de diſcordia, ſive ſuper diſcordia, quam habent cum Domino Frederico Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, et Rege Sicilie, ſive ipſe Dominus Fredericus Romanorum Imperator cum eis habet: et quicquid dicti Procuratores, vel major pars eorum fecerint ſuper predictis, et pro predictis ratum et firmum habere promiſerunt: qui Procuratores ſic mandatum ſuſceperunt. Horum autem fuerunt teſtes Dominus Gerardus Rangonius Bononie Poteſtas, Dominus Bagarottus, et Dominus Semprebene Doctores Legum, Dominus Tomaſinus Cazanimici, et Dominus Aldrevandinus de Prendiparte, Dominus Rolandus de Guteſredis Bon. Martinus Notarius, et Bolognitus Notarius omnes Bononienſes, et Petrinus de Gorgonzola Notarius de Mantua, et plures alii.

Ego Laurentius Sacri Palatii Not., et nunc Not. dictorum Procuratorum interfui, et de mandato ſupradictoruut Rectorum ſcripſi.

T

Ex eodem Tom. 36.

Aliud Inſtrumentum ejuſdem argumenti (b).

ANno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto Indictione quartadecima die Sabati decimo exeuntis menſis Novembris in Civitate Bononie in Palatio Epiſcopatus

tus

(a) *Ex Regiſtr. V. Honorii III. fol. 156. MCCXXVI. 21. Novemb. præcedit Epiſtola Friderici II. ad Honorium Pontificem data 17. Novemb. ejuſdem anni, qua pacis negotium inter ſe, ac Lombardos ejus arbitrio permittit.*

(b) *Ex Regiſtr. V. Honorii III. fol. 56. MCCXXVI. 21. Novemb. Habet alicubi variantes lectiones.*

tus Bononienſis, Dominus Bocatius Brema Nuntius Marchionis de Monteferrato, Dominus Robertus de Concolezo, & Dn. Ubertus de Marnace de Mediolano, D. Ardicio de Pontecaralo, & D. Guillelmus de Oliana de Brixia, D. Guillelmus de la Porta, & D. Ubertus Vicecomes de Placentia, D. Aicardus de Formivica, & D. Auliverius Henrici Gerardi de Tarvixio, D. Oldradus Pocalodus, & D. Guillelmus de Solarolo de Laudo, D. Guillelmus Lazaronus, & Dom. Deuteſalvi Crementis de Bergamo, D. Guidrixius Judex de Scaplis, & D. Johannes Cremenſis de Mantua, Dn. Rutigellus Judex de Vicentia, D. Spinabellus Judex, & D. Ubertus Maltraverii de Padua, D. Fredericus de Paxipoure, & D. Scanabicus de Arimondo de Bononia, D. Mareſcotus Johannis Mareſcotti, et Dn. Henrigetus Ugunis Regaite de Faventia, omnes Rectores Societatis Lombardie, Marchie, et Romaniole nomine illius Societatis, et pro ipſa Societate conſtituerunt, et fecerunt Procuratores Dom. Bocatium Bremam, et Dom. Mudalbergum Judicem, et Dn. Guidonem Mamerium de Mediolano, Dn. Guillelmum de la Porta, et Dn. Ubertum Vicecomitem de Placentia, Dn. Guidonem Boncambii Doctorem Legum, et Dn. Albertum de Muto de Bononia, Dn. Guidonem de Cole Sancti Martini, et Dn. Bartholomeum de Vidoro de Tarviſio, Dom. Guidonem de Marzan, et Dn. Senzanome de Achillieis de Faventia, Dn. Obizonem de Hugonibus, et Dn. Rizardum de Rodengo de Brixia, Dn. Guillelmum de Campidello, et Dn. Caſtellanum de Caſſaris de Mantua, Dn. Petrum Bieherium, et Dn. Huguccionem de Bondonis de Ucell.... ut omnia faciant ad mandatum, et voluntatem Domini Pape, et Cardinalium ſuper pace et concordia facienda cum Domino Frederico Imperatore Romanorum ſemper Augusto, et Rege Sicilie, de diſcordia, ſive ſuper diſcordia, quam habent cum ipſo Domino Frederico Romanorum Imperatore, vel ipſe Dominus Fridericus Romanorum Imperator cum eis habet: et quicquid dicti Procuratores, vel major pars eorum fecerint ſuper predictis, et in predictis ratum et firmum habere promiſerunt: qui Procuratores ſic mandatum ſuſceperunt. Horum autem fuerunt teſtes Dom. Gerardus Rangonius Bonon. Poteſt., Dom. Bagarottus, et Dn. Semprebene Doctores Legum, Dom. Tomaſinus Cazanimici, et Dn. Aldrevandinus de Prendiparte, Dn. Rolandus de Gutefredis Bon., Martinus Not., et Bolognitus Not. omnes Bononien. et Petrinus de Gorgonzola Not. de Mantua, et plures alii.

Ego Laurentius Sacri Palatii Not., et nunc Not. dictorum Procuratorum interfui, et de mandato ſupradictorum Rectorum ſcripſi.

V

Ex eodem Tom. 36.

Conſtitutio Procuratorum, qui pro eodem Pacis negotio ad Romanam Curiam pro Lombardis ſe conferre debebant (a).

ANno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto die nona exeuntis menſis Novembris Indictione quintadecima in Civitate Bononie in Palatio Bononienſis Epiſcopatus in preſentia teſtium ad hoc ſpecialiter rogatorum, & vocatorum Ambroxii Notarii de Mediolano, Presbiteri Notarii de Lauro, Oderici Notarii de Padua, & Guidonis Notarii de Vicentia, D. Robertus de Concolezo, D. Ubertus de Marnace, D. Ardicio de Pontecaralo, D. Guillelmus de Oliana, D. Aicardus de Formivica, D. Auliverius de Schirpo, D. Oldradus Pocalodus, D. Guillelmus de Solarolo, D. Guillelmus Lazaronus, D. Deuteſalvi Cremenſis, D. Guidrixius Judex de Scaplis, D. Johannes Cremenſis, D. Ruſtigellus Judex, D. Spinabellus Judex, D. Ubertus de Maltraverſo, D. Frederigus de Paxipoure, D. Scanabicus Domini Rolandi, D. Mareſcotus Johannis Mareſcoti, & D. Henrigetus Hugonis Regaite, omnes Rectores Societatis Lombardie, Marchie, & Romaniole, nomine illius Societatis, & pro ipſa Societate conſtituerunt Procuratores dictum Rolandum Judicem de Guarnerio, D. Ugonem de Vado de Padoa, & eos inſtruxerunt in omnibus & per omnia, & ad omnia ſicut eſt forma, & ſecundum formam in qua heri alii Procuratores conſtituti, & inſtituti fuerunt ab eiſdem Rectoribus, qui ituri ſunt ad Romanam Curiam pro factis Societatis predicte; & eſt dictum, quod tantum valeant procurationes & inſtructiones iſte, quantum valerent ſi ſimul cum aliis, & eadem hora conſtituti, & inſtructi eſſent: & quicquid fecerint in predictis ſecundum predictum modum ipſi Procuratores Rectores habere firmum & ratum promiſerunt: qui Procuratores ſic mandatum ſuſceperunt.

Ego Gerardinus de Giſſo Sacri Palatii, & nunc dictorum Rectorum Not. interfui, & de mandato eorum ſcripſi, & publicavi.

X

Ex eodem Tom. 36.

HONORIUS III.

Rectoribus Societatis Lombardie, Marchie, & Romandiole &c.

Pacis Capitula, quæ inter ipſos, & Imperatorem ſanciverat, fuſius recenſet; hortatur, ut eadem pie ſanctèque cuſtodiant (b).

EJus locum licet immeriti obtinentes in terris, que (*ſic*) pax noſtra fecit utraque unum, duos parietes venientes e diverſo conjungens in ſe ipſo lapide angulari, naſcentibus debemus obvia-

(a) *Ex Regiſtr. V. Honorii III. fol. 156. MCCXXVI. 9. Novembr.*

(b) *Ex Regiſtr. V. Honorii III. Epiſt. 440. fol. 156. MCCXXVII. 5. Jan.*

obviare diſcordiis, & intendere ſollicite, ac diligenter ad ea, que ſunt concordie unitatis, & pacis. Cum ergo nuper inter Cariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Fredericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Regem Sicilie, atque Vos diſcordia orta eſſet Nos attendentes, quod res, niſi obſiſteretur principiis, videbatur altius progreſſura, & propter difficultates alias allatura impedimentum negotio Terre Sancte, pro quo eſt tanto tempore laboratum, dignum duximus interponere partes noſtras, & igne hujuſmodi, antequam vires aſſumpſiſſet, extincto, gravibus obviare periculis, que quidem ex hoc, niſi tempeſtive occurreretur, poterant evenire. Ipſo igitur Imperatore ac Vobis totum ipſum negotium in noſtra, & fratrum noſtrorum providentia, & diſpoſitione libere, ac abſolute ponentibus, idque declarantibus per literas, & publica inſtrumenta, nec non per ſolemnes Procuratores, & Nuntios propter hoc ab utraque parte ad noſtram preſentiam deſtinatos, cum inter cetera fuiſſet ex parte ipſius Imperatoris propoſitum, quod, impediente Societate veſtra, nequiverat juxta propoſitum ſuum procedere contra pravitatem hereticam, que partes illas dicitur graviter infeciſſe, ac relevare libertatem eccleſiaſticam, que ibidem multipliciter aſſerebatur oppreſſa, nec procurare ſubſidium Terre Sancte, propter quod ſpecialiter ad partes ipſas duxerat accedendum, quodque captivi ſibi contra jus, & honorem Imperii fuerant denegati, Nos iis, & aliis, que fuerunt hinc inde propoſita, plenius intellectis de providentia ſic duximus ſtatuendum, ut videlicet ipſe Imperator pro reverentia Crucifixi, & negotio Terre Sancte, ſuo, & filii ſui, ac Imperii nomine iis, qui ſunt de Societate jam dicta univerſaliter ſingulis, & ſingulariter univerſis remittat omnem rancorem, malevolentiam, injurias, & offenſas, omnia quoque banna, conſtitutiones, ſententias, & ordinamenta, que fecit, vel impoſuit per ſe, vel per alium, aliuſve pro eo Societati, vel alicui de Societate predicta, Civitatibus, locis, & perſonis de ipſa Societate, & quecumque ex eis, vel ob ea ſecuta ſunt penitus revocet, & ſpecialiter conſtitutionem factam de Studio, & Studentibus Bononie, univerſos, & ſingulos, qui occaſione alicujus predictorum leſi videntur, reſtituens in integrum in omnibus, & per omnia ſuo ſtatui, atque fame, remittendo infamiam omnem, & penam, que ſecute ſunt ex aliquo predictorum, ita quod ea, que medio tempore per eos acta ſunt, non obſtantibus ſupradictis, robur obtineant, quod alias debuerant obtinere. Ad hec Civitates, loca, & perſonas de ipſa Societate recipiat in ſue gratie plenitudinem, & eis faciat firmam pacem, ſpecialiter Marchioni Montisferrati, Mediolano, Placentie, Vercellis, Bononie, Faventie, Alexandrie, Taurino, Laudi, Bergamo, Brixie, Mantue, Verone, Padue, Vicentie, Terviſio, Creme, Ferrarie, & Comitibus de Blandrato, aliiſque locis, & perſonis quibuslibet Societatis ejuſdem, faciat etiam reſtitui captivos, qui ſunt capti occaſione hujus diſcordie cum bonis eorum, ac alia, que occaſione ipſius diſcordie capta ſunt, vel detenta. Inſuper quoque faciat fieri patentes literas ex parte filii ſui, qui pacem, & concordiam iſtam ratam habebit & firmam, & remittet illis de Societate omnem rancorem, malevolentiam, injurias, & offenſas. Hii vero, qui ſunt de Societate jam dicta ad honorem Dei Omnipotentis, & Eccleſie Sancte ſue, ac ipſius Imperatoris, dent eidem Imperatori pro ſubſidio Terre Sancte in expenſis ejuſdem Societatis per biennium Milites quadringentos, ac Civitatibus, locis, & perſonis Imperiali excellentie adherentibus tam eccleſiaſticis, quam mundanis faciant pacem, & inviolabiliter ſervent, remittentes eis omnem rancorem, malevolentiam, injurias, & offenſas, ac revocent omnia banna, conſtitutiones, ſententias, & ordinamenta, que fecerunt, vel impoſuerunt Civitatibus, locis, & perſonis Imperiali celſitudini adherentibus, & quecumque ex eis ſecuta ſunt, vel ob ea. Captivos, qui occaſione hujus diſcordie capti ſunt cum bonis eorum & alia, que occaſione ipſius diſcordie capta ſunt, vel detenta, reſtituant, ita quod adherentes ipſi Imperatori ſimiliter eis faciant, & obſervent. Alii autem captivi ſecundum jus Imperii reſtituantur, cum ipſe Imperator Legatum ſuum in Lombardiam pro pace reformanda inter diſcordes duxerit deſtinandum. Conſtitutiones vero, leges, & ſtatuta ab Eccleſia Romana, & Romanis Imperatoribus, & ſpecialiter ab ipſo Imperatore contra Hereticos, receptatores, defenſores, credentes, & fautores eorum hactenus promulgata, vel inpoſterum promulganda recipiant, & obſervent inviolabiliter, & efficaciter exequantur, Conſtitutionibus municipalibus editis contra tales nihilominus in ſuis locis firmiter obſervandis. Poteſtates autem, Conſules, & Rectores Civitatum, aliorumque locorum, quocumque nomine cenſeantur jurent, quod illa fideliter obſervabunt, idque ſuos jurare faciant Succeſſores, ponentes eas in Statutis Civitatum, aliorumque locorum, illa inde nequaquam inpoſterum deleturi. Statuta omnia communia, & particularia facta contra Eccleſias, & Eccleſiaſticam libertatem penitus revocent, de ſuis Conſtitutionibus deleant, & ea, vel eis ſimilia de cetero non reſumant. Lateranenſis quoque ſtatuta Concilii, & Conſtitutiones a Nobis, & Leges ab ipſo Imperatore ſuper iis editas obſervent, & jurent inpoſterum obſervare, ſuoſque jurare faciant Succeſſores. Porro predictos quadringentos milites in eundo, morando, redeundo ſub noſtra, & ſpeciali Apoſtolice Sedis protectione ſuſcipimus, cum omnibus bonis ſuis, iidemque teneantur ire in ipſius Imperatoris paſſagio, quod ab eo ſtatutum eſt, & a Romana Eccleſia approbatum. Ideoque Univerſitati veſtre per Apoſtolica Scripta mandamus atque precipimus, quatenus ſupradicta omnia pro parte noſtra inconcuſſa ſervetis, ac ſuper hoc Nobis, & ipſi Imperatori juxta tenorem, quod Vobis tranſmittimus, veſtras patentes literas uſque ad proximam Dominicam inſtantis Quadrageſime tranſmittatis per manum publicam ſcriptas, & veſtri, ac prefati Marchionis, & quarumlibet Civitatum de ipſa Societate ſigillorum appenſione munitas.

Datum Laterani Nonis Januarii. Pontificatus noſtri anno undecimo.

Y

Ex eodem Tom. 36.

HONORIUS III.

Illuſtri Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, & Regi Sicilie.

Eadem Imperatori ſignificat, quæ ſuperiori Epiſtola Lombardis conſcripſit (a).

EJus locum licet immeriti obtinentes in terris, que pax noſtra fecit utraque unum, duos parietes venientes e diverſo conjungens in ſe ipſo lapide angulari, naſcentibus debemus obviare diſcordiis, & intendere ſollicite, ac diligenter ad ea, que ſunt concordie unitatis, & pacis. Cum ergo nuper inter Te, ac Societatem Lombardie, Romaniole, atque Marchie diſcordia orta eſſet, Nos attendentes, quod res, niſi obſiſteretur principiis, afferebat impedimentum negotio Terre Sancte, pro quo eſt tanto tempore laboratum, dignum duximus interponere partes noſtras. Te igitur, & predictis totum ipſum negotium in noſtra, & fratrum noſtrorum providentia, & diſpoſitione libere, ac abſolute ponentibus, idque declarantibus per literas, & publica inſtrumenta, nec non per ſolemnes Procuratores, & Nuntios, propter hoc ab utraque parte ad noſtram preſentiam deſtinatos, cum inter cetera fuiſſet ex parte ſua propoſitum, quod, impediente Societate predicta, nequiveras juxta propoſitum tuum procedere contra pravitatem hereticam, que partes illas dicitur graviter infeciſſe, ac relevare libertatem eccleſiaſticam, que ibidem multipliciter aſſerebatur oppreſſa, nec procurare ſubſidium Terre Sancte, propter quod ſpecialiter ad partes ipſas duxeras accedendum, quodque captivi Tibi contra jus, & honorem Imperii fuerant denegati: Nos iis, & aliis, que fuerunt hinc inde propoſita, plenius intellectis, de providentia ſic duximus ſtatuendum, ut Tu, videlicet pro reverentia Crucifixi, & negotio Terre Sancte, Tuo, & Filii tui, & Imperii nomine iis, qui ſunt de Societate jam dicta univerſaliter ſingulis, & ſingulariter univerſis remittas omnem rancorem, malevolentiam, injurias, & offenſas, omnia quodque banna, conſtitutiones, ſententias, & ordinamenta, que feciſti, vel impoſuiſti per Te, vel per alium, aliuſve pro Te Societati, vel alicui de Societate predicta, Civitatibus, locis, & perſonis de ipſa Societate, & quecumque ex eis, vel ob ea ſecuta ſunt penitus revoces, & ſpecialiter Conſtitutionem factam de Studio, & Studentibus Bononie, univerſos & ſingulos, qui occaſione alicujus predictorum leſi viderentur, reſtituens in integrum in omnibus, & per omnia ſuo ſtatui, atque fame, remittendo infamiam omnem, & penam, que ſecute ſunt ex aliquo predictorum, ita quod ea que medio tempore per eos acta ſunt, non obſtantibus ſupradictis, robur obtineant, quod alias debuerant obtinere ad hec Civitates, loca, & perſonas de ipſa Societate recipias in tue gratie plenitudinem, & eis facias firmam pacem ſpecialiter Marchionis Montisferrati, Mediolano, Placentie, Vercellis, Bononie, Faventie, Alexandrie, Taurinn, Laudi, Bergamo, Brixie, Mantue, Verone, Padue, Vicentie, Terviſio, Creme, Ferrarie, & Comitibus de Blandrato, aliiſque locis, & perſonis quibuslibet Societatis ejuſdem, facias etiam reſtitui captivos, qui ſunt capti occaſione hujus diſcordie cum bonis eorum, ac alia, que occaſione ipſius diſcordie capta ſunt vel detenta. Inſuper quoque facias fieri patentes literas ex parte Filii tui, qui pacem & concordiam iſtam ratam habebit, & firmam, & remittet illis de Societate omnem rancorem, malevolentiam, injurias, & offenſas. Hii vero qui ſunt de Societate jam dicta ad honorem Dei Omnipotentis, & Eccleſie Sancte ſue, ac tui dent Tibi, pro ſubſidio Terre Sancte in expenſis ejuſdem Societatis per biennium milites quadringentos, ac Civitatibus, locis, & perſonis tue Imperiali excellentie adherentibus tam eccleſiaſticis, quam mundanis faciant pacem, & inviolabiliter ſervent, remittentes eis omnem rancorem, malevolentiam, injurias, & offenſas, ac revocent omnia banna, conſtitutiones, ſententias, & ordinamenta, que fecerunt, vel impoſuerunt Civitatibus, locis, & perſonis Imperiali Tue celſitudini adherentibus, & quecumque ex eis ſecute ſunt, vel ob ea. Captivos, qui occaſione hujus diſcordie capti ſunt cum bonis eorum, & alia que occaſione ipſius diſcordie capta ſunt, vel detenta reſtituant, ita quod adherentes Tibi ſimiliter eis faciant, & obſervent. Alii autem captivi ſecundum jus Imperii reſtituantur, cum Tu Legatum tuum in Lombardiam pro pace reformanda inter diſcordes duxeris deſtinandum. Conſtitutiones vero Leges, & Statuta ab Eccleſia Romana, & Romanis Imperatoribus, & ſpecialiter a Te contra hereticos, receptatores, detenſores, credentes, & fautores eorum hactenus promulgata, vel impoſterum promulganda recipiant, & obſervent inviolabiliter, & efficaciter exequantur, Conſtitutionibus, municipalibus editis contra tales, nihilominus in ſuis locis firmiter obſervandis. Poteſtates autem Conſules, & Rectores Civitatum, aliorumque locorum, quocumque nomine cenſeantur, jurent, quod illa fideliter obſervabunt, idque ſuos jurare faciant Succeſſores, ponentes eas in Statutis Civitatum, aliorumque locorum, illa inde nequaquam impoſterum deleturi. Statuta omnia communia, & particularia facta contra Eccleſias & eccleſiaſticam libertatem penitus revocent de ſuis Conſtitutionibus, deleant, & ea vel eis ſimilia de cetero non reſumant. Lateranenſis quoque Statuta Concilii, & Conſtitutiones a Nobis, & Leges a Te ſuper iis editas obſervent, & jurent impoſterum obſervare, ſuoſque jurare faciant Succeſſores. Porro predictos quadringentos milites in eundo, morando, redeundo ſub noſtra, & ſpeciali Apoſtolice Sedis protectione ſuſcipimus cum omnibus bonis ſuis, iidemque teneantur ire in Tui paſſagio, quod a Te ſtatutum eſt, & a Romana Eccleſia approbatum. Tu ergo, Fili cariſſime, ſupradicta omnia pro parte tua ſerves ſicut Imperialem decet conſtantiam inconcuſſa, ac ſuper hoc Nobis juxta tenorem, quem Tibi tranſmittimus, tuas patentes cures

uſque

(a) *Ex Regiſtr. V. Honorii III.*

uſque ad proximam Dominicam inſtantis Quadrageſime tranſmittere literas tue Majeſtatis typario inſignitas.
Datum Laterani Nonis Januarii, Pontificatus noſtri anno undecimo.

Z

Part. I. Pag. 116. Num. II.

Ex Tom. 36. Codic. Diplomat. Bonon.

HONORIUS III. (a)

Alatrino Subdiacono & Capellano noſtro.

Ut Controverſias inter Commune Bononiæ, & Albertum Comitem de Mangon, de Caſtris Caſſi, & Barci contendentibus, quantocius cognoſcat, dirimatque.

COnquerenti olim dilecto Filio Nobili Viro Alberto Comite de Mangon, quod Commune Bononienſe in prejudicium ejus detinet Caſtrum Caſſi, & Barci, & quedam alia Caſtra cum pertinentiis ſuis, que idem Comes aſſerit eſſe de Terra Comitiſſe Mathildis, & ad Feudum, quod idem Comes a Romana tenet Eccleſia pertinere, poſt varias literas ſuper hoc a Sede Apoſtolica impetratas, demum hujuſmodi cauſam commiſimus Venerabili Fratri noſtro Archiepiſcopo Florentino. Nuper igitur Comite ipſo, ac dilecto Filio Sem.... Doctore Legum Procuratore dicti Comunis propter hoc in noſtra preſentia conſtitutis, idem Comes exhibuit depoſitiones quorumdam teſtium, quos ſuper iis receperat Epiſcopus antedictus, petens depoſitiones ipſas, quas idem Epiſcopus clauſas ſub ſigillo ſuo Nobis tranſmiſerat aperiri, & in cauſa jam per quadriennium in prejudicium ejus protelata procedi. Dictus vero Procurator, ac dilectus Filius Magiſter Tancredus Bononienſis Archidiaconus reſponderet pro Communi predicto, teſtes ipſos poſt legitimas appellationes a Sindico dicti Communis ad noſtram audientiam interjectas, lite non conteſtata, & etiam non porrecto libello, fuiſſe ab ipſo Epiſcopo contra juris ordinem incircumſpecte receptos, ac ideo depoſitiones ipſorum aperiendas non eſſe, ſed irritas nuntiandas. Dicto autem Comite relictis procuratoribus ſuis ad propria redeunte, Procuratoribus ipſis, ac prefato Procuratori ſepedicti Communis Venerabilem Fratrem noſtrum P. Albanenſem Epiſcopum dedimus Auditorem. Cumque ipſi Procuratores coram eo ſuper proceſſu ipſius Epiſcopi Florentini diutius diſputaſſent, et ipſe Auditor ea, que fuerant coram eo propoſita & oſtenſa Nobis fideliter retuliſſet, Nos illis plenius intellectis de Fratrum noſtrorum conſilio eumdem caſſavimus juſtitia exigente proceſſum. Nolentes autem, quod ipſius cauſe deciſio ulterius prorogetur, Diſcretioni Tue per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus dictum Commune ad litem ſuper iis cum ipſo Comite, vel ejus Procuratore exceptionibus non obſtantibus legitime conteſtandam intra competentem terminum, quem eis duxeris preſigendum monitione premiſſa per cenſuras eccleſiaſticas appellatione remota compeſcas, ac demum ſi Tibi vacaverit audias cauſam, & appellatione remota debito fine decidas, alioquin inducas partes ad concordandum in perſonas idoneas, quibus cauſa eadem committatur, & ſive potuerint, ſive non potuerint in Judices concordare, cauſam ipſam viris diſcretis, & ſuſpicione carentibus auctoritate noſtra committas examinandam ſollicite ac fine debito appellatione poſtpoſita terminandam, data eis plenaria poteſtate cogendi teſtes, & faciendi alia, que ipſius negotii deciſio videbitur poſtulare.
Datum Laterani tertiodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno decimo.

Part. I. Pag. 120. Lit. b, & eadem Pagina n. VII.

Monumenta, quæ juxta ordinem conſtitutum hic afferenda eſſent, vide ſupra in Appendice Pag. 57, 58, 59. Litt. A, B, C, D, E, F.

AA

Part. I. Pag. 131. Num. I.

Ex *Arch. Publ. Bon.*
In Regiſt. Groſ. Lib. I.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo. Indictione octava, die octavo exeunte Septemb. In Pallatio Comun. Bon. In preſentia teſtium rogat., & vocat., videlicet Dn. Jacobi Pizoli, Dn. Juliani de Odderico Boniconſcilii, Dn. Jacobi de Enrigitto, Joanni de Alberto Soro Judice nunc Comun. Bonon., Angelello Notar. de Carboncello, & aliorum, in quorum preſentia venit Dominus Bonefatius qnd. Domini Oddericci Boniconſcilii ante Dominum Fratſum Judicem Domini Guillelmi de Puſterla, volens regere Studium Legum, corporaliter juravit coram predicto Domino Fratſo Judice Pot., ita obſervare, & facere, ut in Statutis de Dominis Legum continetur.
Prenominatus Dn. Fratſus ſcribi mandavit.
Ego Ugolinus Ymolenſis Dei gratia Imperialis Aule Notar. interfui predictis, & ſcripſi.

BB

Part. I. Pag. 131. Lit. c.

Ex Archivo S. Franciſci Bonon. Lib. A Num. 76.

IN nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo tertio, die tredecimo exeunte Setembri. Indictione ſexta, preſentibus Domino Landulfo de Landulfis, Domino Thomaſino Cazanemici, Domino Petrizolo Ungarelli, Domino Egidio Bonifilioli, Domino Arardino ejus fratre, Domino Rolando Cazanemici, Petrizolo Domini Thomaſini predicti, & Rolandino Domini Prindipartis de Landulphis hujus rei rogati fuerunt teſtes.
Actum Bonon. in domo Domini Bonifacii infraſcripti.

 Ego

(a) *Ex Regiſtr. V. Honorii III. Epiſt. 238. fol. 119. MCCXXVI. 20. Mart.*

Ego Bonifatius Legum Doctor tale facio teſtamentum.

In primis habito penſato conſcilio utriuſque Ordinis Fratrum Predicatorum, & Minorum, quod ex queſtu, quem feci ex Scholis, quia multis, & variis modis peccantr in Scholaribus habendis ad ſummam proviſionem, & ſecuritatem, aliquam ſummam debeant dare pauperibus, cum a multis & variis, & quaſi ab incertis perſonis perceptum ſit, quam juxit, & voluit eſſe ſummam centum libr. bonon. pauperibus erogandam. Ex lucro autem quod fecit ex avocationibus, ubi ſcienter, inique accepit ab illis perſonis, vel Univerſitatibus illud eiſdem reſtituat, vel ſit in concordia cum eis, non inducendo eos ipſe, vel alius poſt eum aliqua preſura non reſtituendi, vel aliquo ingenio, quod debeat predicti remittere, ſet ſi voluerint libere, & ſpontanea voluntate remittere, in illum poſſit retineri de omnibus aliis avocationibus, & lucro ex conſciliis habitis bona fide tractatis conſuluerunt ſibi, ad majorem proviſionem det, & faciat dari aliquam ſummam ſuo arbitrio determinandam locis religioſis, vel aliis pauperibus Jeſu Chriſti, quam ſummam voluit prefatus Dominus Bonifatius eſſe centum libr. bon. ſine reſtitutione, quam in ſuo codicillo hoc teſtamento confirmato & perſonas, & Univerſitates, & quantitates reſtituendas ipſe jam declaravit. Inſuper voluit, & juxit expendi pro eo, ſi contingeret eum deficere ex hac egritudine, de ſuis bonis centum lib. bonon. pro reſtauratione decimarum, & quarteſimi ſolvantur trigiota lib. bon.; cui preſtari debent de jure, habito conſcilio peritorum, & iſte trigiota lib. non computentur in predictis quantitatibus, ſet alias de ſuo perſolvantur. Et hec debeant fieri, & adimpleri per eum, qui pro tempore fuerit Prior S. Niculai, & per eum, qui pro tempore preherit Ordini Fratrum Minorum, & per D. Zulianum fratrem ejuſdem D. Bonifatii, quorum fidei committit predicta. Jacobinum, & Ubaldum ſuos ſibi heredes inſtituit in reliquis ſuis bonis, Juhanam filiam ſuam in quingentis lib. ſibi heredem inſtituit, & ex hiis voluit eſſe contentam; & ſi contingeret, quod aliquis filiorum ſuorum decederet ſine liberis, ſubſtituit unum alteri; Si decederet aliquis eorum ſine maſculis habendo feminam vel feminas, vult quod pars dictorum illius perveniat ad ſuperviventem, vel ad ejus filios maſculos, hoc acto intellecto, ita quod domus ejus ſemper debeant eſſe maſculorum deſcendentium tantum cujuſcumque gradus, vel numeri fuerint; Si contingeret, quod ex filiis ſuis maſculis non remanerent maſculi, voluit quod omnes domus, quas habet in Porta Nova, debeant eſſe fratris ſui Domini Zuliani, & filiorum ſuorum maſculorum, excepta una domo, quam ipſe inhabitat, quam vult eſſe filie ſue. Si autem contingeret, quod ex nullis ſupradictorum remanerent filii maſculi, tunc voluit, quod pars domus comunis debeat pervenire ad Sanctum Johannem de Monte ea lege, ut alienari non poſſit, pro remedio anime ejus, qui eam fieri fecit. Alie domus, excepta illa, in quam habitat, voluit pervenire ad dominum Egidium, & Arardinum, & ad illos de Caſtro S. Petri, & ad eorum filios maſculos, ita quod fiat diviſio inter eos in tertiam partem. Una pars ſit D. Egidii & filiorum, et alia Arardini & filii, & alia illorum de Caſtro S. Petri. Super poſſeſſionibus autem ſuis ita diudicavit, ut ſi aliquis filiorum ſuorum maſculorum decederet ſine liberis, voluit, quod portio poderis perveniat ad filium maſculum, vel ad eius filios maſculos; ſi autem decederet ſine maſculis, & haberent feminas, tunc voluit quod Johanna filia ſua debeat habere de podere tantum, quantum quelibet filiarum filiorum predictorum, non computata quantitate quingentarum librarum, & domo ſibi relicta, quam inhabitat. Uxorem ſuam D. Verderoſam, vult dominam, & uſuariam in domo ſua permanere bonorum ſuorum precipiens filiis, quod eam debeant revereri. Dotem ſuam ei ſolidam voluit reſtitui, & illam elapſo anno, & inſuper de ſuo ei legavit centum lib. quas debeat habere ſolummodo, cum exire voluerit de domo; Si comode non poſſit habitare cum filiis, habeat habitationem ſolummodo pro ſe domum, quam ipſe inhabitat, & alia neceſſaria bene & decenter; filios ſuos voluit eſſe in poteſtate, & tuitione fratris ſui D. Zuliani. Filiam ſuam Johanam, ſi pervenitet ad nubilem etatem, ſit in poteſtate, & diſpoſitione Domini Zuliani tantum faciendo tamen de ea cum conſcilio D. Thomaſini; ſi contingeret, quod D. Zulianus non ſupereſſet, tunc vult eam eſſe in diſpoſitione D. Thomaſini, cum omnibus, que eam contingerent. Predictas inſtitutiones, & ſubſtitutiones, & reſtitutiones omnes voluit, & juſſit eſſe firmas, & validas pupillariter, ubi habet locum vulgariter, & per fidei comiſſum, & per compendium ubi ſibi locum vendicant, & per omnem alium modum, per quem melius predicta valere poſſunt. Alias minores diſpoſitiones in prefato codicillo jam declaravit, quod hic repetite confirmat.

Ego Petrizolus Johanis Tuſcani auctorit. Imperiali Notarius mandato dicti Teſtatoris, & rogatus ſcribere ſcripſi &c., & etiam interlineavi &c.

CC

Part. I. Pag. 146. Lit. a.

Ex Arch. Publ. Bon.
In libr. G Proviſionum in Aſſidibus ad an. 1306. varia extant Populi Bonon. Decreta, inter quæ pag. 122. hoc habemus:

ITem conſiderantes quante utilitatis, & honoris ſunt, & fuerunt perpetuo, & erunt deinceps Domino concedente Scolares, & Studium Scolarum Comuni, & Populo Bonon., & nolentes propter modicam gratiam ab eis per Rectores Univerſitatis Scolarium poſtulatam, indignationem aliquam ipſos Scolares aſſumere poſſe, rationabiliter contra dictum Populum, & Comune, ſet petitioni ipſorum Dominorum Rectorum reverentiam & honorem, qui toto eorum poſſe procuraverunt, & procurant retinere Studium, & Scolares in Civitate Bonon., cujus petitionis tenor talis eſt. Coram vobis Dominis Octo,

qui-

quibus generale arbitrium eſt conceſſum per Populum Bonon. in ſignum dilectionis, qua huc uſque fuit ſemper Populus, & Dom. Bon. circa Scolares, & Studium Scolarium Civitatis Bon., & ad hoc ut ipſa dilectio durare hoſtendatur, & non eſſe extinctam circa Univerſitatem Scolarium ſupradictam. Suplicant humiliter & devote Dominus Thomax Torellus de Neapoli, & Dominus Pontius Archidiac. Albanen. Provintial. olim Rectores Univerſitatis Scolarium Civitatis Bon. pro ſe ipſis, & tota Univerſitate, & univerſis, qui ſtuderunt huc uſque, & de cetero ſtudere intendunt in Juris Civilis ſcientia, quia omnes hec gratia tangit, & ad hoc, ut omnibus exemplum ſtudendi, & proficiendi in Jure Civili, ſeu materia de cetero prebeatur, & hec Civitas de bono in melius more ſolito augeatur, & de hoc per univerſum Mundum fama diſcurat, quatenus Vobis placeat providere, quod Bartholomeus Caſtellani, Johannes, & fratres quondam Accurſini deſcendentes venerande memorie Domini Accurſii, & Domini Franciſci de Accurſiis patrum, & Dominorum omnium Scolarium, & Studentium in Jure Civili per univerſum Mundum, qui tantum honorem fecerunt Civitati Bononie, glofando in Civitate Bonon., & illuminando Jus Civile, & Scolares de toto Mundo ex hoc ad Civitatem Bon. convocando, ita quod ipſa Civitas honoratur, & divulgatur ejus fama per Mundum univerſum. Non agraventur in colectis, & aliis honeribus ſubeundis pro parte Lambertatiorum, ſet ſolvant collectas, & alia onera ſubeant, ut alii Cives partis Eccleſie, et Jeremienſium Civitatis Bonon., et quod nomina, et cognomina cujuslibet predictorum deſcendentium non ponantur in aliquo libro facto, vel fiendo de illis de parte Lambertatiorum, vel aliorum agravandorum occaſione dicte partis Lambertatiorum per Comune Bonon., & ſi ſcripta reperirentur, tollantur, & abradantur per quemlibet Notarium deputatum ad ſcribendum libros predictos ſine pena, & quod pro non ſcriptis intelligantur, & ut veri Jeremienſes tractentur, & habeantur cum predicti deſcendentes ſemper fuerint ad mandata Comunis Bonon., & ſolverint collectas, & alias publicas factiones, & cavalchatas fecerint, & exercitus ut alii Cives Civitatis Bononie. Et partem Eccleſie, & Jeremienſium juraverint Civit. Bonon., & ut tractentur ut Jeremienſes cum mandata Comunis Bonon. ſemper fecerint, & intendans facere in futurum, & hoc non obſtantibus aliquibus ſtatutis &c.; unanimiter & concorditer ordinaverunt providerunt & diſpoſuerunt, quod Bartholomeus Caſtellani, Johannes, & fratres quondam Accurſini deſcendentes venerande memorie Domini Accurſii, & Domini Franciſci de Accurſiis non graventur in collectis, & aliis oneribus ſubeundis pro parte Lambertatiorum, ſet ſolvant cullectas, & alia onera ſubeant, ut alii Cives partis Eccleſie, & Jeremienſium Civitatis Bonon., & quod nomina, & cognomina cujuslibet predictorum deſcendentium non ponantur in aliquo libro facto, vel fiendo de illis de parte Lambertatiorum, vel aliorum aggravandorum occaſione dicte partis Lambertatiorum per Comune Bonon., & ſi ſcripta reperirentur, tollantur cancellentur & abradantur per quemlibet Notarium deputatum, vel deputandum ad dictos libros ſcriben. ſine pena, & ex nunc pro non ſcriptis intelligantur; & ut veri Jeremienſes tractentur, & habeantur, cum predicti deſcendentes ſemper fuerint ad mandata Comunis Bonon., & ſolverint collectas, & alias publicas factiones, & cavalchatas fecerint, & exercitus, ut alii Cives Civitatis Bonon., & partem Eccleſie, & Jeremienſium Civitatis Bonon. juraverint; & ut tractentur ut Jeremienſes cum mandata Civitatis Bonon. ſemper fecerint, & intendant facere in futurum, & quod ſupradicta petitio in qualibet parte ſuo effectui integraliter demandetur. Et non obſtant. &c. Quam voluerunt valere, ſi placuerit majori parti Conſilii Populi Bononienſis, & ſi in ipſa fuerit confirmata & approbata ad ſcurtinium cum fabis albis, & nigris.

Congregatis Dominus Henrico de la Porta Vicario nobilis militis Domini Pini de Rubeis honorabilis Capitanei Populi Bonon. Antian., & Conſ. Pop. Menſis Auguſti in Palatio novo dicti Comunis ad ſonum campane, & voce preconis, ut moris eſt, lecta fuit ſupradicta proviſio facta per Dominos Otto ſupradictos Defen., & Proconſul. juxta formam ipſius proviſionis per me Matheum Notarium infraſcriptum, in quo quidem Conſilio, & Maſſa Populi facto partito per dictum Dominum Henricum Vicarium ad ſcurtinium cum fabis albis, & nigris, datis hominibus exiſtentibus in dicto Conſilio per Baiitores Pop. Bonon., & poſtmodum reſtitutis Fratribus Eremitanis Sancti Jacobi ſtrate S. Donati, & numeratis per duos ex Antianis, & Conſulibus Populi in preſentia dictorum Fratrum, & Conſiliis placuit ponentibus fabas albas, que fuerunt numero centumnonaginraſeptem, quod dicta proviſio, & omnia, que continentur in ea ſint firma, valeant, & teneant, & in omnibus, & per omnia effectui demandentur, prout lecta fuerunt in dicto Conſilio, & ſic approbant. Illi vero quibus diſplicuerunt predicta, qui poſuerunt fabas nigras in contrarium fuerunt CIIII. &c.

Teſtibus Simone D. Guillielmi de Sperſinaldi, & Aymerico Orand. Not. &c.

DD

Part. I. Pag. 255. *Lit.* b.

Ex *Archiv. Metropol. Eccleſ. S. Petri Bonon.*

IN nomine Patris, et Filii, et Sp. S. Amen. In queſtione, que vertitur inter Bolviſium Notarium Procuratorem, & Syndicum Capituli Bonon., et Fratrem Guidonem de S. Mauricio Sindicum, et Procuratorem Eccleſie, et Fratrum Eremitarum S. Jacobi de Savina juxta Circlam Bonon., utrum pactum factum per Ven. Patrem Dn. Fr. Jacobum Bonon. Epiſcupum pro ſe, et Capitulo Bonon. Eccleſie ex una, et quondam Fratrem Eccleſie, et Ordinis predictorum ex altera, et utrum moderatin facta per dictum Venerabilem Patrem

Bonon.

Digitized by Google

Bonon. Epiſcopum ſuper dicto pacto valeat, et teneat, et ſit equa, vel non. Conſilium Dominorum Oldofredi, Bonrecuperi de Porro, et Jacobi Gratiadei Legum Doctorum, et Dn. Navarri Canoniei Burgenſis eſt tale, ut dictum pactum, cujus pacti tenor talis eſt etc. valeat, et teneat, et valuerit, et tenuerit, et quod moderatio facta a predicto Ven. Patre Dn. Fr. Jacobo quondam Bonon. Epiſcopo, cujus moderationis tenor talis eſt etc. Valeat, et teneat, et ſit equa et juſta, et debeat obſervari, et eum ab ea non fuerit appellatum, in hoc ſcilicet debeat obſervari, ut Fratres dicte Eccleſie S. Jacobi de Savina non recipiant ad ſepulturam parochianos Eccleſiarum S. Marie Magdalene, S. Leonardi, et S. Egidii, et in omnibus aliis, que in dicta moderatione continentur. Non obſtante indulgentia generali conceſſa Fratribus, et Ordini Heremitarum S. Jacobi de Savina a bo: mem. Dn. Innocentio Pp. Quarto, eum in dicta Indulgentia impetranda de predicto pacto non fuerit facta mentio, et non obſtante alia Indulgentia conceſſa predictis Fratribus, et Ordini a bo: mem. Alexandro Pp. Quarto, eum dicta Indulgentia, et ejus generalitas ſit redigenda ad id, de quo ſpecialiter agebatur, ſcilicet ad preſentationem Prioris dicte Eccleſie, et viſitationem, et correctionem, non autem complectatur ſepulturam, ſcilicet ut dicti Fratres parochianos dictarum trium Eccleſiarum recipere poſſint ad ſepulturam contra formam dicte moderationis.

Ego Mattheus qnd. Jacobi Palatini auctoritate Imperiali Notarius ſedens ad pedes Ven. Pat. Domini Octaviani Bonon. electi, et predictorum quatuor Peritorum hoc Conſilium per predictos quatuor Sapientes datum in comuni concordia de eorum mandato ſcripſi, et legi ſemel, ſecundo, et tertio, ſicut jacet, et de juſſurum mandato publicavi etc.

E E

Part. I. Pag. 158. *Lit.* e.

Ex Archiv. S. Franciſci Bonon. lib. C. num. 94.

IN nomine Domini. Amen: Anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, Indictione decima, die octavo exeunte Decembri. In domo Abbatis, & Monaſterii Nonantulani, que eſt in Civitate Bononie in Parochia S. Geurgii de Pozale, preſentibus D. Tranchedo Venerabili Abbate Monaſterii Sancti Johannis Parmenſis, qui nunc moratur cum D. Abbate Nonantulano infraſcripto, & D. Raynerio D. Bonacurxii de Scannabicis, & D. Guillielmo filio D. Accharixi de Accharixiis, D. Albertario Guidonis Alberti de Curia S. Ambroxii, & Rubeo de Civitate Parme de Fontanella, & Dompno Simone Monacu dicti Abbatis Tranchedi, & Dom. Jacobo, & Dom. . . . . Monaco ipſius Monaſteri, & Dom. Donato Florentino Notario Abbatis Nonantulani, & Jacobo de Civitate Rome, qui moratur cum D. Synenomine Doctore Legum teſtes rogati, & vocati fuerunt.

Cum lis, & controverſia verteretur inter Dominum Cirſacum Venerabilem Abbatem Monaſterii Nonantulani, & D. Paganum Monacum, & Syndicum dicti Monaſterii ex una parte, & Comune ſeu Univerſitatem S. Joannis in Perxixeti, & Raynerium de Albarelis Syndicum dicti Comunis ex alia, cujus litis, & controverſie tenor talis eſt. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, Indictione nona, die duodecimo exeunte Setembri in Palatio veteri Comunis Bonon., preſentibus D. Alberto Cazanemici, D. Cabriele de Sancto Petro, D. Paxipaupero Doctore Legum, D. Merchadante de Migarano, & Vallino Notario teſtibus &c. Implorat offitium veſtrum Domine Bonincontre Judicis, & Aſſeſſoris D. Bonifatii de Salis Poteſtatis Bononie, D. Paganus Monacus, & Syndicus Abbatis Monaſterii Nonantulani, quatenus ex veſtro offitio interdictum facere debeatis Comuni S. Johannis in Perxixeti, vel Syndico ipſius Comunis nomine ipſius Comunis, ut ipſum Commne, ſeu homines ipſius Comunis non debeant butſchizare, vel ſterpare, vel incidere, ſive uti, vel ligna exſportare de terris, & nemoribus poſitis infra contines deſignatos per Syndicum ipſius Abbatis, et Monaſteris ſcriptas manu Simonis Bonacoſe Rangonis Notarii, qui laudatum fuit per Dominum Johannem de Canova arbitrum, et arbitratorem electum inter Comune S. Johannis, et dictum Monaſterium, ipſum Monaſterium non eſſe inquietandum in poſſeſſione, vel proprietate totius nemoris, paludis, terre aratorie, vineate, vel prative quantecumque ſint, vel invenirentur infra limitem de Curiis, qui eſt a mane, et limitem de Ponte longo, qui eſt a ſero, et a quinquaginta perticis inferius a Dozolo Comunis Perleonis, et ipſum D. Johannem corporalem poſſeſſionem, et tenutam tradidiſſe Procuratori dicti Monaſterii de dictis poſſeſſionibus intra dictos confines, quos dicit Syndicus deſignatos eſſe per alium Syndicum, ut dictum eſt ſupra; que quidem implotatio ſcripta eſt manu dicti Simonis, cujus deſignationis tenor talis eſt. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo Indictione nona, die Dominica tertio intrante Septembri. Actum infra dictis locis deſignatis, preſentibus D. Axolino Marzigonis Grano nuncio Comunis Bononie, et Nicholao Nadalini Notario teſtibus vocatis. D. Raynerius de Albarolis Syndicus Comunis S. Johannis, et D. Tibertus condam Nonexii Maſſarii dicti Comunis vice et nomine dicti Comunis interogati a me Symone Notario Poteſtatis deſtinato a D. Bonincontre judice, et aſſeſſore D. Bonifatii de Salis Poteſtatis Bonon., quod deſignarent, et demonſtrarent michi Notario locum, ubi dicitur Dozolus Leonis Perleonis, qui dixerunt, comunicato Conſcilio decem hominum S. Johannis, eſſe Dozolum ſupradictum a S. Maria de Porta per centumundecim perticas, ad perticam ſex brachiarum menſuratas a muru dicte Eccleſie . . . . uſque ad locum, qui dicitur Dozulus, et ibi ſunt facte due guices in uno ſalice, qui eſt a latere mane vie, et diſtat a dicta via S. Marie per quinque perticas ſex brachiarum, et una guis facta eſt in uno albaro poſito a latere ſero vie juxta viam, et dicunt, quod vadit inferius dictus

Dozu-

Digitized by Google

Dozolus ad ſchiſam verſus mane, uſque ad limitem Curti.

Dominus presbiter Gerardus Syndicus Monaſterii de Nonantula vice, & nomine dicti Monaſterii interogatus a me Simone Notario Poteſtatis deſtinato a Domino dicto Bonincontro Judice Poteſtatis, quod deſignaret, & demonſtraret mihi Notario locum, ubi dicitur Dozolus Leonis Perleonis, qui dixit eſſe Dozolum predictum, a mane eſt flumen S. Johannis, a ſero limitus Curti, et vadit uſque ad deſignatam inferius . . . ., inferius uſque ad voltam Guaranam, et illa deſignatio eſt ſupra Eccleſiam de Alegralcore veclo, et eſt in loco, qui dicitur . . . . incipit ſupra Stratam veterem, que eſt inter S. Johannem, et Alegralcore veclo, que deſignatio ſcripta eſt manu dicti Symonis Notarii.

Que lis, et controverſia mota fuit per dictum Syndicum Nonantulanum coram Domino Bonincontro de Caliſano, olim Judice, et Aſſeſſore D. Boniſatii de Salis tunc Poteſtatis Bononie, et pendebat coram D. Thomaxio Judice, et Aſſeſſore D. Henrici de Moza Poteſtatis Bononie, cujus petitionis occaſione factum fuit . . . . Comuni, et Syndico S. Johannis nomine Comunis S. Johannis, et dicto Syndico D. Pagano nomine dicti Monaſterii de omni eo, quod . . . . infra confines ſupradictos, ne deberent buſchizari, vel ſterpari, vel incidi, ne debeant inde ligna exſportari ab aliqua dictarum partium, ut patet de interdicto ex ſententia, ſive pronuntiatione ſcripta manu Simonis Rangonis Notarii, cujus interdicti tenor talis eſt. Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo Indictione nona, die primo intrante Septembri in Palatio veteri Comunis Bononie, preſentibus Bartholomeo Notario, et Michaele Notario, D. Bonincontrus de Caliſano Judex, et Aſſeſſor D. Boniſatii de Salis Poteſtatis Bononie precepit Raynerio de Albarolis Syndico Comunis S. Johannis in Perxixete, ut in banno mille librarum boninorum pro ſe, et dicto Comuni, quod ſi debeat buſchizare, vel facere buſchizari nemus, de quo eſt lis ſecundum quod continetur in laudo facto a Domino Johane de Canova ultra id, quod continetur in dicto laudo ſub dicta pena. Idem preceptum fecit Syndico Abbatis Nonantule ſub dicta pena, quod interdictum confirmatum fuit per quamdam ſententiam, latam a dicto Domino Bonincontro, cujus ſententie tenor talis eſt. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Conſcilium Domini Guillielmi Panzonis, & mei Gerardi Figlogarii ſuper queſtione, & contenptione, que vertitur inter Dompnum Paganum Syndicum Monaſterii Nonantulani, & ipſum Monaſterium ex una parte, & Raynerium de Albirolis Syndicum Communis Sancti Johanis, & ipſum Commune ex alia, ſuper eo quod implorat dictus Dompnus Paganus nomine ipſius Monaſterii per offitium Judicis interdici dicto Syndico, & Comuni, ut ipſum Comune, vel homines ipſius Comunis non debeant buſchizare, vel ſterpare, vel incidere, ſive uti, vel ligna exſportare de terris, & nemoribus poſitis infra confines deſignatos per Syndicum ipſius Abbatis, & Monaſterii ſcriptas per Simonem Bonacoſe Rangonis Notarium, Et ſupra aliis propoſitis, et allegatis per advocatos utriuſque partis. Eſt tale, quod interdicatur utrique parti, ſeu Syndicis Comunis Sancti Iohanis, et Monaſterii predicti, ne infra confines deſignatos per dictum Raynerium de Albirolis Syndicum Comunis Sancti Johanis, et Dominum Tibertum condam Tignexii Maſſarium dicte terre, et per Dompnum Gerardum presbiterum Syndicum Monaſterii Nonantulani, ſecundum quod ſcriptum eſt per Simonem Bonacoſe Rangonis Notarium, debeat buſchizari, vel ſterpari, aud incidi, et ne debeant inde ligna exſportari per eos, vel per aliquos pro eis, quo uſque interdictum fuerit relaſatum. Et hoc ideo, quia utraque pars illud allegat ad ſe pertinere, et ſe poſſidere; Et pro dictis laudatum eſſe inter eos factum per Dominum Johanem de Canova arbitratorem inter eos electum, ſcriptum per Martinum de Urbino Notarium, et ne poſſint propter hoc ad arma, et rixas pervenire, et fiat dictum interdictum utrique parti ſub certa pena Judicis arbitrio ſtatuenda, et ut Comune Bononie plenam de predictis habeat ſecuritatem, ne poſſit Monaſterium Nonantulanum, ſi non ſervaret, fori privilegium allegare. Teneatur Syndicus ſatisdere de pena, que imponeret ſolvenda, ſi faceret Monaſterium contra interdictum, et ne poſſit aliqua partium magno incommodo effici, ex eo quod predicta eſſet diutius ſub interdicto. Detur a Judice terminus quindecim dierum utrique parti ad probandum, et oſtendendum de jure ſuo, et confinibus laudi. Quibus diebus elapſis, poſſit dictus Judex, cui, et quando ſibi videbitur tollere, et confirmare interdictum; et ſi videbitur Judici, poſſit dictam dilactionem abbreviare, et prorogare ſuo arbitrio. Lata fuit hec Sententia, et in ſcriptis pronunciata per Dominum Bonincontrum Judicem, et Aſſeſſorem Domini Boniſatii de Salis Poteſtatis Bononie ſub anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo Indictione nona, die duodecimo exeunte Septembri, in Palatio veteri Comunis Bononie, preſentibus Domino Alberto Cazzanimizi, Domino Cabriele de Sancto Petro, Domino Paxipaupero Doctore Legum, Domino Merchadante de Migarano, et Vallino Notario teſtibus. Que quidem ſententia ſcripta erat manu dicti Simonis Notarii.

Volentes ambe partes de predictis ad concordiam pervenire, compromiſerunt dictus Syndicus Nonantulanus, et Dominus Abbas prefatus, nomine predicti Monaſterii, et pro ipſo Monaſterio ex una parte, et Dominus Arimundus Jacobi de Bernardo Poteſtas Comunis Sancti Johanis, et prefatus Syndicus ejuſdem Univerſitatis, nomine ejuſdem Univerſitatis, et pro ipſa Univerſitate ex altera, de predicta lite, et interdicto, et queſtione, et poſſeſſione, vel quaſi et dominio, vel quaſi ejus totius, quod eſt in queſtione, in Dominos Bonapartem de Gisleriis, et Sinenominem Domini Sinenominis Doctores Legum tanquam in arbitros, et arbitratores, et amichabiles compoſitores, ſeu laudatores, promittentes inter ſe ad invicem, et ipſis arbitris, ſeu arbitratoribus, ſeu amichabilibus compoſitoribus ſtare, parere, attendere, ſervare, Omne eorum laudum, arbitrium, preceptum, diviſionem,

nem, deſignationem, adiudicationem dictorum Dominorum factum, vel factam ſemel, vel pluries inter predictas partes, tam ſuper poſſeſſione, de qua ſupradicta queſtio vertebatur, quam etiam ſuper ipſa terra, nemore, ſive palude, ſeu proprietate ejuſdem, quam etiam ſuper omni eo, quod predictis Dominis videbitur arbitrandum, ſeu amichabiliter diſponendum; ita quod poſſit precipere, laudare, arbitrari, ſtando, ſedendo, diebus feriatis, et non feriatis, utraque parte preſente, vel altera abſente, dum tamen citata, ſub pena mille librarum bononenorum viciſſim inter partes, et ipſis arbitratoribus per ſtipulationem promiſſa. Qua comiſſa, et exacta, vel non, partes teneantur obſervare omnia ſupradicta, ſub obligatione bonorum dicti Monaſterii, et dicti Comunis Sancti Johanis.

Item Dominus Abbas prefatus, et Syndicus predictus dicti Monaſterii, nomine dicti Monaſterii, et eorum precibus, et mandato Dominus Accharixius filius condam Domini Guidonis de Accharixiis, et Dominus Naxipaxe de Malpiliis de Strata Majori, et Dominus Boniacobus Alberti Pizole de Parochia Sancti Columbani, et Dominus Johanes Paſqualis Not. de Pozale, et Dominus Jacobus Cochus de Pozale, et Dominus Guido de Bochaderoncho de Guarinis de Porta Sancti Petri, et Dominus Jacobinus, qui dicitur Paglarinus filius condam Domini Guillielmi de Accarixiis. Quilibet eorum principaliter, et in ſolidum ſe obligando, & renuntiantibus beneſitiis novarum conſtitutionum de pluribus reis debendi, & auxilio epiſtole Divi Adriani, & doli mali condictioni, & in factum, & ſine juſta cauſa, & omni alii legum auxilio, et decretorum per ſe, ſuoſque heredes per ſtipulationem promiſerunt Raynerio de Albirolis Syndico Comunis Sancti Johanis ſtipulanti nomine dicti Comunis, quod curabunt, & facient ita: quod Capitulum Nonantulanum dictum compromiſſum confirmabit expreſſim ad ſenſum dictorum Dominorum. Et omne laudum, et preceptum, et deſignationem, et arbitrium, et adiudicationem, quod, et quam, et que, et quas facient predicti Domini arbitratores, attendet, et obſervabit perpetuo, et non contrafaciet, vel veniet aliquo modo, vel ingenio aliquo tempore, ſub predicta pena, et obligatione bonorum ſuorum, et dicti Monaſterii, et pena comiſſa, et exacta, vel non, in quolibet Capitulo, et quotiens contrafactum fuerit laudum, et preceptum, ſeu arbitrium, et deſignationis, et adiudicationis a predictis Dominis Arbitratoribus facte, ſemper valeant, et teneant, et partes ille teneantur obſervare, que predicti Domini dixerint.

Item Dominus Arimundus Jacobi de Bernardo Pot. dicti Comunis Sancti Johanis, et Raynerius de Albirolis Syndicus dicti Comunis Sancti Johanis in Perxixeti, nomine dicti Comunis Sancti Johanis, et eorum precibus, et mandato, Dominus Olidfredus Doctor Legum, et Dominus Gerardinus Domine Adelaſie de Sancto Johane in Perxixeto, et Dominus Tibertus Tignoxii de dicta Terra Sancti Johanis, et Dominus Albertus Magnonus de dicta Terra Sancti Johanis, et Dominus Rolandinus Carmiruxii de dicta Terra Sancti Johanis in Perxixeti, quilibet eorum principaliter, et in ſolidum ſe obligando, et renuntiantibus beneſitiis novarum conſtitutionum de pluribus reis debendi, et auxilio epiſtole Divi Adriani, et doli mali condictioni, et in factum, et ſine juſta cauſa, et omni alii Legum auxilio, et Decretorum per ſtipulationem per ſe, ſuoſque promiſerunt predicto Domino Abbati, et Dompno Pagano Monaco, et Syndico dicti Monaſterii Nonantulani ſtipulanti nomine dicti Monaſterii, quod curabunt, et facient, ita quod dictum Comune, et homines confirmabunt expreſſim dictum compromiſſum, ad ſenſum dictorum Dominorum, et omne laudum, et preceptum, et deſignationem, et arbitrium, et adiudicationem, quod, et quam, et que, et quas facient predicti Domini arbitratores, attendet, et obſervabit, et attendent, et obſervabunt perpetuo, et non contrafacient, vel venient aliquo modo, vel ingenio, aliquo tempore, ſub predicta pena, et obligatione bonorum ſuorum, et dicti Comunis Sancti Johanis in Perxixeti. Et pena comiſſa, et exacta, vel non, in quolibet capitulo, et quotiens contrafactum fuerit laudum, et preceptum, ſeu arbitrium, et deſignationes, et aiudicationes a predictis Dominis Arbitratoribus, ſemper valeant, et teneant, et partes illa teneantur obſervare, que predicti Domini dixerint.

Hoc acto concorditer inter partes, quod predicti arbitri, & arbitratores tenutam tradere poſſint predictis partibus ad eorum voluntatem, & quod poſſint poſſeſſorem, & dominam conſtituere quamlibet partem ejus totius, quod cuique partium aſſignabunt. Et hoc etiam expreſſim actum eſt inter eos, quod quilibet Pot. Bonon., & quilibet ex Poteſtatibus, ſeu Comunis Bononie poſſit, & debeat quamlibet partem manutenere, & defendere in poſſeſſione, & proprietate ejus, quod cuique partium fuerit aſſignatum. Ac ſi per ſententiam jure ordinario tam in poſſeſſorio, quam in petitorio predict. eſſet definitum. Non obſtante eo, quod lege cavetur, ne ex laudo, vel compromiſſo penali, actio in factum, vel ex re judicata oriatur. Cui Legi ambe partes concorditer renuntiant.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio, Indictione undecima, die quintodecimo intrante Januario. In Sala Palatii veteris Comunis Bononie, preſentibus Domino Aygone Notario de Porta Sancti Proculi, Domino Roberto de Guaza..., Domino Guidone de Grizanna, & Domino Manfredo Bonbologni de Burgo Galerie, & Nicholao Nadalini condam Petri Nadalis Notario, & Virgilio de Albirolis Notario, et Bonizo ſervitore Domini Arimundi de Bernardo teſtes rogati, et vocati fuerunt. Dompnus Lanfrancus Monachus, et Syndicus Monaſterii Sancti Sylveſtri de Nonantula, et totius Capituli, et Conventus ejuſdem nominatim, et ſpecialiter ordinatus Syndicus a Dompno Paulo Priore dicti Monaſterii, et a dicto Capitulo ad confirmandum, et ratificandum, et ad approbandum compromiſſum factum per Venerabilem Virum Dompnum Cittaccum Abbatem, et Dompnum Paganum ejuſdem Monaſterii Syndicum ex una parte, nomine

dicti

dicti Monaſterii, & Comune Sancti Johanis, & Raynerium de Albirolis Syndicum dicti Comunis ex alia, nomine dicti Comunis factum in Dominos Bonapartem, & Sinenominem Doctores Legum, ut apparet de ſyndicatu ex inſtrumento ſcripto manu Nicholay Nadalini Petri Nadalis Notarii, in preſentia dictorum teſtium, & arbitrum, ſive arbitratorum, & dicti Raynerii de Albirolis Syndici dicti Comunis Sancti Johanis ratificavit, approbavit, confirmavit nomine dicti Monaſterii, & totius Conventus, & Capituli predictl compromiſſum factum in predictos Dominos ſuper queſtione, que vertitur inter predictum Monaſterium Nonantulanum ex una parte, & dictum Comune S. Johanis ex alia, ut apparet de compromiſſo ſcripto manu mei Alamanni Notarii, & illud compromiſſum, & omnia, que in dicto compromiſſo continentur, vult habere robur, & pleniſſimam firmitatem. Et omnes promiſſiones factas a predictis arbitris, ſeu arbitratoribus, & etiam predicto Raynerio de Albirolis Syndico.

Dominus Raynerius de Albirolis Syndicus Comunis Sancti Johanis nominatim, & ſpecialiter ordinatus Syndicus a Domino Arimundo Jacobi de Bernardo Poteſtate Comunis Sancti Johanis, & a dicta Univerſitate ad confirmandum, & ratificandum, & ad approbandum compromiſſum factum per Dominum Arimundum predictum Poteſtatem dicte Terre, et Raynerium de Albirolis Syndicum dicti Comunis ex una parte, nomine dicti Comunis, & dictum Dominum Cirfaccum Venerabilem Abbatem Monaſterii Nonantulani, & Dompnum Paganum Syndicum dicti Monaſterii ex alia, nomine dicti Monaſterii factum in Dominos Bonapartem, & Sinenominem Doctores Legum, ut apparet de Syndicatu ex inſtrumento ſcripto manu Virgilii de Albizulis Notarii. In preſentia dictorum teſtium, et dictorum arbitrum, et arbitratorum, et dicti Dompni Lanfranchi Syndici dicti Monaſterii ratificavit, aprobavit, et confirmavit nomine dicti Comunis, et totius Univerſitatis compromiſſum factum in predictos Dominos, ſuper queſtione, que vertitur inter predictum Comune ex una parte, et dictum Monaſterium ex alia, ut aparet de compromiſſo ſcripto manu mei Alamanni notarii infraſcripti, et illud compromiſſum, et omnia, que in dicto compromiſſo continentur, vult habere robur, et pleniſſimam firmitatem, et omnes promiſſiones factas predictis arbitris, ſeu arbitratoribus, et etiam predicto Dompno Pagano Syndico, et Abbati Cirſacco predicto.

Ego Alamannus de Floranis auct. Imp. Not. his omnibus interfui, & a predictis conpromiſſoribus, & fidejuſſoribus, & arbitris, ſeu arbitratoribus rogatus ſcribere, ſcripſi, & me ſupſcripſi.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Ad honorem Dei, & Beate Virginis Marie. Nos Bonapars, & Sinenomen Doctores Legum arbitri, & arbitratores, ſeu amicabiles compoſitores electi a Dompno Cirſacco Venerabili Abbate Monaſterii S. Silveſtri de Nonantula, Dompno Pagano Monacho, & Syndico dicti Monaſterii nomine dicti Monaſterii ex una parte, & a Domino Arimundo Jacobi de Bernardo Poteſtate Comunis, & hominibus Sancti Johanis in Perxixeti, & a Raynerio de Albirolis Syndico dicti Comunis ex altera nomine dicti Comunis ſuper lite, & controverſia, que inter eos vertebatur, pro ut continetur in compromiſſo ſcripto manu Alamanni de Floranis Notarii infraſcripti, habentes plenam, & liberam poteſtatem, ex vi dicti compromiſſi, pronuntiandi, laudandi, ſententiandi, aiudicandi, dividendi tam ſuper poſſeſſione, quam proprietate, & dominio ejus totius Poderis, quod in dicto compromiſſo continetur, de quo inter predictos lis, & queſtio vertebatur. Habita diligenti deliberatione, & loco litis viſioni oculorum ſubjecto, pro bono pacis, & concordie dicimus, laudamus, & arbitramur, & amichabiliter diſponendo pronuntiamus, Quod dictus Raynerius de Albirolis Syndicus dicti Comunis S. Johanis, nomine dicti Comunis, & ipſum Comune habeat, & teneat, & pleno jure poſſideat ractione dominii, & proprietatis, ſine inquietatione aliqua a capitulo ſeu Monaſterio Nonantulano in perpetuum facienda dicto Comuni omne id, quod eſt a centum undecim perticis ſupra. Computatis, & aſazatis ad perticam ſex braziorum ab Eccleſia Sancte Marie de Porta, eundo verſus ſurſum directo, intra limitem de Curtis a mane, et limitem de Ponte longo a ſero, et incipiat dicta menſuratio ſupra viam, que eſt juxta dictam Eccleſiam per quinque perticas a latere mane, et completa, et facta menſuratione centum undecim perticarum verſus ſurſum, damus, et aiudicamus predicto Syndico Sancti Johanis, et ipſi Comuni omne id, quod eſt ab illo loco ſupra, eundo directo ad filum verſus mane, a limite de Ponte longo uſque ad limitem de Curtis. Hoc ſalvo quod liceat, et debeat D. Abbas predictus, et ejus Syndicus nomine ipſius Monaſterii, et ipſum Monaſterium incidere, ſeu incidi facere, & inciſſum tollere, & exſportare hinc ad tres annos proximos venturos omne lignamen, quod eſſet infra dictos limites in ſparata, que eſt, vel diceretur eſſe dicti D. Abbatis, vel Monaſterii predicti; Et precipimus dictum Comune S. Johanis non debere inquietare, ſeu moleſtare dictum Abbatem, ſeu dictum Syndicum in inciſione, & exſportatione dicti lignaminis; Et precipimus, quod dictum Comune S. Johanis non debeat buſchizare, vel buſchizari facere dictam ſparatam, que eſt infra dictos limites uſque ad dictum terminum, quouſque dictum lignamen per dictum Abbatem, vel ejus Syndicum, vel alium, nomine dicti Monaſterii integraliter fuerit exſportatum.

Item precipimus, quod predictus D. Abbas, & Syndicus ipſius Monaſterii, nomine dicti Monaſterii, & ipſum Monaſterium non debeat inquietare in dominio, proprietate, ſeu poſſeſſione dictum Comune S. Johanis in eo, quod ſupradicto Comuni conceſſimus, ſeu adiudicavimus, vel in aliqua parte ejus.

Item laudamus, & pronuntiamus, & dicimus, & amichabiliter diſponendo arbitramur, quod dictus D. Abbas, & Dompnus Lanfrancus Syndicus dicti Monaſterii, nomine, & vice dicti Monaſterii, & ipſum Monaſterium habeat,

habeat, & teneat, & pleno jure poſſideat ratione dominii, et proprietatis, ſine inquietatione aliqua a dicto Comuni S. Johanis in perpetuum facienda dicto Monaſterio omne id, quod eſt inferius a loco dato, et conſignato a oobis ſupra Comuni S. Johanis, et vadat verſus mane directo ad filum uſque ad limitem de Curtis.

Item pro bono pacis, et concordie laudamus, et arbitramur, et amichabiliter diſponendo pronunciamus, quod dictus Syndicus S. Johanis, nomine dicti Comunis, et dictum Comune det, et ſolvat dicto D. Abbati, nomine dicti Monaſterii, et ejus Syndico Dompno Lanfranco ducentas libras bonenorum hinc ad Kalendas Martii proximas venturas.

Item precipimus, quod dictum Comune Sancti Johanis non debeat inquietare in dominio, proprietate, ſeu poſſeſſione dictum Monaſterium in eo, quod ſupra dicto Monaſterio conceſſimus, ſeu adiudicavimus, vel in aliqua parte ejus.

Item ad eternam rei memoriam precipimus, quod dictum Comuoe Sancti Johanis, nomine dicti Comunis, & ejus Syndicus, & dictus Dominus Abbas nomine dicti Monaſterii, & ejus Syndicus faciant, vel fieri faciant comuniter, & comunibus expenſis unum foſſatum in confinibus ſupradictis, qui vadat ad filum a limite de Monte longo uſque ad limitem de Curtis verſus mane, & ſit amplum per ſex pedes, & cavatum per quatuor pedes, & in quolibet capite dicti foſſati, & etiam in medio debeant comunibus expenſis facere, vel fieri facere unum bonum pallaſtrum de malta calcina, groſſum, & amplum in omni parte ſui per tres pedes, & altum per duos puntos hinc ad feſtum Sancti Michaelis de menſe Septembris proxime venturi. Et precipimus quod dictum foſſatum debeat diſcomborari de tertio in tertium annum comuniter, & comunibus expenſis. Quod laudum factum fuit in preſentia Rayneri de Albirolis Syudico predicto, & Dompni Lanfranchi Syndici dicti Monaſterii, ad quem dictum compromiſſum traslatum fuit.

Que omnia, et ſingula in comuni concordia laudamus, arbitramur, & diffinimus, iudicamus, dividimus, & precipimus inviolabiliter obſervare ab utraque partium ſub pena, que in compromiſſo continetur.

Latum, ſive pronuntiatum, ſive latam, ſeu pronuntiatam fuit hanc ſententiam, ſeu laudum in Capitulo Eccleſie Sancti Salvatoris de Porta Nova, preſentibus Dompno Guczo Priore Sancte Marie de Reno, & Sancti Salvatoris predicti, et Domino Ugolino Domini Zaraboni Epiſcopi, & Domino Martino Proſperolo Notario, et Domino Jacobello Domini Petrizoli Femine Notario, et Domino Petrizolo Araldine de Porta Nova, et Domino Petrizolo condam Domini Ugolini de Giſſo de Porta Nova, & Domino Malaigna condam Jenoiſii de Porta Nova, & Domino Raymundino Zeſſadelli de Porta Nova, & Domino Corvolino Barberio, et Domino Nicholao Nadalini condam Petri Nadalis Notario, & Domino Jacobo Cocho teſtes rogati, & vocati fuerunt.

Ego Alamannus de Floranis actoritate Imperiali Not. his omnibus interfui, & mandato dictorum arbitrum, ſeu arbitratorum ſcripſi, & me ſubſcripſi.

FF

Part. I. Pag. 163. Lit. b.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Regiſtro Novo pag. 362.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Ad honorem glorioſe Virginis Marie, & omnium Sanctorum. Anno Domini MCCLVI. Indict. quatuordecima die Veneris ſeptimo exeunte Auguſto. Dominus Manfredus de Maringo Bon. Pot., et Dominus Bonacurxſus de Surrixina Capit. Pop. Bonon. arbitri electi in comuni concordia per Dominum Nicholaum de Tencharariis Syndicum Comunis Bon., voluntate, & conſenſu Conſilii Pop., & Comunis Bon. ex una parte, & per Dominum Gaudinum Jacobi Guarini Procuratorem Dominorum, & Dominarum voluntate ipſorum ad hoc ſpecialiter Syndici, & Procuratores conſtituti, occaſione Servorum, & Anzillarum, ſeu illorum, qui habiti ſunt de Maxinatis poſſeſſorum, & poſſeſſarum, detentorum, & detentarum, quorum eſt Procurator dictus Dominus Gaudinus, quorum nomina ſuperius ſcripta ſunt, vel aliquos eorum, vel earum habentes plenam, & liberam poteſtatem arbitrandi, ſententiandi, laudandi, judicandi, & precipiendi ſuper predictis, & in predictis ad omnem ipſorum arbitratorum voluntatem, tam de Servis, & Anzillis, ſeu habitis pro Maxinatis vendendis, & emendis pro Comuni Bon., quam pretio conſtituendo pro quolibet Servo, & Anzilla, ſeu habito pro Maxinata ad omnem ipſorum arbitratoram voluntatem, diebus feriatis, et non feriatis, in ſcriptis, et ſine ſcriptis omni ſolempnitate juris omiſſa, ſtando, ſedendo, una parte preſente, et altera abſente, dum tamen citata, ut conſtant predicta per compromiſſum ſcriptum, manu mei Ubertini Notarii. Arbitrantur, ſententiant, laudant, iudicant, et precipiunt in comuni concordia, quod dicti Domini, et Domine, ſeu eorum Procurator, et cujuslibet eorum legitime faciat dicto Domino Nicolao Syndico, nomine dicti Comunis, ſeu dicto Comuni datum, et venditionem, et iurium ceſſionem de perſonis tantum Servorum, et Ancillarum, ſeu habitorum pro Maxinata poſſeſſorum, et poſſeſſarum, detentorum, et detentarum per dictos Dominos, et Dominas, qui, et que ſcripti ſunt, ſeu reperiuntur in libro mei Ubertini Notarii, ubi ſcripta ſunt nomina ſervorum, & ancillarum, ſeu Maxinatarum, & approbati fuerunt per poteſtatem Capit. eſſe de Maxinata, & qui nunc habitant in Civitate, ſeu Epiſcopatu Bonon. ſalvo, & reſervato ipſis Dominis, & Dominabus omni jure in peculiis, & rebus dictorum ſervorum, & ancillarum habitis per ipſos ſervos, & ancillas eis debitis, vel aliis pro eis ubicumque reperirentur, & hoc pro pretio, & pagamento inferius denotato. Item arbitrantur, ſententiant, laudant, iudicant, & precipiunt

piunt

Digitized by Google

piunt in comuni concordia, quod Comune Bonon. teneatur, & debeat cuilibet dominorum, & dominarum, ſive eorum legitimo procuratori ad ſolutionem recipiendam ordinatum dare, & ſolvere pro quolibet ſervo, & ancilla, qui, & que ſcripti, & ſcripta reperiuntur in libro mei Ubertini Not. approbati ut ſupradictum eſt per Pot., & Capit. decem libras bonon. pro quolibet ſervo, & ancilla quatuordecim annorum vel pluris, & octo libras bonon. pro quolibet ſervo, & ancilla minore quatuordecim annorum, quod pretium ſolvatur per Comune Bonon. dictis dominis, & dominabus, vel eorum procuratori. In his tribus terminibus. Videlicet prima tertia pars dicti pretii ſolvatur, & detur eiſdem infra primos quatuor menſes anni proximi futuri currentis. Anno Domini MCCLVII. Secunda vero tertia pars in aliis primis quatuor menſibus anni ſecundi currentis MCCLVIII. Alia tertia pars, & complementum pretii ſupradicti in aliis quatuor primis menſibus anni tertii currentis MCCLVIIII. Item quod pretium ſupradictum dictorum ſervorum, & ancillarum debeat poni in Memoriali Comunis Bon. cujuslibet domini, & domine per ſe. Ita quod ipſi domini, & domine poſſint compenſare, & alii cui jus ſuum cederent. Et Comune cum eis, tam cum hiis qui ceſſerunt, & cum illis quibus ceſſum foret ſive ante hunc contractum, ſive poſt. Item quod res peculiares mobiles, & immobiles, & alie quaſcumque ſervi, ſeu hii qui habiti ſunt pro Maxinatis habuerint apud ſe, vel alios pro eis debeant libere remanere apud dominos eorum, ſeu habitos pro dominis & libere remaneant. Item quod Pot., & Capit., qui pro tempore fuerint, ſeu alter eorum habeant liberum arbitrium ſummarie inquirendi ſine aliqua juris ſolempnitate ad inſtantiam dominorum de peculiis, & rebus predictis ubi ſint, & apud quos ſive in eis, vel aliis dicantur inſtrumenta conſcripta, vel non, ſive apud quemcumque eſſe dicerentur quocumque modo, & ex quacumque cauſa eſſe vel fuiſſe: & ſi apparuerit, quod pervenerint ad ſervos, vel ad dominos, ſeu habitos pro dominis per eos, debeat Pot., & Capit., ſeu alter eorum facere illas res reſtitui, niſi de conſenſu, & de voluntate dominorum, & dominarum in alios perveniſſent, ſecundum quod ipſi Poteſtat., & Capit. videbitur ad eorum voluntatem. Item quod quilibet alius qui habeat, vel habuerit de peculiis predictorum, ſeu rebus pertinentibus ad dominos, ſeu habitos pro dominis ex cauſa depoſiti, vel alia quacumque ſi non manifeſtaverit infra duos menſes poſt laudum factum a Pot., & Capit. de ſervis, & ancillis, ſeu habitos pro ſervis, & ancillis, ſeu Maxinatis, dominis, ſeu habitis pro dominis eorumdem penam dupli ejus, de quo apparuerint habere, vel habuiſſe perſolvere compellatur. Medietas cujus ſit Comunis, & alia dominorum, & de predictis poſſit omni tempore inquiri, & puniri; Ita quod predicta ſemper remaneant in arbitrio Pot., & Cap. Item parentes liberi, qui habent aliquem, vel aliquos filios, vel filias, ſervos, ſeu ancillas, ſive de Maxinata teneantur, & debeant illi, vel illis filiis, vel filiabus de ſuis bonis dare partem contingentem pro virili. Item laudant, ſententiant, & judicant in comuni concordia, quod ſervi, & ancille, ſeu habiti pro ſervis, & Maxinatis, qui, & que reperiuntur ſcripti in libro mei Ubertini Notarii ex nunc ſint liberi, & franchi, & ponantur in libro fumantium, & ſubeant honera Comunis, ſicut faciunt liberi, ſalva ſemper ipſis Pot., & Capit. dilucidatione, & declaratione, & interpretatione in predictis, & circa predicta, ſi qua dubitatio, vel obſcuritas appareret; & de predictis omnibus, & ſingulis ordinamentis ſuper hoc factis, & ſuper dictis capitulis, fiat Statutum preciſum, de quo teneatur Pot., & Capit. Anziani, et Conſules, qui nunc ſunt, vel in futurum erunt, & ponatur in Statutis Comunis Bon., & Populi, quod abſolvi, intelligi, diſpenſari, interpretari aliquo modo, ſeu cauſa non poſſit, nec debeat per Statutum, ſeu Reformationem, que ex nunc fieret; nec per Populum Bonon. neque per Capit., Anzianos, & Conſules, neque per Poteſtatem Conſilium Comunis Bon., & Pop. neque per Dominum Papam, ſeu eius Legatos. Et hec omnia precipimus inviolabiliter obſervari a dictis partibus ſub pena, & in pena, que in compromiſſo facto continetur.

Actum in Palatio veteri Comunis Bon. in Conſcilio ſpeciali, & generali Comunis Bon. ad ſonum utriuſque campane more ſolito congregato, in preſentia dicti D. Gaudini Procuratoris, & D. Nicholay Sindici Comunis Bon. ad laudum, & ſententiam audiendam. In quo quidem Conſcilio D. Nicholaus Sindicus nomine dicti Comunis juravit ſuper animabus Conſcilii, & Comunis Bonon. Pot. & Capit. Anzianos, & Conſules, et Dominus Gaudinus ſuo nomine juravit ſuper animam ſuam, et omnium illorum, quorum Procurator eſt, omnia, et ſingula attendere, et ſervare inviolabiliter, ut ſupra laudatum, et pronunciatum eſt per dictos Pot., et Capit.

Preſentibus Domino Petrizolo Ramixini, Johanne de Mutina etc.

Ego Ubertinus quondam Lambertini Jacobi de Piſtore Imperiali auctoritate Notarius dictis omnibus compromiſſis, et ſententiis interfui etc.

GG

Part. I. Pag. 167. Lit. c.

Ex Arch. Pub. Bon.
In Memorialib. Communibus. Memor. Zacharelli quond. Guidottini de Banzis pag. 222.

Die Jovis primo Junii. D. Paganinus de Pizo Procurator Domini Guidonis de Suzaria Doctoris Legum, promiſit D. Nathali Raynerii, & D. Liberio Canonico Mantano (*forte* Mantuano) Rectoribus Scolarium Civit. Bon., quod dictus D. Guido veniet ad Civit. Bonon. infra quindecim dies poſt feſtum Beati Michaelis, & leget Digeſtum novum extra ordinarium, & complebit librum, & hoc pro precio trecentarum libr. bon. promiſſarum predicto Preceptori per Scolares Bon., & hoc ſub pena trecentarum libr. bonon. cum omnibus pactis, conditionibus, Inſtru-

ſtrumento Mathei . . . . . Not. hodie facto.

In ſtatione Domini Ardicionis preſentibus D. Alberto de Picigotis, D. Gerardo Figalozo; D. Ubaldo . . . . . & Luca, & Nicolao D. Virgilii teſtibus; & inſuper D. Rodaldus de Lamondinis, & D. Petrus condam D. Coradini, precibus, & mandato dicti Procuratoris, & D. Galaocti de Lambertinis, promiſerunt ſe facturos, & curaturos, quod dictus D. Guido ſervabit, et faciet predicta ſub pena trecentarum libr. bonon., et dictus D. Galaoctus promiſit predictos D. Rodulfum, et Petrum indempnes conſervare; et dictus Procurator procuratorio nomine dicti D. Guidonis, dictum Dom. Galeoctum indempnem conſervare a dicta promiſſione, et obligatione, ex inſtrumento dicti Mathei . . . . Not. facto dicta die, loco, et preſentibus dictis teſtibus, ut ſicut predicti venerunt, et ſcribi fecerunt.

H H

Part. I. Pag. 171. Lit. d.

Ex Archivo Publico Bononiæ.
In Membrana Veteri.

IN nomine D. N. J. Chriſti. Anno a Nativitate eiuſdem mill. ducenteſimo nonageſimo, die Sabbati octavo menſis Octubris. Indictione quarta. In Palatio Novo Comunis Mediolani, in preſentia Dominorum Leonardi Longi de Viridono Porte Uceline, & Priore Antianorum Populi Med., & Zanni de Birizago Juriſperiti; & Alberti de Oſenago Porte Rom., qui ſunt de Anzianis Populi Med., & Guaſparri Selle Porte Ticin. omnium Civit. Mediolani teſtium rogat., & vocat. Dominus Bernardinus de Pollenta Pot. Med., & Dn. Johannes de Pergoſinis ejus Judex, & Aſſeſſor, preceperunt mihi Manfredo de Somagia Notar. infraſc. Civit. Med., ut deberem autenticare, & inſinuare, & in pub., & aut. formam redigere infraſcriptam ſententiam, & infraſcripta omnia; ita ut perpetuo valeant . . . . . tenor cujus ſententie, & quorum omnium talis eſt.

In nomine Domini. Super petitione, cujus tenor talis eſt. In nomine Domini. Coram vobis Guitto Advocato honorabili Pot. M., Dominis Napaleone, & Franciſco de la Turre Comitibus Venaſrii, & Sapientibus, & Conſilio Mediol. proponit querimonioſe Guilielmus de Fuſterla Civis veſter, qualiter ipſo exiſtente Poteſtate Civitatum Bononie, & Ymole ſimul, & regimen ipſum debite, & fideliter exercente, ſicut per menſes proxime elapſos geſſerat, terrarum illarum Cives, ortis ſeditionibus inteſtinis, ſibi regimen ipſum nequiter turbaverunt, impedierunt furioſe, & de eo ipſum violenter, & vituperabiliter ejecerunt; ac detento ſibi ſalario ſuo, quod erat librarum tria milia centum quinquaginta a Comuni Bonon., & libre quingente a Comuni Ymole monete Bononienſis, de quo tantum jam a Comuni Bonon. libr. mille quinquaginta, & a Comuni Ymole libr. trecentum triginta tres, & ſoldos ſex, & den. octo receperat; ac leſis, & vulneratis equis ſuis per Cives illos in bellis, ad que dividenda, & ſedanda miſerat: de quo ad reſtitutionem librarum triginta quinque tenentur eidem; ac preſtito per Anzianos, ſive Miniſtros Populi Bonon. juramento coram Dn. Anſelmo de Alzate, & ipſo ordinante de ſalvando ipſo Domino Guilielmo, ac rebus ſuis, ac eum cum rebus ſuis ſecure conducendo uſque ad Civitatem Regii, ipſo juramento neglecto Cives ipſi interpoſito, & preſumptuoſe contra Deum, & juſtitiam, & meritum irruentes, eum lectis, veſtibus, utenſilibus, vaſis argenteis, equis, armis, pecunia, & rebus innumerabilibus crudeliſſime ſpoliarunt. In qua ſpoliatione abſtulerunt ſibi res inferius denotatas. Poſtque oportuit ipſum Guilielmum equos, & res plurimas mendicare, & ad propria cum laboribus, & expenſis plurimis obbrobrioſe remeare. Et cum Comunia Terrarum illarum, ſeu Comune, & Homines Bonon. pro ſe, & dicto Comuni Ymole, quibus Comuni, & Hominibus Bonon. ſubeſt Comune Ymole per vos, & Ambaxiatores veſtros amicabiliter requiſita fuerint ſuper iis providere, & reſtitutionem, & emendationem debitam facere procurarent; ipſi obſtinatis animis, & contemptis precibus veſtris ea facere tirannice denegarunt. Quare memoratus Guilielmus ad Dei juſtitiam, & veſtrum ſubſidium humiliter declinans, a vobis ſuppliciter requirit, ut eidem Guilielmo Civi veſtro ſuper tantis damnis, obrobriis, & injuriis, compaſſionis animum exhibentes, & tam iniqua, & horribilia, & inhumana ſcelera patienter ſuſtinere non valentes, ſaltim ſibi concedere ſolemniter velitis, ut ubicumque de perſonis, & rebus Civitatum illarum, et diſtrictuum earum invenire poterit, capiat, et detineat ſua auctoritate, et cum nuntio, et ſine nuntio Comunis uſque ad ſatisfactionem dicti ſalarii ſui, et extimationis leſionis equorum ſuorum, et rerum ablatarum eidem, et familie ſue, ſeu extimationum, et redemptionis earum, et damnorum, et intereſſe, et uſurarum, et expenſis preteriti temporis, et futuri, ſicut inferius eſt notatum, ac uſque ad ſatisfactionem decem milium librarum monete Mediol., in quibus injurias ſuas propter res amiſſas extimat, et damna ſua. Et qui quidem Dn. Guillielmus mutuo accepit libras octocentum Bonon. pro redimendis quibuſdam ex rebus ſuis a Dn. Alberto Cazanimico ad computum denar. trium pro libra in menſe pro parte. Res vero ſunt iſte:

In primis brachia octuaginta de ſtamforte pro veſtibus militum valentia lib. ſexaginta bonon. Item unum copertorium de utmegio, et blavere liſtatum fodratum de zanetis val. lib. ſexaginta. Item unum mataratium de ſamito val. lib. quinquaginta. Item culcitra una de zendato utitegio val. lib. ſexaginta. Item copertorium unum de ſcarlata, et murato liſtatum, fodratum de vario val. lib. centum viginti octo. Item duo paria robarum pro Domicellis de griſello, et viride brachiorum viginti quinque val. lib. viginti ſex, et ſold. quinque. Item duo capital. unum de ſamito, et unum de gaſu val. lib. octo. Item una ſarza rubea val. lib. duodecim. Item due bragonere complete, et

una

una falda perlameris, et unum collare ferri, et una te...., et una cropara val. lib. ſexaginta. Item una falda perlameris, et due gambere val. lib. duodecim. Item tres coppe cum pede argenteo ſuperaurate, et una cum pede, et coſgio argenteo ſuperaurato. Item quatuordecim coppe plane argentee, et viginti ſex coclearii val. libr. quatuorcentum. Que omnia derobata fuerunt per Dn. Albertum Cazanimicum in Civitate Bonon., et que redempta ſunt per Dn. Guill. pro libris octocentum bonon., ſive per Ambaxatores Comunis Mediol. pro ipſo Dn. Guilielmo, qui iverunt in Civitate Bonon. pro predictis. Item pancere due, que derobate fuerunt, et vel amiſſe in Civitate Bonon., vel diſtrictu val. lib. decem. Item ſella una de palafreno val. lib. quatuor.

Hec eſt memoria rerum Dn. Guill. de Puſterla amiſſarum in Civit., et diſtrictu Civit. Ymole. In primis palafrenus unus ferrandus cum ſella dorata, et freno val. lib. ſeptuaginta. Item ſcutus unus, et capellinus unus ferri dorati val. lib. quatuor. Item maronum unum, et tapedum, et baſtum unum. Bolze due val. lib. undecim. Item mula una de ſommio val. lib. quinquaginta. Item lib. centumquinqnaginta bonon., que erant de parte feudi Dn. Guill. Civitatis Ymole. Item deficiebat de ipſo feudo ad ſolveodum tertia pars ipſius feudi, que aſcendit lib. centum ſexaginta ſex, et ſol. tredecim, et denar. quatuor bonon. Item toalie quinque, et mare due val. lib. ſexdecim. Item bragonere due complete val. lib. decem. Item bandere due val. lib. decem. Item ſopraveſtes due pro Domicellis de armis ipſius Dn. Guill. val. lib. quinque.

Infraſcripte res derobate fuerunt in Civitate, ſive diſtrictu Ymole de Guidoni de Pazo ſotio ſuo, que res erant ſupraſcripti D. Guill. de Puſterla. In primis pallafrenus unus albus cum ſella, & freno val. lib. quinquaginta. Item cavallus unus ſorus maltengius de ſommio val. lib. quadraginta. Item baſtus unus val. lib. quatuor. Item maronus unus, & tapetus unus val. lib. ſex. Item capitonus unus val. lib. tres. Item quanti duo val. ſol. quadraginta. Item capellus unus ferri doratus val. ſol. quadraginta. Item ſcutus unus doratus val. lib. quatuor.

Conſilium dominorum Ubertini de Niguarda, & Guidonis Stamphei Juriſperitorum, qui viderunt predictam petitionem, & tenorem literarum directarum predicto D. Guill. ex parte nobilium virorum Dominorum Guidetti de Pontecarali tunc Poteſtate Bonon., & Ymole, & Jacobi Amoroti Lanzavegne Capit. Populi & Anzianorum, & Coſs., & Conſilii, & Comunis Bonon. in quibus continetur, ſicut elegerunt ipſum D. Guil. in Rectorem ſuum uſque ad annum unum, & rogarunt eundem, ut acceptaret electionem eandem predictam; & quod pro ſuo ſalario pro ſe & ſua familia, ſcilicet quatuor judicibus, & duobus militibus, & ſex Notariis habere deberet libras tria milia bonon. Et ſicut facere tenebatur regimen Civitatis Ymole tenendo ad ipſum unum ſuum Vicarium, unum Judicem, & unum Notarium; & quod habere debebat ultra feudum Poteſtarie Bonon. libras quinque centum bonon. Et ſicut debebat ſecum habere unum bonum hominem, qui ſciret ſcribere, & legere pro faciendis purgari viis, & ſtratis, & plateis, pro quo homine ultra predictum ſalarium habere debebat libras quinquaginta bonon. Et ſicut debebat ducere prudentem virum, qui debebat ſtare ad Caſtrum de Coſelino pro colligendo pedagio, & quod debebat habere pro ſuo ſalario libras centum bonon. pro toto anno. Et quod viderunt inſtrumentum, in quo continetur, ſicut ipſe D. Guilielmus ipſum regimen acceptavit, et recepit, et quod viderunt formam ambaxarie injuncte per D. Poteſtatem M., et per Dominos Napaleonem de la Turre Anzianum perpetuum Populi M. et Franciſcum Germanos Comites Venafrii ſapientes, et conſcilium M. Dominis Girardo de Caſtiliono, Anſelmo de Alzate, Alcherio de Concorezio; et Oldoni de Pirago Ambaxatoribus tunc ituris, et qui iverunt ad Civitatem Bonon. ad petitionem dicti D. Guil., que continet, quod deberent rogare, et inducere Poteſtates univerſos, et ſingulos Bonon., et Ymole, quod deberent ſatisfactionem, et ſolutionem ſalarii, et rerum ablatarum facere eidem D. Guilielmo, et reſtitutionem pignorum, et reſtitutionem cautionum, et ſatisfactionem damnorum, et injuriarum. Alioquin Comune M. provideret dicto D. Guil. contra eos. Et quod viderunt denuntiationes factas per predictos Ambaxatores Vicario Conſcilio, et Comuni Bonon. ſuo nomine, et Comunis Ymole ex parte predictorum Poteſtatis, et Comunis M., et Dominorum Napaleonis, et Franciſchi ad petitionem dicti Dom. Guil. ſuper ſolutionibus, ſatisfactionibus, et reſtitutionibus faciendis eidem D. Guil. de predictis comminando, quod niſi facerent Comune M., et dicti Domini de la Turre tot et tantas injurias, et damna tolerare, non valentes ſtuderent in predictis omnibus dicto D. Guil., prout poterunt, providere; de quibus denuntiationibus extat Inſtrumentum factum MCCLXXIIII. primo die menſis Julii per Guifredum Caniollum Not., et quod viderunt teſtes ab eo D. Guillielmo productos, et audiverunt allegationes ipſius D. Guil., et deliberationem habuerunt diligentem ſuper predictis; et conſideraverunt, quod Comune, et Homines Ymole ſubſunt Comuni, et Hominibus Bonon. Et quod denuntiatio facta Comuni, et Hominibus Bon. tantundem preſtat, vel quaſi ac ſi facta eſſet Hominibus Ymole; et quod ipſe D. Guil. ſecum duxit, et tenuit ſex Judices, ſcilicet D. Albertum de Derenzago Legum Doctorem, Guidonem Nadinum, Grimaldum Anzimondi, Jacobum de Suexina, Franciſcum de Sexto, et Gaſparrum de Garbagniate, et quatuor Milites de magnis, et nobilibus, et diſcretis Mediolani, tale eſt. Videlicet, quod detur Sacramentum dicto D. Guil., ut juret ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacta, quod ipſe D. Guil. ivit ad ipſum regimen ſive regimina predictarum Civitatum Bonon., et Ymole bene, et honorifice, et decenter cum Judicibus, Militibus, et Notariis, Berueriis, Domicellis, Scutiferis, ut debebat ſecundum formam literarum, ei preſentatarum de dicto regimine, ſeu regiminibus; et etiam ſecum habuit plus unum judicem, et unum

Mili-

Digitized by Google

Militem, quam debebat, et quod ſtetit in dicto regimine, et ipſum regimen ipſarum Civitatum fecit per menſem unum, duos, tres, quatuor, et etiam circa quinque; et quod ortis contentionibus, et ſeditionibus inter partes de Zeremiis, et Lambertaciis de Bonon., et ipſis partibus inſimul preliantibus miſit de Militibus ſuis Notariis, et Berrueriis, Domicellis, et Scutiferis ad dividendum dicta bella, et diſcordias pluries; et quod Homines predicte Civitatis Bonon. erant ei, et eis inobedientes; et quod in ejus obprobrium, et contumeliam, et injuriam percuſſerunt, et vulneraverunt plures de Militibus, Berrueriis, Notariis, Domicellis, et aliis de familia ipſius Dn. Guil., et plures equos dicti D. Guil. non obtemperantes, nec obedientes eiſdem; et quod ſenſit damnum per vulnerationem dictorum equorum ſuorum in quantitate librarum trigintaquinque; et quod exiſtentibus predictis diſcordiis Comune, et Homines Civit. Bonon. recuſabant attendere, et obſervare precepta ipſius D. Guil. preliando eum ad domum, et apponendo ſcalas ad muros, volentes intrare ipſam domum, et eum capere, et exclamantes: Moriatur, moriatur: et etiam volentes ponere ignem, et accendere portam habitationis dicti D. Guil. tunc Poteſtatis; et quod dictum Comune, et Homines Bonon., ipſo D. Guil. exiſtente in dicto regimine, contra voluntatem ipſius D. Guil. apprehenderunt Palatium, et turres Comunis Bonon., & maxime populus Bonon., & pars de Gereminis; et quod acceperunt baliſtas dicti Comunis ſua auctoritate, que erant ſuper Palatio; & quod intantum turbaverunt regimen ejus, & ipſum impediverunt, quod non potuit, vel non poterat exercere dictum regimen; & quod dixerunt ipſi Dom. Guil., quod nolebant, quod regeret, niſi ad voluntatem partis de Gereminis, alioquin abſtineret de dicto regimine; & quod pars de Lambertaciis expulſa fuit de Civitate Bonon. per partem de Gereminis; & quod pars de Gereminis elegit alterum Poteſtatem, videlicet Dn. Rolandum Putagium ipſo D. Guil. exiſtente in Civitate Bonon.; & quod propter predicta ipſe D. Guil. neceſſe habuit diſcedere, & diſceſſit ab ipſo regimine; & quod etiam ipſo D. Guil. exiſtente in hoſpitio, in quo ſolebat exercere regimen ſuum, ante quam iret ad Dumum Fratrum Minorum per quatuor dies, vel tres, elegerunt illi de parte de Gereminis quatuor homines de parte de Gereminis ad faciendum, & qui faciebant regimen illius Civitatis; et quod ille D. Guilielmus diſceſſit a Domo Comunis Bonon., & ivit ad Domum Fratrum Minorum cum equis, & armis ſuis, relictis tamen in ea Domo pro majori parte aliis rebus ſuis, & ceteris cuſtodibus de familia ſua; et quod Dom. Albertus Cazainimicis cum quibuſdam hominibus armatis ivit ad ipſam Domum Fratrum Minorum, & minatus fuit, quod ipſum interficeret, & ſpoliaret ipſum D. Guil. omnibus ſuis bonis, que habebat in ipſa Civitate, & in ipſa Domo, niſi haberet libras octocentum, de quibus eum condempnaverat; et quod impoſuit cuidam ſuo filio naturali, quod iret pro maxima quantitate hominum armatorum occaxione offendendi dictum D. Guil., & robandi, & auferendi omnia que habebat; & quod etiam dictus D. Albertus Cazainimicus ſemper habebat cuſtodes ad dictam Domum Fratrum Minorum, & ad Domum, ubi conſueverat habitare ad hoc, ne aliquid poſſet removeri, & exportari; & quod timore mortis, & ne offenderetur, & ſpoliaretur per ipſum D. Albertum, & illos, qui ſecum erant, Guardianus dicte Domus, & Frater Guido Prior Hoſpitalis Cruciferorum M. contulerunt, & dederunt dicto D. Alberto coppas argenti ipſius D. Guil., que valebant lib. trecentum, & brachia octoginta ſtamfortis pro veſtibus militum ſuorum val. libras ſexaginta bonon., & copertorium unum de urmegio, & blaveto liſtatum fodratum de zanetis val. libras ſexaginta, & mataraſium unum de ſamito val. libras quinquaginta circiter, cultram unam de zendato uſinegio val. lib. LX. circiter, copertorium unum de ſcarleto, & moreto foderatum de varis val. lib. centumtriginta octo, duo paria robarum pro domicellis de grixello, & de viride brachiorum vigintiquinque val. lib. ſedecim, & ſol. quinque, duo capital. unum de ſamito, & aliud de gaxia val. libr. octo circ., unam ſarzam rubeam val. lib. duodecim circ., duas bragoneras completas, & unam ſaldam perlameris, & unum collare ferri, & unam teſteram, & unam eroperam val. lib. LX. circ. Item unam aliam ſaldam perlameris, & duas gamberas val. lib. XII. circ.; & quod dictus D. Albertus fecit conduci, & portari dictas res, & argenta ad Dumum habitationis ſue; & quod predicte res redempte fuerunt per ipſum D. Guil., ſeu per predictos Ambaxatores nomine ipſius D. Guil. libris octocentum Bonon.; & quod ipſe D. Guil. eaſdem mutuo accepit ſub uſuris ad computum denar. trium pro libra in menſe; & quod derobate, & accepte fuerunt dicto D. Guil., ſeu familie ſue in Civitate, vel diſtrictu Bonon. due pancere ipſius D. Guil. val. libr. decem circ., & ſella una de pallafreno val. lib. quatuor circ., & quod derubate, & ablate fuerunt ipſi D. Guil., ſive D. Bariano de Puſterla Socio, & Vicario ſuo in Civit. Ymole infradicte res ipſius D. Guil. in diſtrictu Civitatis Ymole prope Villam de Muzeta per homines Civitatis Ymole, & Bonon., & earum diſtrictus, quanto ipſe Vicarius, & D. Guido de Pazo ejus miles veniebant de Civitate Ymole ad propria. Res autem ſunt ipſe, videlicet pallafrenus unus ferrandus cum ſella dorata, & freno val. lib. ſeptuaginta circ., ſcutus unus, & capellus unus ferri doratus val. lib. quatuor, miallonum unum, & tapedum, & baltum, & bulze due val. lib. undecim, mula una de ſumerio val. lib. quinquaginta. Item libre centum quinquaginta bonon. in pecunia numerata. Item toalie quinque, & mantiles quinque, & malle due val. lib. ſedecim, bragonere due complete val. lib. decem circ., bandere due val. lib. decem circ., ſupraveſtes due pro domicellis de armis ipſius Dn. Guil. val. lib. quinque circ. Et ſimiliter tunc accepte, & robate fuerunt dicto Dn. Guidoni de Pazo he res, videlicet ipſius D. Guil., videlicet pallafrenus unus albus cum ſella, & freno val. lib. quinquaginta circ., equus unus ſorus maltengus

de

de Somerlo val. lib. quadraginta circ., baſtum unum val. lib. quatuor circ., maronum unum, & tapedus unus val. lib. ſex, capironus unus ferri val. lib. tres circ., guanti duo ferri val. ſold. quadraginta circ., capellus unus ferri doratus val. ſol. quadraginta circ., ſcutus unus doratus val. lib. quatuor circ., Et qui prediĉti equi, & res amiſſe valebant ſecundum quod ſuperius continetur; et quod de feudo ſuo non habuit a Comuni Bonon. ultra libr. mille quinquaginta bonon., et a Comuni Ymole ultra libr. tercentum triginta tres, et ſol. ſex, et den. octo; et quod expendidit uſque ad libras vigintitres circ., et quod nolet predictas iniurias paſſum fuiſſe pro predictis lib. decem milibus. Quo ſacramento preſtito, dicunt, et conſulunt, quod per Poteſtatem, et Comune, et Conſilium Mediolani concorditer eidem Dn. Guilielmo ubicumque de perſonis, et rebus predictarum Civitatum Bonon., et Ymole, et diſtrictuum earum, et cuilibet earum poterit invenire, poſſit capere, et detinere ſua auctoritate, et cum nuntio, et ſine nuntio Comunis uſque ad ſatisfactionem reſidui dicti ſalarii, quod reſiduum eſt, quod a Comuni Bonon. recipere debebat libr. duomilia centum bonon., et reſiduum, quod recipere debebat a Comuni Ymole eſt lib. centum ſexaginta ſex, et ſol. tredecim, et den. quatuor bon., et uſque ad ſatisfactionem, et reſtitutionem predictarum lib. triginta quinque pro damno equorum ſuorum vulneratorum, et uſque ad ſatisfactionem predictarum libr. octocentum bonon., et uſurarum preteriti temporis, et futuri ad computum ſoldorum trium pro libra in anno; quas dedit, ſeu dare fecit pro dicto Dn. Alberto Cazainimico pro recuperatione, et redemptione predictarum Cupparum argenti, et ociariorum, (*ſic*) et rerum, quas habuit dictus Dn. Albertus, ut ſuperius tactum eſt; et uſque ad ſatisfactionem predictarum duarum Pancerarum robatarum in Civitate Bonon., vel diſtrictu etc. etc., et uſque ad ſatisfactionem librarum decem milium monete Mediol. pro menda injuriarum ſuarum; et uſque ad ſatisfactionem lib. viginti trium tertiolorum pro expenſis nunc factis, quid in ſcriptis petitionibus, et capitulis, et teſtibus, et in conſciliatam, et ſcriptam hujus queſtionis, et conſcilii; et uſque ad ſatisfactionem damnorum, et intereſſe, et expenſarum futuri temporis omnium prediĉtorum. Salvo, ſi de minori quantitate iurare voluerit, quod quatenus minus iuraverit, conceſſio predicta minorificetur.

Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, die Sabbati, quarto Auguſti. D. Julianus Quinterius Judex, & Vicarius dicti D. Poteſtatis Mediol. pronuntiavit propter ejus abſentiam, ſecundum quod ſuperius continetur, & ſcriptum eſt.

Actum in Palatio magno Comunis M. preſentibus &c. Petro Epirono, & Benacorto Pagriano, & Arderico a Villano, & Girardo Guartamaco, & Bertravo de Oſenago, & pluribus aliis &c.

Ibique incontinenti coram ipſis Vicario, & teſtibus predictus D. Guil. preſtitit, & fecit prediĉtum Sacramentum, ſeu Sacramenta in omnibus, & per omnia; excepto quod minorificavit, & detraxit lib. centumquinquaginta tertiolorum de extimationibus prediĉtarum rerum.

Ego Ubertus de Arviavo Notarius, & Scriba camere Palatii Comunis Mediol. ſcripſi.

II

Part. I. Pag. 174. Lit. c.

Ex Archivo Sanĉti Dominici Bononiæ.

IN Chriſti nomine. Amen. Anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono. Indiĉt. XII. die vigeſimo ſecundo menſis Februarii. Dn. Albertus Legum Doĉtor qnd. Dn. Odofredi Legum Doĉtoris per gratiam Jeſu Chriſti ſanus mente, & corpore timens futurum judicium mortis, nolens decedere inteſtatus, per preſens nuncupativum ſine ſcriptis teſtamentum, in ſecreto tamen ſecundum infraſcriptam formam condidit in hunc modum, & diĉtum ſuum teſtamentum iuſſit, & voluit deponi, & conſervari in Sacriſtia Fratrum Predicatorum de Bononia. Juxta iuris conſcilium habeat unuſquiſque licentiam teſtandi, & diſponendi de rebus ſuis precipue, & ad pias cauſas, & non ſint caſſa iudicia, ſet liber ſit ſtillus, & licitum, quod iterum non reddit arbitrium. In primis quidem reliquid de bonis ſuis iure legati D. Rugerio de Marmagnone, vel ſuis heredibus decem libr. bonon.

Item reliquid iure Legati D. Alfonſo Griſie Yſpano, vel ſuis heredibus quindecim libr. bonon., & ſi non invenirentur prediĉtus, vel heredes eorum, voluit prediĉtas quantitates pecunie pauperibus Chriſti erogari arbitrio fideicommiſſariorum prediĉti D. Alberti.

Item reliquid iure Legati Dñ. Barbato de Machalone, qui eſt de Terra Laboris in Regno...... Capoe per duodecim, vel quindecim milliaria, decem Florenos auri.

Item reliquid iure Legati pro anima D. Johannis de Giuncio Canonici quondam de Lodio, qui fuit ſepultus ad Domum Fratrum Minorum de Bononia ſeptem libr. & decem ſold. bonon.

Item reliquid...... qui moratur cum ipſo D. Alberto alimenta omni tempore vite ipſius Dompni Petri, que eidem debentur preſtari in domo ſua ab heredibus ipſius Teſtatoris, videlicet comedendo, & bibendo ad tabulam heredum ipſius D. Alberti, & inſuper reliquid eidem Dompno Petro pro veſtimentis, & calciamentis ipſius omni anno decem libr. bonon., donec ſteterit cum heredibus ipſius Teſtatoris, dandas, preſtandas, & ſolvendas eidem in feſto Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti.

Item reliquid D. Clare Uxori ſue filie qu. D. Fulchi de Pacibus dotem ſuam, ſcilicet mille ducente libr. bonon., de quibus mille ducente libris prediĉtus Dñ. Albertus habuit nongentas ſexaginta libr. bonon., & cum fuerit tactum Inſtrumentum Dotale, vult, quod ipſa Domina Clara habeat ſolidas, & in totum mille ducentas libr. bonon.; ſet ſi non fieret Inſtrumentum Dotale, vult, quod ipſa habeat tantum nongentas ſexaginta libr. bonon.

Digitized by Google

non. Inſuper reliquid eidem Domine omnes veſtes ſuas, tam de ſcarleto, quam de viridi, & de cendato, & etiam ſcrineum ſuum, quod deportavit in domo ipſius Dn. Alberti, & caſſam novam, ubi retinet pannos ſuos, & zonas ſuas de argento, que ſunt due, & omnes anulos ſuos, quas ipſa habet, ſive cum quibus fuit deſponſata, & etiam reliquid eidem Domine omnes alias ſuas veſtes, quas ipſa habet, vel ipſa habebit tempore mortis ipſius D. Alberti. Et omnes predictas res eidem Domine legat, ſi que eſtabunt tempore mortis ipſius D. Alberti. Item reliquid eidem omnem mobiliam, quam ipſa fecit poſtquam nupta fuit predicto D. Alberto, & etiam quam faciet uſque ad mortem ipſius D. Alberti. Item reliqnid eidem Domine lectum ſuum, in quo ipſe iacet, ſcilicet duas culcitras, & duos capizales, & cultram, & omnia linteamina ad uſum ipſius lecti, & omnes origlerios. Item reliquid, iuſſit, & voluit eam eſſe Dominam & uſufructuariam in domo ipſius D. Alberti, donec morari voluerit in domo ipſius D. Alberti. Si autem in domo dicti D. Alberti morari non vellet, tunc & in eo caſu eidem Domine reliquid uſum fructum totius poderis ſui, quod habet in Burgo, ſive Curia Burgi Panigalis ſcilicet ..... myne que eſt quinquaginta tres tornaturas & dimidiam partem alterius tornature de ſubtus, & de ſuper ſunt vie publice, a ſero poſſident Pavanenſes & unius predii, quod eſt undecim tornaturas, & a mane, & de ſubtus ſunt vie publice, & unius caſamenti affictatum pro quatuor libris bonon. duabus paribus Caponum, & unius petie terre puſticy vineate, que eſt decem, & novem tornaturie, & dimidia tornatura, de ſuper poſſidet Johannes Petri Sichi, de ſubtus Dom. Martinellus de Guattavillanis, a ſero via publica. Et uſum fructum dictarum Poſſeſſionum eidem Domine reliquid in eum caſum, donec vitam vidualem, caſtam, & honeſtam ſervare voluerit, & non convolaverit ad ſecunda vota, ſive nuptias. Si autem convolaret ad ſecunda vota, ſive nuptias, omnia alia Legata ſupradicta rerum mobilium eidem reliquid. Et inſuper de ſuo centum libr. bonon. Set ei uſumfructum dictarum Poſſeſſionum adymit.

Item reliquid iure inſtitutionis Benedicto filio ſuo, & Johanni filii Benedicti, & omnibus filiis naſcituris ex ipſo Benedicto ex preſenti matrimonio, vel futuro naſcantur filii, vivo ipſo Dn. Alberto, vel poſt mortem ipſius Domini Alberti domum ſuam, quam habet in curia S. Ambroſii, que fuit Domini Honeſti, & heredum eius, ſcilicet Odofredi, & Ricbardini. Confines cujus domus ſunt, a ſero curia S. Ambroſii, de ſuper, & de ſuptus vie publice, a mane poſſidet heredes Ugolini Noti. Item reliquid etiam iure inſtitutionis predictis Benedicto, & Johanni, & aliis filiis naſcituris ex dicto Benedicto domum eum tumba, quam habet in curia Vetrane, ſive ſint caſamenta, ſive ſint brayne, ſive ſint cluſure, ſive ſint terre aratorie, ſive prative. Item reliquid iure inſtitutionis predictis omnes libros, quos ipſe Dn. Albertus dedit eidem Benedicto, ſcilicet unum Digeſtum vetus de litera antiqua, & unum Codicem, & unum Infortiatum, & unam Inſtitutam cum Lombarda. Item reliquid dicto Benedicto, et Johanni lectum, quod habet dictus Benedictus, et omnes veſtes, quas habet Domina Bona uxor ſua, et omnes pannos laneos, et lineos, et zonam ſuam de argento, et omnes anulos dicte Domine Pone, et omnia ſuppelectilia, et utenſilia, quibus utitur ipſe Benedictus, ſive predicta uxor ſua, et etiam totam chamaram dicti Benedicti, et uxoris ſue predicte. Et rogat dictum Benedictum, et Johannem, quod curent, et faciant heredes ipſius teſtatoris liberari ab obligatione trecentarum libr. dotis, in quibus eſt ipſe teſtator obligatus pro dote Domine Bone uxoris dicti Benedicti, et matris dicti Johannis, quam confeſſus fecit ſe recipiſſe a Domino Ugolino de Montumbrario, ſive a Domino Lombardo ſuo filio, vel a quocumque alio, cui ipſe teſtator teneretur ad dotem reſtituendam de iure. Quod ſi non fecerint, et curaverint heredes predicti teſtatoris liberari ab obligatione dicte dotis trecentarum libr. bonon., tunc, et eo caſu legatum predicte domus, que eſt in curia S. Ambroſii, que fuit Domini Honeſti, vult non deberi, et predictum legatum iis adimit.

Item precipit, mandat, et rogat Johannem filium Benedicti, et alios filios dicti Benedicti naſcituros, ut ſi decedat, vel decedant poſt mortem Benedicti ſine liberis, vel ſine fratribus conſanguineis, quod debeat, vel debeant reſtituere heredibus ipſius Domini Alberti quidquid ad eum, vel ad eos perveniſſet, vel perveniſſent de predictis bonis relictis predicto Benedicto, et ipſi Johanni, et aliis naſcituris ex dicto Benedicto.

Item reliquid iure inſtitutionis Luzie filie ſue quingentas libr. bonon. quam morari, ali, & nutriri iuſſit, & voluit penes D. Claram Uxorem ſuam, donec perveneriт ad pubertatem, & nupſerit, & tunc fiat de conſenſu D. Franciſci, et Benedicti, & ſi dicta Luzia decederet in pupillari etate, ei ſubſtituit heredes ſuos natos, vel naſcituros, quos in Teſtamento ſuo ſibi heredes inſtituit, vel ſi dicta Luzia decederet poſt pupillarem etatem quandocumque ſine liberis eidem Luzie per dictos ſuos heredes ſubſtituit. Et eum rogat ex cauſa fideicomiſſi quod reſtituat predictis ſuis heredibus predictas quingentas Libras bonon.

Item precipit, & voluit quod infra ſex menſes dicte quingente libre a die mortis ipſius Teſtatoris dentur, & ſolvantur Tutoribus dicte Luzie, que pecunia deponatur ad tabulam D. Gardini de Pegolotis, ut de licito lucro dicte pecunie ipſa alatur, & cum nupſerit dicte quingente libre dentur in Dote pro ea. Tutores autem dicte Luzie ejus filie eſſe voluit Bonaventuram de Paganellis de Argellata, & me Andream Petrizoli Albertini de Badalo Notarium.

Item reliquid iure Legati Bonaventure de Argellata de Paganellis centum libr. bonon. Item reliquid iure Legati mihi Andree Petrizoli Albertini de Badalo Notar. infraſcripto quinqueg. libr. bonon. Item reliquid iure Legati Conventui Fratrum Predicatorum de Bonon. quingentas libr. bonon., & vult, & mandat quod de predictis quingentis libris bo-

non.

non. fiat una truna deſuper, & ſupra voltas altare S. Iacobi, & S. Laurentii in Eccleſia S. Dominici, & ibi fiant duo altaria unum ad honorem Beati Mathey Apoſtoli, & alterum ad honorem Beate Katheline, & ibi perpetuo celebrentur Miſſe pro anima ſua, & patris D. Odofredi, & matris ſue, & filie, & omnium ſuorum aliorum mortuorum.

Item reliquid iure Legati Conventui Fratrum Minorum de Bonon. quingentas libr. bonon., & mandat quod de dictis quingentis lib. bonon. debeant fieri in Eccleſia Fratrum Minorum iuxta Altare S. Clare tria Altaria, primum Altare ad honorem Beati Petri Apoſtoli, ſecundum Altare ad honorem B. Pauli Apoſtoli, tercium Altare ad honorem Beati Johannis Evangeliſte, & ibi perpetuo celebrentur Miſſe pro anima ſua, & patris ſui D. Odofredi, & matris ſue, & filie, & omnium aliorum ſuorum mortuorum.

Item reliquid pro paramentis Altariorum predicto Conventui Fratrum Predicatorum centum libr. bonon., & Conventui Fratrum Minorum pro paramentis dictorum Altariorum alias centum libr. bonon. Et ſi dicti Fratres Predicatores, vel Fratres Minores dicta Altaria, & opera ſupradicta facere recuſarent, tunc & eo caſu facere recuſantibus ſupradicta tunc adimit, & caſſat in totum predicta legata, & precipit, & mandat, quod dicta opera, & Altaria debeant fieri intra annum a die mortis ipſius Domini Alberti.

Item precipit & mandat quod heredes ſui non debeant moleſtare, inquietare Benedictum, Johannem, & Luziam de Legatis ciſdem relictis aliqua ratione, vel cauſa de jure, vel de facto; & ſi predictos moleſtarent, vel inquietarent, vel alterum eorum aliqua ratione, vel cauſa, tunc & eo caſu privat eos hereditate, & ad eum, qui non moleſtaret, vel inquietaret predictos in predictis Legatis vult in totum hereditatem pertinere, & ad eam hereditatem devenire. Et ſi omnes heredes predicti Domini Alberti inquietarent, vel moleſtarent predictos in predictis Legatis, vel alterum eorum, tunc & eo caſu vult hereditatem ſuam pervenire ad Hoſpitale S. Johannis Zeroſolomitani, & ad Domum Templariorum Zeroſolomitan., & eo caſu dictum Hoſpitale, & Domum Templariorum ſibi heredes inſtituit, & heredes ſibi inſtitutos in dicto ſuo Teſtamento privat a dicta ſua hereditate, & illam hereditatem transfert ad predictum Hoſpitale, & Domum Templariorum jure inſtitutionis.

Item reliquid Egidio de Ugiano ſeptuaginta libr. bonon.

Item mandavit & voluit quod dentur ducente libr. bonon. uno militi, qui vadat, cum fiet tranſitus generalis ultra mare, in ſubſidium Terre Sancte ex Indulgentia Papali ad ſtandum per unum annum pro anima ipſius Domini Alberti.

Item precipit & mandat, quod omnia, que non apparerent ſoluta ex teſtamento Domini Odofredi Patris ſui, quod ſecundum formam dicti Teſtamenti ſolvantur.

Item precipit & mandavit quod in die ſepulture ſue molantur quinquaginta corbes frumenti, & fiant Panes cocti, & cuilibet pauperi detur unus Panis; & ſi dicti Panes non ſufficerent, quod detur cuilibet pauperi unus denarius.

Item reliquid Fratribus Predicatoribus, et Fratribus Minoribus de Bononia quolibet anno de meliori, et pulchriori Frumento, quod colligetur in poſſeſſionibus ipſius D. Alberti pro oblatis, et Corpore Chriſti faciendo, quantum eſt neceſſarium predictis Fratribus Predicatoribus, et Minoribus, et omnibus aliis Conventibus Fratrum de Bononia, & Comitatu, & aliorum omnium presbiterorum de Civitate & Comitatu Bonon. Et ipſi Fratres Predicatores, & Minores teneantur dare oblata, ſive oblaticias pro Corpore Chriſti ſacrificando omnibus Fratribus, & Presbiteris de Civitate, & Comitatu Bonon.

Item reliquid Conventui Fratrum Predicatorum de Bononia quolibet anno quindecim corbes vini de albana de meliori, quod colligitur de vineis ipſius D. Alberti de Caſtenaſe pro Corpore Chriſti ſacrificando.

Item reliquid Fratribus Minoribus de Bonon. quolibet anno decem corbes vini de albana, quod colligitur de eadem vinea de meliori.

Item reliquid Conventui Fratrum Heremitanorum Ordinis Sancti Jacobi ſtrate Sancti Donati de Bonon. quinque corbes vini de albana de meliori quolibet anno pro Corpore Chriſti ſacrificando.

Item reliquid Conventui Fratrum de Carmine de Bonon. quatuor corbes vini quolibet anno pro Sacrificio faciendo de eodem vino, & vinea.

Item reliquid Conventui Fratrum Servorum de Sancta Maria de Bononia quolibet anno tres corbes vini de eadem vinea pro Sacrificio faciendo.

Item reliquid Conventui Fratrum Predicatorum de Bonon. quolibet anno quindecim libr. bonon. pro mille Miſſis dicendis quolibet anno pro anima ipſius Domini Alberti.

Item reliquid Conventui Fratrum Minorum de Bonon. quolibet anno ſeptem libr., & decem ſold. bonon. pro quingentis Miſſis cantandis parvis pro anima ipſius Domini Alberti quolibet anno.

Item reliquid Conventui Fratrum Heremitanorum S. Jacobi ſtrate S. Donati de Bononia quolibet anno quinque libr. bonon. pro trecentis, & triginta quatuor Miſſis cantandis parvis pro anima ipſius Domini Alberti pro quolibet anno.

Item reliquid Conventui Fratrum de Carmine de Civit. Bonon. quolibet anno triginta ſoldos bonon. pro centum Miſſis cantandis parvis pro anima ipſius D. Alberti.

Item reliquid Conventui Fratrum Servorum Sancte Marie de Bonon. triginta ſoldos bonon. quolibet anno pro centum Miſſis cantandis parvis pro anima ipſius D. Alberti.

Item reliquid pro anima D. Odofredi patris ſui, et Domine Juliane matris ſue, & fratris Richardini ſui fratris, et Nichole filie ſue, et ſororis Lazarine ſororis ſue, et Domine Azoline quondam uxoris ſue pro Miſſis parvis cantandis, ſcilicet pro trecentis triginta quatuor Miſſis cantandis quolibet anno Fratribus Predicatoribus de Bonon., centum ſoldos bonon. Fratribus Minoribus pro trecentis triginta quatuor Miſſis parvis cantandis,

dis, reliquid quolibet anno centum ſoldos bonon. quolibet anno. Fratribus Heremitanis Civitat. Bonon. pro ducentis Miſſis parvis cantandis reliquid quinquaginta ſoldos bonon. quolibet anno. Fratribus de Carmine de Bonon. pro centum Miſſis cantandis parvis reliquit vigintiquinque ſold. Et predicta legata pro Miſſis dicendis tam pro anima ipſius Domini Alberti, quam pro anima patris, & matris, & aliorum ſuorum mortuorum, que relicta Conventibus Religioſorum ſupraſcriptorum voluit, & precepit, quod debeant ſolvi de penſionibus quolibet anno domorum ſuarum, que habet juxta Curiam Comunis Bononie, & habent Becharii ab eo ad penſionem; & mandat etiam, & voluit, quod Pecharii quolibet anno illam quantitatem pecunie, quam reliquid Conventibus ſupradictis pro Miſſis dicendis, non debeant ſolvere heredibus ſois, ſed debeant ſolvere perpetuo ſine temporis prefinitione quolibet anno in Kalend. Februarii Procuratoribus Fratrum Predicatorum, & Minorum, qui ſunt, vel pro tempore erunt, quos ſuos facit Commiſſarios tantum circa predicta Legata ſolvenda, & exequenda, dans & concedens predictis Procuratoribus liberam licentiam, & poteſtatem petendi, & exigendi a Becharis tam pecunie quantitatem, qoantum ſufficit ad dicta Legata ſolvenda. Reliqua pars penſionis ſolvatur heredibus ſuis.

Item reliquid Domine Clare libras ducentas bonon. ultra centum libras bonon., quas ſupra ei reliquid.

Item reliquid iure inſtitutionis Franciſce nepti ſue, filie quondam D. Nichole filie ſue decem libr. bonon.

Item Saraceno nepoti ſuo, filio predicte D. Nichole filie ſue, jure inſtitutionis reliquid viginti ſoldos bonon.

Item rogat heredes ſuos, ut Vandino cui dicitur Dinus, filio Gasdiole, qui moratur in domo cum ipſo D. Alberto, ut debeant eidem dare quolibet anno, uſquequo habuerit vigintiquinque annos, pro alimentis octo corbes frumenti, octo corbes vini, & decem libr. bonon. in pecunia pro veſtimentis, & ſchalceamentis, & habitatione ipſius Vandini.

Item Paulo filio D. Franciſci filii ſui prelegavit omnes libros ſuos legales, ſcilicet Digeſtum vetus, quod eſt in duobus voluminibus cum Apparatu D. Accurſii, Infortiatum, quod eſt in tribus voluminibus, ſcilicet Infortiatum in duobus voluminibus, & tres partes in alio volumine, & omnes cum Apparatu D. Accurſii. Item Digeſtum Novum, quod eſt in duobus voluminibus cum Apparatu D. Accurſii. Item Inſtitutam, & tres libros Codicis, qui ſunt in uno volumine. Item Summam Azonis. Item Lecturam Codicis. Item Lecturam Digeſti Veteris, Lecturam Infortiati, que Lecture nuncupantur Lecture D. Odofredi. Et hoc ſi ipſe Paulus voluerit proficiſci in Jure Civili. Sed ſi ipſe Paulus noluerit proficiſci in Jure Civili, & aliam vitam elegerit, tunc & eo caſu privat eum dicto legato librorum, & voluit dictos libros remanere penes heredes ſuos. Et precepit & mandavit predictos libros non alienari, quia eos voluit permanere in familia ſua; Sed ſi aliquis liberorum ipſius teſtatoris proficiſcatur in Iure Civili, ille liberorum habeat libros, qui primo pervenerit ad doctoratus honorem in Jure Civili.

Item precipit & mandat dictus D. Albertus, quod domus, quas habet dictus Teſtator in Curia S. Ambroſii, & in Platea majori, & domus, que fuerunt Guidonis Zenzaraſonis, & heredum dicti Guidonis, & nunc ſunt ipſius D. Alberti, & domus quas habet ipſe D. Albertus juxta Curiam Comunis Bonon. a latere ſero Curie, & ſunt ibi Becharie, et alie domus, que ſunt juxta Becharias ex parte inferiori, que ſunt ipſius D. Alberti, et totum podere ſuum de Caſtenaxe, ſcilicet motam, et turrim, et alie domus, et omnes vinee ſue, et omnia puſticia vinearum, et etiam omne id, quod habet in Curia Caſtenaxe, ſive ſit terra aratoria, ſive prativa, et palatium cum omnibus donibus, quas habet in Curia Varegnane, ſive in loco, ubi dicitur Villa Franca, ſive Blanchaſarina, ſive Bellovidere, cum toto terreno, et terretorio, quo conſuevit dici Lectus de Quaterna, et cum toto alio terreno cum terretorio, quod extenditur uſque ad rivum Roſſolo, quod totum terrenum eſt in Curia Varegnane juxta nemus Comunis Varegnane, et juxta locum, ubi dicitur Bandita, et juxta terrenum, ubi dicitur Sablonaria, Heredes predicti D. Alberti non poſſint vendere, alienare modo aliquo, vel ingenio in totum, vel in parte in extraneas perſonas, ideo quia dictus teſtator voluit, quod dicte domus, ſive ſint in Civitate, ſive in rure, et dicte vinee, et terre arratorie, et prative debeant ſemper, et perpetuo ſine temporis prefinitione inter filios ſuos maſculos, ſive liberos maſculos permanere; nec voluit quod de ſuis deſcendentibus maſculis predicte res debeant exire, et ſi aliquis filiorum dictorum ſuorum, vel liberorum, vel deſcendentium partem ſuam de dictis rebus alienaret, vel ſine maſculis liberis decederet, mandat et voluit partem illius alienantis, vel ſine liberis maſculis decedentis debeat ad alios non alienantes pervenire.

Commiſſarios autem ſuos, et hujus teſtamenti executores eſſe voluit D. Claram uxorem ſuam, et Priorem Fratrum Predicatorum de Bonon., et Guardianum Fr. Minorum de Bononia, qui ſunt, vel pro tempore erunt, et Bonaventuram de Paganellis de Argellata, et me Andream Petrizoli Albertini de Badalo Not. dans et concedens dictis ſuis Commiſſariis plenam poteſtatem cum libera amminiſtratione, et ſpeciale mandatum dandi, alienandi de bonis ipſius teſtatoris, exceptis rebus, quas ſupra prohibuit alienari, de quibus voluerint uſque ad integram ſatisfactionem omnium et ſingulorum, que continentur in teſtamento ipſius D. Alberti ſine aliqua contradictione heredum ſuorum, vel cujuſcumque alterius perſone. Et ſi predictis Commiſſariis contradiceretur per heredem, vel heredes ſuos quominus predicta explicarentur, et effectui mandarentur, tunc et eo caſu contravenientem, ſive venientes privat eum, vel eos, et quemlibet eorum a ſua portione hereditatis predicte, et de bonis ipſius teſtatoris non poſſint habere ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel alio quocumque modo, vel cauſa. Et portio vero prohibentis perveniat pleno iure ad non prohibentem. Et ſi omnes

pro-

prohiberent, tunc voluit quod deveniat ad Hoſpitale Sancti Johannis Zeroſolomitani, et ad dictam Domum Templariorum.

Sepulturam vero ſuam ſibi elegit apud Eccleſiam Fr. Minorum de Bonon., & in tumulo, ſeu ſepultura quondam patris ſui D. Odofredi ſepelliri voluit, et mandavit. Tutores autem Nicholai filii ſui, et Johanne filie ſue, et aliorum filiorum vel filiarum, ſi ſibi naſcentur, eſſe voluit D. Claram uxorem ſuam, ſi erit legitime etatis vigintiquinque annorum tempore mortis ipſius D. Alberti, vel ſi non eſſet legitime etatis, eo tempore voluit, quod ipſa ſit tutrix cum pervenerit ad legitimam etatem vigintiquinque annorum, ſi eo tempore non convolaſſet ad ſecundas nuptias. Item dicto Nicholao, et dicte Johanne, et aliis filiis, ſive filiabus ſibi naſciturit ſuos eſſe voluit tutores D. Bonaventuram de Paganellis de Argellata, et me Andream Petrizoli Albertini de Badalo Notarii.

Item voluit juſſit et mandavit quod Nicholaus filius ſuus, & Johanna filia ſua, & alii filii, qui ei naſcentur ex Domina Clara, debeant morari, ali, & nutriri penes D. Claram donec pervenerit, ſive pervenerint ad pubertatem, & ſint, ſive fuerint in pupillari etate. Et hoc ſi dicta D. Clara non convolaverit ad ſecunda vota, nunc & eo caſu debeat, ſive debeant morari, ali, & nutriri apud eum quem ipſa D. Clara elegerit, dumodo tamen in Domo vitrici, ſcilicet mariti D. Clare, vel conjuncti ipſi marito non moretur, ſive morentur.

Item precipit & mandat dictis Tutoribus, ſcilicet Bonaventure, & mihi Andree, quod dicte D. Clare de penſionibus domorum frumenti & bladi debeant redere rationem quolibet anno in feſto Beati Petri menſis Junii. Et de vino & redditibus vini, ſcilicet quantum fuerit perceptum in vindemiis de vino, & quantum Corb. vini fuerint vendita ſimiliter debeant reddere rationem in feſto S. Michaelis menſis Septembris, & etiam de predictis, & omnibus aliis redditibus quolibet anno tempore congruo debeant reddere rationem prefate D. Clare. Et quod ſupererit alimentis Nicholai pupilli, ſive pupillorum debeat converti in emptionem prediorum prout melius, & utilius videbitur convenire ipſi Domine Clare, & dictis Tutoribus.

Item reliquit jure inſtitutionis Johanne ejus filie podere ſuum, & omnes poſſeſſiones, quas habet ad Sablonariam, et emit a D. Enrico de Mezzovillanis, et a Filio comuniter cum Domino Jacobo de Urſis, et rogat predictam Johannam filiam ſuam, quod ſi heredes ſui dederint, et ſolverint dicte Johanne mille libr. bonon. teneatur dicta Johanna reſtituere dictum podere, et dictas poſſeſſiones heredibus ſuis univerſis, et juſſit et voluit, quod fructus illius anni, quando facta fuerit dicta ſolutio mille librarum bonon. habeat ipſa Johanna.

Item reliquit jure inſtitutionis cuilibet filie ſibi naſciture mille libr. bonon. Item ſi Johanna filia ſua vel poſtuma, vel aliqua poſtumarum decedat, vel decedant in pupillari etate ſine fratre, vel fratribus conſanguineis, et uterinis una alteris ſit heres. In omnibus autem aliis ſuis bonis mobilibus, et immobilibus, juribus et actionibus preſentibus, et futuris D. Franciſcum filium ſuum, Petrum, Paulum, Odofredum, et Rainerium, et omnes filios legitimos, et naturales naſcituros ex dicto D. Franciſco ex preſenti matrimonio, vel futuro ſibi heredes inſtituit pro una dimidia. Item Nicholaum filium ſuum pupillum natum ex D. Clara in alia dimidia ſibi heredem inſtituit. Item ſi ei naſcatur, vel naſcantur filius, vel filii maſculi, unus vel plures, eum, vel eos ſibi heredem inſtituit quemlibet pro virili, ita quod D. Franciſcus cum filiis habeant unam virilem tantum, Nicholaus aliam virilem, et quilibet qui naſcantur habeat ſuam virilem. Item ſi Nicholaus filius ſuus decedat in pupillari etate, quod Deus advertat, alium, vel alios ſibi naſcituros voluit dicto Nicholao eſſe heredes. Et ſi aliquis filiorum, qui naſcerentur, decederet in pupillari etate, Nicholaus, et alii filii naſcituri morienti, et decedenti ſint heredes. Et hanc ſuam ultimam voluntatem aſſeruit eſſe velle, quam valere voluit, et tenere jure teſtamenti. Quod ſi jure teſtamenti non valeret, ſaltem valere voluit jure Codicillorum, vel omni alio &c. non obſtante eo quod ſi appareret, ſe dixiſſe in aliqua ſua ultima voluntate, in teſtamento, ſive codicillo, ſive codicillis, quod ipſe non faceret, quod non valeret, vel non valerent, et etiam ſi aliqua alia verba derogatoria poſuiſſet in aliqua ſua ultima voluntate hinc retro facta, que preſenti teſtamento, ſeu ultime voluntati in aliquo derogaret, vel obviare poſſet in totum, vel in parte illa verba derogatoria ſpecialiter revocat, et penitet ſe dixiſſe, et proinde habeatur ac ſi illa verba derogatoria fuiſſent ſpecialiter hic ſcripta, et ſpecialiter, et expreſſim revocata. Actum in Capella Infirmorum Fratrum Predicatorum de Bonon. preſentibus Fr. Manfredo de Donaria, Fr. Landulfo Bonon. Fr. Petro Tridentino, Fr. Petro Vincentino, Fr. Dominico de S. Ambroſio, Fr. Aymerico Placentino Lectore Bonon. Fr. Heraſmo Mediolanenſi, Fr. Jacobo Regino, et Fr. Dominico Bonon. Sacriſta, omnibus de Ordine Fr. Predicatorum, et Dompno Petro presbitero de Tortona, qui aſſeruit cognoſcere dictum D. Albertum teſtatorem ſane mentis, Teſtibus a dicto Teſtatore rogatis, et vocatis.

Et ego Andreas ſive Andreolus Petrizoli Albertini de Badalo Imp. auct. Not. his omnibus interfui, et rogatus a dicto Teſtatore ſcripſi, et publicavi, et ipſum cognovi ſane mentis.

KK

Part. I. Pag. 180. Num. XI.

Ex Rymer Tom. II. pag. 180.

UNiverſis Chriſti fidelibus, hoc preſens ſcriptum viſur. & auditur. Franciſcus Accurſii de Bonon. Doctor Legum, ſalutem in Domino.

Noverit Univerſitas veſtra quod, cum Sereniſſimus Princeps, & Dominus meus Kariſſimus Dominus Edwardus Dei gratia, Rex Anglie illuſtris, pro ſervitio meo ſibi hacte-

mus impenſo, & impoſterum inpendendo, dederit mihi quadringentas Marcas Sterlingorum pre manibus, & ulterius conceſſerit mihi quadraginta Marcas ſingulis annis ad totam vitam meam. Ego, pro tanta curialitate mihi impenſa, feci fidelitatem eidem Domino meo Regi, & ſacramentum corporale preſtiti, quod omnibus diebus vite mee ero ei fidelis, & omnia conſilia, & ſecreta ſua, michi revelata, & revelanda, fideliter celabo; & quotieſcumque, & quantumcumque ſervitio meo indiguerit in partibus tranſmarinis, & per ipſum, vel ex parte ſua ſuper hoc fuero premunitus, circa ea fideliter & diligenter laborabo toto poſſe omnibus ſumptibus, & expenſis Domini Regis, & omnimoda indempnitate mihi ſervata; & nichilominus ſatisfaciet michi integre de feudo predicto; ita quod nichil mihi inde decidet occaſione ſumptuum predictorum.

Et, ad omnia, & ſingula premiſſa facienda, obligo me, & omnia mea, mobilia, & immobilia, ubicumque fuerint conſtituta.

In cujus rei teſtimonium huic ſcripto appoſui ſigillum meum.

Dat. apud Lindhurſt primo die Octobris, anno Domini milleſimo ducenteſſimo octogeſimo primo.

L L

Part. I. Pag. 181. *Lit.* b.

Ex Archiv. Publ.
In Memor. Commun. Memor. Domini Ægidii Bartholomei Gilii de Argellata
14. *Februarii* 1287.

DOminus Franciſcus Legum Doctor filius quond. Domini Accurſii Leg. Doctoris pro tribus partibus, & Dn. Martinus qnd. Domini Bologniti Merolite pro quarta parte infraſcriptarum Domorum, & Turris, quam emit, & ex permutatione accepit a Curſino filio dicti Domini Accurſii jure proprio, & in perpetuum aſſerens infraſcriptas res a ſe pertinere jure directi dominii, dederunt, & vendiderunt, & tradiderunt Domino Cumino de Sardellis Not., Syndico, & Procuratore gentis, & Univerſitatis Geremienſium Civitatis Bonon. ex inſtrumento Syndicatus ſcripto manu Jacobucci de Bagno Not. quandam domum, & turrim cum dicta domo conſtructam poſit. in Civit. Bonon. ſuper Platea Comunis in parochia S. Tecle, quarum eſſe tales dixerunt, & convenerunt confines, a latere anteriori, ſeu parte, vel plaga orientali eſt Platea Civit. Bonon., & via publica Platee Majoris; a latere vero inferiori, ſeu plaga Aquilonali ſunt domus, & turris filiorum quondam Domini Novi Raynerii, a meridie vero, ſeu latere ſuperiori eſt via publica, qua itur in Portam Novam, ſeu que dicitur Porta Nova; a parte vero poſteriori, ſeu occidentali poſſidet Eccleſia S. Tecle de Porta Nova, ſive ſunt quedam domus dicte Eccleſie cum ſolo, & hedificiis omnibus, & cum omnibus, & ſingulis, que inter predictos continentur confines, vel alios ſi qui fuerint veriores, & cum omnibus, & ſingulis, que ipſi domui, & turri intra, vel extra..... perpetui uſus cauſe habentur, & que eis coererent, vel coerere deberent, & quarum debet de jure ad emptoris comodum pervenire, & que habent ſupra, vel infra, ſeu intra ſe in integrum, & cum omni jure, & actione, &.................... pro pretio quarum, & nomine pretii dicti venditores domus, & rerum predictarum dictus Procurator, & Syndicus Procuratorio nomine dicte partis Jeremienſium, & Univerſitatis ejus, & de pecunia dicte Univerſitatis, et Partis dedit, et ſolvit coram Notario infraſcripto, et teſtibus infraſcriptis tria millia, et ſeptem centenaria monete bonon., ſive tot bononinos groſſos, qui ad uſum, et veram Ta. Bon. de utriuſque partis conſenſu valent quantitatem predictam, prout dictus Dn. Franciſcus, et Dn. Marcutius venditores pecuniam ipſam illud et in preſenti recipientes a Procuratore predicto confeſſi, et contenti fuerunt, atque aſſeruerunt pecuniam ipſam tantam eſſe, ut dictum eſt, et eam ſibi in veritate datam, et numeratam eſſe a Procuratore predicto, exceptioni eis non dati, non ſoluti, et non numerati pretii, ſeu quantitatis predicte omnino renuntiantes. Volentes autem ipſi venditores dictatum rerum venditarum in ipſum emptorem nomine dicte partis poſſeſſionem transferre, conſtituerunt ſe res predictas venditas ejus, et partis predicte nomine poſſidere, ut ex nunc ſua auctoritate rerum poſſeſſionem quandocumque libuerit, appreendat. Quam quidem poſſeſſiooem pacti fuerunt, et convenerunt omnino vacuam eſſe,...... venditores ſupradicti promiſerunt per ſe, et ſuos heredes dicto Domino Vanuccio Procuratori Partis Jermenſium ſupradictorum Procuratorio nomine dicte Partis ſtipulan., et recipien., quod in perpetuum de dictis rebus, vel aliqua, ſeu parte ipſarum litem, vel controverſiam, injuriam, vel moleſtiam de jure, vel de facto in judicio, ſive extra dicte parti, vel dicto Procuratori non inferre, nec inferrenti conſentire, ſed ipſas res tam in proprietate, quam in poſſeſſione dicto Procuratori, et Parti contra omnem perſonam, et univerſitatem legitime deffendere, auctorizare, convenientes, et obligantes ſe de evictione tetum predictarum,....... et convenerunt, quod nulli alteri actenus de dictis rebus venditis, aut aliqua earum fecerunt venditionem, donationem, aut alicuius alterius actus, vel contractus, vel donationem in fraudem preſentis alienationis, et contractus, vel per quam dicto Emptori, et Parti preiudicium aliquod generare, vel generari poſſit, et ſi apparuerit aliquo tempore contrafacere, et ex hoc dictus Emptor, et Pars, vel eorum heredes, vel ſucceſſores dampnum aliquod paterentur, conſervabunt ipſos, et eorum heredes, et ſucceſſores eorum indempnes. Inſuper precibus, et mandatis dicti Domini Marcucii ſe principalem conſtituens promiſit eidem Domino Cumino recipienti, ut dictum eſt, predictam partem Domus, et Turris predicte ab ipſo Martino venditori ipſi Procuratori, et Parti legitime defendere, et autorizare, et ſe facturum, et curaturum omni exceptione remota, quod dictus Martinus predi-

ctam

Digitized by Google

etiam venditionem a ſe factam, et omnia, et ſingula ſupra ſcripta perpetuo firma, et rata habebit, et tenebit, et non contraveniet de iure, vel de facto. Ex Inſtrumento Domini Yvani de Bonteugli Notar. heri facto in Scholis Fratrum Predicatorum, preſentibus Fratre Coracdo de Miſoliis, Fr. Brandano de Saliceto de Ord. Predic. alumno, et Magiſtro Rolandino Paſſagerio, Domino Rambertino de Salicetis, Domino Petro Domini Salitti de Aliottis, Domino Guidone de Sanctogeorgio, Domino Marcueio de Sardellis, Domino Baldo...... de Piſtorio, Domino Giberto Guidolini Not., Domino Juliano de Sardellis Not. Domino Vincentio filio quond. Domini Jacobini........ et Domino Sante de Alborii Sachacii teſtibus ad hec rogatis, et vocatis; et ſic dixerunt, et ſcribi fecerunt etc.

MM

Part. I. Pag. 181. Num. XV.

Ex Archivo Sancti Franciſci Bononiæ lib. II. num. 74.

IN nomine Domini Jeſu Chriſti. Amen. Anno eiuſdem milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio Indict. ſexta, die ultima menſis Madii. Cum D. Franciſchus Legum Doctor filius qnood. Domini Acurxii Legum Doctoris, qui nunc moratur Bononie in Capella S. Mami ſuum, ut dixit in ſcritis, condiderit teſtamentum, quod depoſitum eſt apud Sacriſtiam Fr. Predic. S. Dominici de Bononia, in quo infra cetera, que in ipſo teſtamento continentur dixit contineri in hunc modum.

Item relinquo pro anima mea mille libr. bonon. diſtribuendas per Religioſum virum Fratrem Petrum de Trento Ordinis Fratr. Predicatorum de Bononia, et per D. Julianum D. Cambii Graciadey de Strata Sancti Vitalis, qoos in dicto ſuo Teſtamento ſuos elegit, et ſtatuit Comiſſarios, ſecundum quod in quadam cedula ſigillata ſigillo meo per me, et eis tradita, vel tradeuda continetur, vel continebatur, vel equipolentia. Item dixit contineri in dicto Teſtamento infraſcriptum Legatum in hunc modum.

Item relinquo trecentas libras bonon. de avere meo pro male quetitis incertis, ſecundum quod continetur, vel continebitur in cedula data, ſeu danda predictis Fratri Petro, et Domino Juliano ſigillata ſigillo meo, vel equipolentia. Preterea dixit contineri in dicto ſuu Teſtamento in hunc modum.

Item Bartholomeo meo Nepoti, et heredi, tutorem, et adminiſtratorem omnium bonorum meorum relinquo D. Julianum D. Cambii Graciadey de Strata S. Vitalis. Sed quoniam uſque ad exitum vite recedere licet a cuiuſque lege ultime voluntatis, et etiam diſpoſita declarare, et propter conditionum, et rerum ſucceſſus varios oporteat eum remittere conſilium; Idcirco idem D. Franciſcus infirmus corpore, ſanus tamen ſenſu, et mente preſentes poſt ipſum Teſtamentum ſuos diſpoſuit Codicillos in hunc modum, in quibus quedam per eum diſpoſita declaravit, et quedam alia adidit. Primo quidem dictum legatum mille libr. bonon. in dicta eius ultima voluntate conſcriptum, non obſtante eo quod dixit in dicto ſuo teſtamento, quod deberent diſtribui ſecundum quod in quadam cedula ſigillata ſigillo ejus, et tradita, ſeu tradenda predictis Fratri Petro, et D. Juliano prout in dicto Legato continetur, quod verbum, quod dixerat de cedula predicta, quod deberent diſtribui ſecundum quod in dicta cedula continetur, vel continebitur, expreſſe revocavit per preſentes codicillos, et declarare volens formam ſolvendi dictas mille libr. bonon. pro ejus anima in dicto ſuo teſtamento relictas, et quibus, et per quas partes declaravit, et diſpoſuit ſolvi in hunc modum.

In primis quidem voluit, et mandavit ſolvi, et dari debere pro anima ſua de dictis mille libr. bonon. filiis Gandulfi de Scarechaglaymi ſui famuli decem libr. bonon. dandis eiſdem in duobus annis in frumento. Item filiis Paparonis viginti libr. bonon. quas ſolvi voluit eiſdem in duobus annis in frumento, et vino. Item Uxori Cavalcantis viginti libr. bonon. quas ſolvi voluit eidem in duobus annis in frumento, et vino. Item D. Lambertine nutrici olim Caſtellani ſui filii octo libr. bonon. compenſando id, quod Uxor olim ipſius D. Franciſchi eidem reliquid. Item Petro Ferranti decem libr. bonon., quas eum habere voluit in frumento, et vino. Item Hoſpitali Beate Marie de Senis vigintiquinque libr. bonon. Item Hoſpitali S. Gali de Florentia decem libr. bonon. Item Hoſpitali ſtanti in Alpibus de Florentia viginti ſoldos bonon. Item Hoſpitali ſtanti in Alpibus Montis Sancti Bernardi decem libr. bonon. Item Hoſpitali Domusdei, qui eſt Parixius iuſta Domum noſtre Domine decem libr. bonon. Item Hoſpitali S. Anthonij de Vienna poſito in Burgundia quinquagiota libr. bonon. Item Hoſpitali poſito in Anglia ultra Cantuariam in Villa, que vocatur Oſpizi quinque libr. bonon. Item Hoſpirali poſito in Anglia in Londoniis, quaſi in introitu Civitatis quando venitur de Francia, et itur in Anglia quinque libr. bonon. Item Hoſpitali, ſive Domus, que vocatur Sanctus Thomax de Aeri poſit. in Anglia in civitate Londoniis in contrata que dicitur Guazapa quinquaginta libr. bonon. Item Hoſpitali poſito........ de Alamania verſus Lombardiam in Monte S. Gutardi quadraginta ſoldos bonon. Item Malgarite nutrici Bartholomei ſui nepotis, ultra ſalarium quod habere debet, ſex libr. bonon. Item Dom. Ghiſiline Uxori quondam D. Bonacurxii quinque libr. bonon. Item Richildine ſervienti dicte D. Ghiſiline quadraginta ſoldos bonon. Item D. Pelegrine filie..... Rainery, vel ejus filie nundum nupte cum nubet vel religionem, ſeu Monaſterium intrabit viginti libr. bonon. Item Fratribus, et Conventui Fratrum de Servis Sancte Marie comorantium Bononie pro laborerio domus viginti libr. bonon. Item voluit, et mandavit, quod omni anno uſque ad quadriennium induantur centum pauperes, ſcilicet vigintiquinque pro quolibet Quarterio, expendendo, et dando in veſtibus cujuslibet pauperis viginti ſoldos bonon. Item domui Miſerorum de Mutina quadraginta ſold. bonon. Item

pro

Digitized by Google

pro Anniverſario ſuo faciendo Fratribus Minoribus de Bononia viginti quinque libr. bonon., in quibus computetur panis, & vinum de ſuo dando. Item carceratis de Camara ſuperiori, & de Turri ſubtus Comunis Bononie uſque ad decem annos omni anno ſolvendo particulariter omni anno decem Corbes frumenti in pane, & decem vini. Item infraſcriptis Fratribus Ordinis Predicatorum de Bononia, videlicet Fratri Bertholdo de Fer. Priori dictorum Fratrum Predicatorum de Bononia, Fratri Simoni de Fracta Subpriori, Fratri Paggino Pergamenſi, Fratri Bonifacio lectori Bonon., Fratri Prendiparti Bonon., Fratri Petro de Trento, Fratri Ghabrieli Regnis, Fratri Johanni Faventino, & Fratri Johanni Rocbo cuilibet eorum unam capam eſtimationis & pretii qualibet trium librar. Item dixit, rogavit, & voluit, quod Fratres Predicatores, & Conventus ipſorum honorent eum in die ſepulture ipſius, relinquens eiſdem Fratribus, & Conventui pro Miſſis canendis pro anima ſua vigintiquinque libr. bonon. Item Fratribus, & Conventui Fratr. Minorum de Richardina centum libr. bonon. pro tribus trunis faciendis dicta Eccleſia Fratrum Minorum de Richardina, ſcilicet unam ad honorem Beate Marie, & aliam ad honorem Beati Franciſchi, & aliam ad honorem Beati Jacobi, & pro uno Altari ſuperiori faciendo in arteribus in dicta Eccleſia, ubi cantetur Miſſa, & celebretur divinum Officium ad honorem Beati Dominici, reſiduum voluit exſpendi in uno Chalice, qui ſervire debeat Altari Beate Marie de Richardina, quando dicta Truna erit completa, que fieri debet. Item Legatum trecentarum librar. bonon., quas relinquerat, ſolvi de avere ſuo pro male queſitis incertis, expendendas ſecundum quod continebatur, vel debebat contineri in cedula data, ſeu danda dictis Fratri Petro, & Domino Juliano, & ſigillata ſigillo ipſius dictam cedulam; & formam reſtituendi ſervari, quod in ipſa cedula continetur preſentibus Codicillis, quod dixerat de dicta cedula, & forma reſtituendi, ſecundum quod in cedula continetur, revocavit, & ademit, & declaravit formam reſtituendi dictas trecentas libr. bonon., & quibus debeant ſolvi, & per quas partes dicte trecente libre bonon. per dictos ſuos Comiſſarios pro animabus aliorum, quorum intereſt, vel intereſſet ex licentia, & auctoritate ſibi conceſſa a Venerabili Patre Domino Octaviano Bononie Epiſcopo in hunc modum.

In primis Hoſpitali de Batutis de Bononia pro lectis, & paramentis lectorum decem libr. bonon. Item Hoſpitali de Barbaria de Bononia decem libr. bonon. Item Hoſpitali Sancti Stephani centum ſoldos bonon. Item Hoſpitali Sancti Procholi tres libr. bonon. Item Hoſpitali Sancti Felicis quinque libr. bonon. Item Hoſpitali Sancti Petri decem libr. bonon. Item Hoſpitali Sancti Juliani tres libr. bonon. Item Hoſpitali Sancti Lazari de Bononia pro pannis lineis emendis viginti libr. bonon. Item Huſpitali Cruciferorum quinque libr. bonon. Item Hoſpitali Sancti Guillielmi tres libr. bonon. Item cuilibet Heremitorio Civitatis Bononie, et Burgorum viginti ſoldos bonon. Item Sororibus, & Conventui Sororum Sancte Marie Madalene ſex libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui S. Mattie decem libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui de Sancto Laurentio quinque libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui S. Crucis quinque libr. bonon. Item Sororibus, & & Conventui S. Anne decem libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui S. Auguſtini quinque libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui S. Petri Martiris decem libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui S. Johannis Baptiſte quinque libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui S. Chaterine decem libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui Dominarum de Ponte Majori quinque libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui de Valverde ſex libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui Sancti Guillielmi tres libr. bonon. Item Fratribus, & Conventui de Caſtro Britonum quinque libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui de Miſericordia tres libr. bonon. Item Sororibus, & Conventui de Carpeneta viginti ſolidos bonon. Item Fratribus, & Conventui Fratrum Predicatorum de Bononia vigintiquinque libr. Bonon. Item Fratribus, & Conventui Fratrum Minorum de Bouonia viginti quinque libr. bonon. Item Fratribus, & Conventui Fratrum de Carmello quinque libr. bonon. Item Gerardo Pecorario pro filia ſua cum nubſerit quinque libr. bonon. Item Johanni Sacho de Butrio tres libr. bonon. Item Rolando Speciali quadraginta ſoldos bonon. ſi dixerit in anima ſua, quod habere debeat. Item Sorori Zulitine nepti ſue, que eſt in Monaſterio S. Agnetis, pro una tunica tres libr. bonon. Reſiduum vero quod ſupereſt exſpendi voluit, & mandavit in pauperibus verecundioſis arbitrio dictorum ſuorum comiſſariorum. Item preſentibus Codicillis D. Juliano D. Canibii Gratiadey, quem in dicto ſuo Teſtamento dicto Bartholomeo ſuo nepoti, & heredi tutorem, & adminiſtratorem omnium bonorum ſuorum reliquid, expreſſe remiſit Sacramentum tutele, & inventarii confectionem & abſolvit, & liberavit eum ab omni ratione adminiſtrationis redenda, & henologiſtam eum eſſe voluit, dampnans heredem ſuum predictum ne aliquid ab eo petat, vel exigat, & ne adverſus eum pro dictis actionibus ſuas exerceat actiones; & ſi dictus Bartholomeus ejus nepos, & heres, aut eius heredes occaſione predictorum, vel alicuius eorum, ſive etiam occaſione dicte tutele bene, vel male geſte, omiſſe, vel neglecte, ſive doli, culpe, vel negligentie in aliquo vexares, vel conveniret ipſum tutorem, vel ejus heredes ratione aliqua de predictis, & in aliquo ipſe tutor videretur eidem Bartholomeo teneri ratione aliqua de predictis, illud totum, vel tantumdem de ſuo eidem D. Juliano Tutori iure Legati reliquid. Item D. Julianum reliquid in Tutorem Neptibus ſuis Elene, & Chechole, remittens eidem Sacramentum tutele, & Inventarii confectionem, & abſolvens eum ab omni ratione adminiſtrationis reddenda in omnibus, et per omnia ut ſupra remiſit, abſolvit, et liberavit a tutela dicti ſui nepotis. Item reliquit voluit et mandavit, quod de viginti libr. bonon., quas lucratus fuit de conſiliis Fratrum, fieri debeat Capitulum Fratrum Minorum de Richardina, et

ipſas

Digitized by Google

ipſis expendi in dicto Capitulo tum in feneſtris ferreis, & de ligno, tum in ſedibus, tum pro aliis feneſtris, pro quibus curte marmora, que ſunt ibidem, tum pro pictaris faciendis ibidem. Item reliquid presbitero Sancti Mami quadraginta ſoldos bonon., ex quibus emi debeant duo Duplerii deputandi ad Corpus Chriſti. Item presbitero Eccleſie Sancti Jacobi de Carbonenſibus viginti ſold. bonon. pro uno Duplerio emendo, deputando ad Corpus Chriſti. Item reliquid, voluit, & mandavit reſtitui, dari, & ſolvi de bonis ſuis per dictos ſuos Commiſſarios omnia & ſingula, que ad eum pervenerint ex aliqua inuſta, vel iodebita aquiſitione, vel exactione omnibus & ſingulis perſonis, & Univerſitatibus, a quibus aparuerit ipſum, vel alterum eius nomine habuiſſe, vel percepiſſe. Item reliquid, & voluit, quod de bonis ſuis ematur, & detur ad voluntatem & arbitrium dicti Domini Juliani Alianore ſue filie ſponſe & future Uxoris Franciſchi filii quondam Domini Galaoti de Lambertinis unum lectum corredatum exiſtimationis octuaginta libr. bonon. Item reliquid dicte ſue filie ejus de bonis ſuis veſtes intextas de ſcarleto cum variis, dandas eidem, & emendas per dictum Dominum Julianum cum dictos Franciſcus eius Sponſus erit nubilis, ſcilicet etatis quatuordecim annorum, & contrahet matrimonium cum dicta ſua filia, dum tamen ponantur in dotem dicte ſue filie extimata id quod conſtitere dicte veſtes. Item voluit quod compleantur eidem veſtes, que ſunt inchoate pro ea. Item reliquid Domine Agnexine uxori olim dicti Domini Galaoti unam robam de bruna, que emi & dari debeat eidem Domine arbitrio dicti Domini Juliani exiſtimationis & pretii treginta ſex libr. bonon. Item reliquid dicto Domino Juliano pro labore tutele centum libras bonon. Item reliquid & voluit, quod ſi relicta per eum pro male ablatis queſitis incertis, & pro animabus eorum a quibus que ſint iniuſta non eſſent bene relicta ad utilitatem animarum eorum, quam de illis, quas pro anima ſua reliquid magis pie compenſentur loco predictorum. Item reliquid quod pro animabus Scholarium, a quibus aliquid iniuſte percepit tam Laicorum quam Cleticorum dantium de bonis eorum propriis eidem non ſecundum dictum emantur duo calices valoris quinquaginta libr. bonon., & dentur Fratribus & Conventui Fratrum Minorum de Richardina, unus quorum ſerviat & ſervire debeat altari Beati Jacobi, et alius altari Beati Dominici faciendis in Eccleſia predicta Sancti Franciſchi de Richardina. Item reliquid emi de bonis ſuis unam petiam terre vineate pretii ducentarum libr. booon., ubi videbitur dicto Domino Juliano, que deputetur in perpetuum ad uſum Fratrum Minorum de Richardina, prout melius videbitur dicto Domino Juliano, que vendi, vel alienari non poſſit, et hoc pro animabus dictorum Scholarium. Item voluit et mandavit, quod cum ipſe habuerit in Curia Romana a quodam Clerico, nomen cujus ignorat, octuaginta Florinos aureos pro quodam ſervitio, quod impetravit a Domino Papa pro eo, et predicta pecunia depoſita fuerit in magna tabula illorum de Segis, et poſtea ſoluta fuerit Lando de Societate Amanatorum recipienti pro eo ſtanti in Curia Romana, et quidam Clericus Capelle Regis Anglie cum cognuſcat, quod tuuc erat in dicta Curia, quod inquiri debeat de nomine illius Clerici, qui dedit pecuniam predictam in tabulis Mercatorum, et de nomine Clerici, qui eum cognoſcit in Capella Regis, et quod dicta pecunia detur dicto Clerico Capelle Regis, ut det eam dicto Clerico, qui dedit ipſam pecuniam, vel ipſi Clerico, qui dedit pecuniam, et ſi non inveniretur ille qui dedit dictam pecuniam, voluit, et reliquid dare pro male ablatis queſitis incertis pro anima ſua in vinea emenda pro Fratribus de Richardina ultra quantitatem contentam in dicto legato. Item reliquid, voluit, et mandavit, quod Franciſchus filius quondam Domini Galaoti de Lambertinis predictus a feſto Sancti Michaelis proxime venturi in antea habeat, et habere debeat uſum fructum, et reditus tante poſſeſſionis de podere ipſius Domini Franciſchi poſit. in Terra, et Curia Ulmetule, quod valeat noningentas libr. bonon. pro parte dotis dicte ſue filie Alianore, donec compleverit quatuordecimum annum ſue etatis, et matrimonium fiet inter predictos, et voluit et mandavit, quod completo quatuordecimo anno etatis dicti Franciſchi, et matrimonio contracto inter dictum Franciſchum, et dictam Alianoriam, debere emi unum podere, vel de ſuis dari inſolutum exiſtimatum pretii mille quingentarum libr. bonon., quod debeat remanere pro dote dicte ſue Filie in extimat., ita quod vendi non poſſit, et dicto matrimonio completo, et dicto podere empto ut ſupra dictum eſt, dicta pars poderis de Ulmetula libere redeat ad dictum Bartholomeum ſuum nepotem, et heredem, et quod dictus Franciſchus Domini Galaoti dicto Bartholomeo in predicto caſu debeat relaxare, et teneatur, et hoc debeat fieri arbitrio dicti Domini Juliani. Et ſi matrimonium non compleretur, vel quia nolet predictus Franciſchus, vel morte preventus, vel premoriente dicta Lianoria, omnia predicta redeant ad predictam Lianoriam ſi viveret, alias ſi non viveret ad dictos Bartholomeum, vel ejus heredes. Item D. Gulielmo fratri ſuo reliquid anulum ſuum. Item Dominis Landino, & Jacobo de Amanatis voluit ſatisfieri de laboratura denariorum ſuorum, quos eidem dederant ad eorum arbitrium, & eodem modo illis de Societate Lardorum. Item reliquid dicto D. Juliano unam de poſſeſſionibus ſuis poſit. in Richardina exſtimationis quingentarum libr. bonon., & unam domum de parvulis meliorem poſit. in Cappela Sancti Mami, que debeat actari, ita quod poſſit congrue habitari. Item voluit & mandavit, quod predicta legata incerta primo ſolvantur, que autem certa per eum relicta filiabus ſuis, exceptis his, que ſolvi debent quando paſſadium fiet ultra mare. In ceteris autem in ipſo teſtamento contentis ipſum teſtamentum pleniſſime confirmavit, et hanc ſuam ultimam voluntatem aſſeruit eſſe velle, quam valere voluit iure Codicillorum, vel cujuſcumque alterius ultime voluntatis, et omni modo et iure quibus melius poteſt, et quam melius valere,

lere patere et tenere, et ea ab herede ſuo firmiter et inviolabiliter. Quos Codicillos mandavit et voluit dictus Dominus Franciſchus ſecretos eſſe, et deponi debere in Sacriſtia Fratrum Predicatorum, vel Minorum, et ſigillari Sigillo Conventus dictorum Fratrum, vel alterius ipſorum, ſive Prioris dictorum Fratrum, vel Guardiani, vel alterius ipſorum. Actum Bononie in domo dicti Domini Franciſchi in Capella Sancti Mami, preſentibus Fratre Petro de Trento Sactitano, et Fratre Johanne Rocho Ord. Fratrum Predicatorum de Bonon., aſſerentibus ſe cognoſcere dictum D. Franciſchum, D. Juliano Domini Cambii Graciadey, Fratre Alberto de Cbazi-ptis Ordinis dicturum Fratrum Predicatorum, et Fratre Nicholao D. Bernardi Ordinis dictorum Fratrum, et Fratribus Petro de Cimata, et Aymarco de Rodaldis Fratribus dicti Ordinis teſtibus vocatis, et a dicto Domino Franciſcho rogatis.

Ego Jacobinus fil. quond. Guidolis Franchi Not. Imp. auct. Notarius predictis interfui, et predicta omnia mandato dicti D. Franciſchi rogatus ſcribere publice ſcripſi, et ſubſcripſi, et dictum D. Franciſchum cognovi etc.

NN

Part. I. Pag. 183. Num. XVIII.

Ex Tom. 43. Codic. Diplom. Gymn. Bonon.

NICOLAUS P. P. IV. (a)

Franciſco Juris Civilis Doctori Civi Bononienſi.

Franciſcum Accurſii filium uſuraria olim labe infectum ad bonam nunc frugem reverſum, male parta pauperibus largiri, vel in pios uſus erogare jubet.

GRatum eſt Nobis, et placidum, quod ad illum, qui Te fecit, variiſque dotavit muneribus, eius humiliter ut convenit, recognoſcendo beneficia ſincere devotionis dirigens affectum, que ſua ſunt queris, ac dimittere intendis nocitura, ut ex hoc per conſequens ſaluti proprie efficacius conſulere, iuxta tuum laudabile deſiderium valeas; in quo tanto libentius Tibi adeſſe benigne volumus, quanto circa id dignus es favoris gratia plenioris. In noſtra ſane conſtitutus pretentia retuliſti, quod Tu, et quondam Accurſius Legum Doctor Pater tuus, cuius heres extitis, Scholaribus veſtris, quos Auditores pro tempore habuiſtis, diverſas pecuniarum ſummas mutuo exhibentes ab ipſis, talis pretextu mutui fuiſtis aſſecuti, majores collectas etiam a nonnullis ex pacto, quam alias ab eiſdem conſecuti Scolaribus fuiſſetis, quas collectas majores, etiam cum hoc fiebat mutuum, licet nulla ſuper hoc interveniret pactio, conſequi ſperabatis. Super quo, ac ſuper eo preterea, quia Tu, ac idem Pater pro examinationibus Scolarium, qui licentiandi erant in facultate legali, quandoque munera recepiſtis; Tibi ob iſta conſcientiam habenti, ut aſſeris, remordentem, ncenon et ſaluti anime Patris predicti Apoſtolica ſubveniri providentia ſuppliciter poſtulaſti. Tuis igitur precibus favorabiliter annuentes, preſentium Tibi auctoritate concedimus, ut ea, que per Te, vel ipſum Patrem a Scolaribus illis, qui Clerici exiſtebant de bonis eccleſiaſticis predictis modis obtenta fuiſſe noſcuntur, retinere libere valeas, nec ad illorum reſtitutionem, quam de Apoſtolica poteſtate, qua ipſis preſumus Clericis, totaliter Tibi remittimus, tenearis aliquatenus faciendam; ita tamen quod a Scolaribus Laicis per Te, vel dictum Patrem, dum viveret, taliter habita, et percepta, ſi videlicet iidem ſciri, aut inveniri poterunt, reſtituere procures; alioquin illa in pios uſus alios juxta Confeſſorum tuorum conſilium, et ſue diſpoſitionis arbitrium convertas. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis & remiſſionis infringere, vel etc. Datum apud Urbem veterem ſecundo Kalendas Septembris Pontificatus noſtri Anno Quarto.

OO

Part. I. Pag. 186. Num. IV.

Ex Archiv. Sancti Stephani, nunc Senatus Bonon. lib. XXIV.

IN Chriſti nomine. Amen. Super queſtione, que vertitur inter Venturam Sindicum Monaſterii S. Sthefani, nomine, & vice dicti Monaſterii, & ipſum Monaſterium ex una parte, & Dominum Brandaliſium de Gozadinis ex alia. Dicit enim dictus D. Brandaliſius, quod ipſe eſt in poſſeſſione dictarum petiarum, & poſſeſſione de quibus eſt queſtio & fuiſſe, & ante res ipſas, & fructus hactenus a Petro percepit. Item negat dictum Monaſterium poſſidere; Quare dicit, quod fructus ad Monaſterium non pertinent, & quod ſequeſtrari non debent, ſed ſibi dari, & ex habundanti voluntate vult teneri de dictis fructibus ſalvandis, & cuſtodiendis. Et contra predictus Ventura Sindicus Monaſterii S. Stefani, qui negat dictum Brandaliſium habere aliquam poſſeſſionem in ſupra dictis poſſeſſionibus. Imo dicit Monaſterium poſſidere, & poſſediſſe, & naturaliter pertinere, & pertinuiſſe predictam materiam. Quare dicit fructus Monaſterio tradi debere, cum poſſeſſiones ſint predicti Monaſterii, & ipſum Monaſterium eſſe in poſſeſſione, & ex habundanti dicit, ſe paratum ſatisdare de predictis fructibus exhibendis, & reſtituendis ſi de iure debuerit, & ſalvandis & non baratandis, ut hec omnia & alia in poſterum per utramque partem feciſſe apparet.

Conſilium Dñi Baſacomatris de Baſacomatribus Legum Doctoris, & mei Cervoti, & Dñi Acurſii Legum Doctoris. Eſt (tale) Quod predicti fructus tradantur Venture Sindico Monaſterii, nomine, & vice (dicti) Monaſterii. Hoc addito, quod dictus Sindicus ſatisdet de dictis fructibus, & parere iuri coram ſuo Judice cum Dño Brandaliſio, & de eis exhibendis, & reſtituendis prout de iure debuerit. Que fieri debeant, non obſtantibus teſti-

bus,

(a) *Ex Regiſtr. III. Nicolai IV. ep. 454. fol. 89. MCCXCII. 31. Auguſti.*

bus, ex nfficio receptis, cum recepti fuerint lite non conteſtata, & partibus non preſentibus nec citatis, & cum ſibi .... contradicere videantur.

Lata, & pronuntiata fuit hec ſententia in Palatio Not. Comun. Bonon. per dictum Steſanum Doctorem Legum Judicem, Poteſtate pro tribunali ſedente, partibus preſentibus ſub ann. Dom. 1209. Indict. XII. die quintodecimo intrante Junio, preſentibus Dñi Itnardo, Dni Bonjoanni Rubei, & Jacobo Pariſii Not. teſt.

Ego Vitorinus Jacobi Imperial. auctor. Not., & nunc ad Diſcum Dni Poteſt. &c.

P P

Part. I. Pag. 190. Num. VI.

Ex Tom. 43. Codic. Diplom. Gymn. Bon.

BENEDICTUS P. P. XI. (a)

Magiſtro Guillelmo Accurſii de Bononia Legum Doctori, Archidiacono Gualdafaiarie in Eccleſia Toletan. Capellano noſtro.

Archidiaconatus Gualdafajaræ proventus etiam abſentem percipere poſſe decernit.

PRovenit ex devotionis, & probitatis tue meritis, ut Te favoris Apoſtolici plenitudine proſequentes Tibi in iis, que digne poſtulas, reddamur ad gratiam liberales. Hinc eſt, quod Nos tuis ſupplicationibus inclinati, auctoritate Tibi preſentium indulgemus, ut quamdiu in Romana Curia, vel alibi obſequiis Apoſtolicæ Sedis de ipſius Sedis ſpeciali mandato duxeris inſiſtendum, fructus, redditus, & proventus prebendarum, & aliorum beneficiorum tuorum Eccleſiaſticorum, que nunc obtines, & Te obtinere contigerit in futurum, etiam ſi dignitates, & perſonatus exiſtant, & curam habeant animarum, poſſis cum ea integritate percipere, quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperes, ſi perſonaliter in ipſis Eccleſiis reſideres, & interim ad faciendum in eiſdem Eccleſiis perſonalem reſidentiam minime tenearis, neque ad id a quoquam valeas coarctari, non obſtantibus, ſi Tu in eiſdem Eccleſiis primam, & conſuetam non feceris reſidentiam perſonalem, ſeu quibuſcumque ſtatutis contrariis, & conſuetudinibus ipſarum Eccleſiarum juramento, confirmatione Sedis Apoſtolice, vel alia quavis firmitate vallatis, etiam ſi Tu, vel Procurator tuus tuo nomine de illis ſervandis, & non impetrandis Litteris Apoſtolicis contra ea, & ipſis Litteris non utendo preſtiteris, vel preſtare contigerit juramentum, ſeu ſi locorum Ordinariis ſit ab eadem Sede conceſſum, ut Canonicos, & Prebendatos Eccleſiarum ſuarum, Civitatum, & Dioceſum compellere valeant ad faciendum perſonalem reſidentiam in eiſdem, ſeu ſi Capitulis earumdem Eccleſiarum, vel aliquibus aliis ab eadem ſit Sede indultum, quod Canonicis, vel aliis in Dignitatibus, ſeu Perſonatibus conſtitutis, aut Rectoribus Eccleſiarum ipſarum fructus, redditus, & proventus Prebendarum, Dignitatum, Perſonatuum Eccleſiarum, & Beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum miniſtrare in abſentia minime teneantur; quodque ad id compelli non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſlibet Privilegiis, Indulgentiis, & Litteris apoſtolicis, quorumcumque tenorum exiſtant, perque preſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus hujuſmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcumque totis tenoribus plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum oporteat in preſentibus fieri mentionem. Proviſo quod Perſonatus, Dignitates Eccleſie, ac Beneficia hujuſmodi debitis interim obſequiis non fraudentur, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere &c. Datum Laterani Pontificatus noſtri anno primo.

Q Q

Ex eodem Tom. 43.

BENED. P. P. XI. (b)

Magiſtro Guillelmo Accurſii de Bononia Legum Doctori, Archidiacono Gualdafajarie in Eccleſia Toletan. Capellano noſtro.

Prædictum Archidiaconatum per alium viſitare poſſe eidem concedit.

CUm Noſtris, & Apoſtolice Sedis obſequiis immoreris, propter quod Monaſteria, Prioratus, Eccleſias, Clericos, Perſonas, & Loca Eccleſiaſtica Archidiaconatus tui Gualdafaiarie in Eccleſia Toletan. non potes, prout ad Te de antiqua approbata, & hactenus pacifice obſervata conſuetudine pertinet, perſonaliter viſitare. Nos volentes in hac parte, tam Tibi, quam Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, Clericis, Perſonis, & Locis predictis de opportuno remedio providere, tuamq. perſonam Nobis ob tuorum exigentiam meritorum acceptam, alias favore proſequi gratie ſpecialis, tuis ſupplicationibus inclinati, ut quamdiu apud Sedem eamdem, vel alibi de ipſius Sedis mandato obſequiis inſtiteris antedictis, Monaſteria, Prioratus, Eccleſias, Perſonas, & loca predicta per aliquam, ſeu aliquas perſonas idoneas viſitare, ac ratione viſitationis hujuſmodi procurationes in pecunia numerata moderatas recipere, & exigere ab eiſdem Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, Clericis, Perſonis, & locis taliter viſitatis, nec non per eaſdem perſonas Beneficia Eccleſiaſtica, que ad tuam collationem, ratione di-

(a) *Ex Regiſtr. anni primi Benedicti XI. epiſt. 218. MCCCIII. 1. Decembr.*

(b) *Ex Regiſtr. anni primi Benedicti XI. epiſt. 229. MCCCIII. 1. Decembr.*

cti Archidiaconatus, pertinere noſcuntur, conferre, & cetera, que ratione ſepedicti Archidiaconatus ad tuum ſpectant officium, exercere libere valeas, quibuſcumque contrariis Conſtitutionibus nequaquam obſtantibus, auctoritate Tibi preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere &c. Datum Laterani Kalendis Decembris Pontificatus noſtri Anno primo.

RR

Ex eodem Tom. 43.

CLEMENS P. P. V. (a)

Dilecto Filio Magiſtro Guillelmo Accurſi de Bononia Legum Doctori, Archidiacono Guadalfaiarie in Eccleſia Toletana Capellano noſtro.

Prædicta illius privilegia confirmat.

DUm literarum ſcientiam, & alia in Te ingentia munera gratiarum diligenter attendimus, grataque obſequia, que ab olim Sedi Apoſtolice impendiſti diutius, & impendis, paterna conſideratione penſamus, Apoſtolico Te favore dignum conſpicimus, & prerogativa gratie ſpecialiter attollendum. Dudum ſiquidem, ut ex tenore tue petitionis accepimus, felicis recordationis Benedictus Papa XI. Predeceſſor noſter volens Tibi gratiam facere ſpecialem, Tibi per diverſas duxit Litteras concedendum, ut quamdiu in Romana Curia, vel alibi obſequiis dicte Sedis ſpeciali mandato inſiſteres, fructus, redditus, & proventus prebendarum, & aliorum beneficiorum tuorum, quantum obtinebas, & Te obtinere contingeret in futurum, etiam ſi Perſonatus, vel Dignitates exiſterent, & curam Animarum haberent cum ea poſſes integritate percipere, quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperes, ſi in Eccleſiis, in quibus eadem exiſterent Beneficia, perſonaliter reſideres; quodque Monaſteria, Prioratus, Eccleſias, Clericos, Perſonas, & Loca Eccleſiaſtica Archidiaconatus Gualdafaiarie, quem in Toletana, ac Abbatie de Lavauga, quam in Palentina Eccleſiis obtines, per aliquam, ſeu aliquas perſonas idoneas viſitare, ac procurationes, ratione viſitationis debitas, in pecunia numerata recipere moderatas a Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, Perſonis, Clericis, & Locis Eccleſiaſticis taliter viſitatis, nec non per eaſdem perſonas Beneficia Eccleſiaſtica, que ad tuam collationem ratione Archidiaconatus, & Abbatie predictorum pertinent, conferre, ceteraque, que ratione Archidiaconatus, & Abbatie predictorum ad tuum ſpectant officium, libere exercere valeres. Nos autem volentes perſonam tuam favore proſequi gratie amplioris, tuis Supplicationibus inclinati, auctoritate Tibi preſentium indulgemus, ut apud Sedem predictam, vel alibi ubicumque, etiam abſque licentia, ſeu ſpeciali mandato Sedis ejuſdem morari volueris uſque ad Triennium hujuſmodi fructus, redditus, & proventus, dictis diſtributionibus dumtaxat exceptis, cum ea integritate percipere, cum qua illos perciperes, ſi in eiſdem Eccleſiis reſideres, & ad reſidendum in eis interim minime tenearis, nec ad id a quoquam valeas coarctari: predictum inſuper officium impendere, procurationes recipere, ac Beneficia predicta conferre juxta literarum predictarum tenores uſque ad dictum Triennium per hujuſmodi perſonas libere valeas. Non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus generalibus, aut ſpecialibus ſuper hoc in contrarium editis, ſeu quibuslibet ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis dictarum Eccleſiarum, juramento, confirmatione dicte Sedis, vel quacumque firmitate alia roboratis: aut ſi locorum Ordinariis ab eadem ſit Sede conceſſum, vel interim concedatur, quod ipſi Perſonas, & Canonicos, alioſque Beneficiatos Eccleſiarum ſuarum Civitatum, & Dieceſum compellere poſſint per ſubtractionem ſuorum proventuum, aut alias ad reſidendum perſonaliter in eiſdem; ſeu ſi Capitulis dictarum Eccleſiarum ab eadem ſit Sede Indultum, vel interim indulgeri contingat, quod Perſonis, Canonicis, & Beneficiatis ipſarum Eccleſiarum fructus, redditus, & proventus Perſonatuum, Prebendarum, Dignitatum, & Beneficiorum, que in eis obtinent, miniſtrare in abſentia minime teneantur, & ad id compelli non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & Litteris dicte Sedis, quorumcumque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus hujus noſtre gratie impediri valeat, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis. Proviſo quod hujuſmodi Beneficia debitis interim obſequiis non fraudentur, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Carpentoracte quinto Kalendas Novembris Pontificatus noſtri Anno quinto.

SS

Ex eodem Tom. 43.

CLEMENS P. P. V. (b)

Dilecto Filio Decano Eccleſie Toletan., ac Bononien., & Caturcenſ. Archidiaconis.

Eadem privilegia executioni mandari jubet.

DUm literarum ſcientiam, & alia ingentia munera gratiarum diligenter attendimus, grataque obſequia, que Guillelmus Accurſi ab olim

(a) *Ex Regiſtr. anni V. Clem. V. epiſt. 754. fol. 289. an. MCCIX. 28. Octob.*

(b) *Ex Regiſtr. anni V. Clem. V. ſub epiſt. 754. fol. 290. MCCIX. 28. Octobris.*

olim Sedi Apoſtolice impendidit diutius, & impendit, paterna conſideratione penſamus, Apoſtolico illum favore dignum conſpicimus, & prerogativa gratie ſpecialiter attollendum. Dudum ſiquidem, ut ex tenore ſue petitionis accepimus, felicis recordationis Benedictus Papa XI. Predeceſſor noſter, volens ei gratiam facere ſpecialem, illi per diverſas duxit literas concedendum, ut quamdiu in Romana Curia, vel alibi obſequiis dicte Sedis, de ipſius Sedis ſpeciali mandato, inſiſteret, fructus, redditus, & proventus Prebendarum, & aliorum Beneficiorum ſuorum, que tunc obtinebat, & illum obtinere contingeret in futurum, etiam ſi Perſonatus, vel Dignitates exiſterent, & curam animarum haberent, cum ea poſſet integritate percipere, quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperet, ſi in Eccleſiis, in quibus eadem exiſterent Beneficia, perſonaliter reſideret; quodque Monaſteria, Prioratus, Eccleſias, Clericos, Perſonas, & Loca Eccleſiaſtica, Archidiaconatus Gualdaſaiarie, quem in Toletana, ac Abbatie de Lavauga, quam in Palentina Eccleſiis obtinet, per aliquam, ſeu aliquas perſonas idoneas viſitare, ac procurationes ratione viſitationis debitas in pecunia numerata recipere moderatas a Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, Perſonis, Clericis, & Locis Eccleſiaſticis taliter viſitatis, nec non per eaſdem Perſonas, Beneficia Eccleſiaſtica, que ad ſuam collationem ratione Archidiaconatus, & Abbatie predicturum pertinent, conferre, ceteraque, que ratione Archidiaconatus, & Abbatie predictorum ad ſuum ſpectant officium, libere exercere valeret. Nos autem volentes ejus perſonam favore proſequi gratie amplioris, ejus ſupplicationibus inclinati auctoritate illi preſentium indulgemus, ut apud Sedem predictam, vel ubicumque alibi etiam abſque licentia, ſeu ſpeciali mandato Sedis ejuſdem morari voluerit, uſque ad Triennium hujuſmodi fructus, redditus, & proventus, dictis diſtributionibus dumtaxat exceptis, cum ea integritate percipere, cum qua illos perciperet ſi in eiſdem Eccleſiis reſideret, & ad reſidendum in eis interim minime teneatur, nec ad id a quoquam valeat coarctari: predictum inſuper officium viſitationis impendere, procurationes recipere, ac Beneficia predicta conferre, juxta litterarum predictarum tenores, uſque ad dictum Triennium per hujuſmodi perſonas libere valeat. Non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus generalibus, aut ſpecialibus ſuper hoc in contrarium editis, ſeu quibuslibet ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis dictarum Eccleſiarum juramento, confirmatione dicte Sedis, vel quacumque firmitate alia roboratis: aut ſi locorum Ordinariis ab eadem ſit Sede conceſſum, vel interim concedatur, quod ipſi Perſonas, & Canonicos, alioſque Beneficiatos Eccleſiarum ſuarum Civitatum, & Dieceſum compellere poſſint per ſubtractionem ſuorum proventuum, aut alias ad reſidendum perſonaliter in eiſdem; ſeu ſi Capitulis dictarum Eccleſiarum ab eadem ſit Sede indultum, quod vel interim indulgeri contingat, quod Perſonis, Canonicis, & Beneficiatis ipſarum Eccleſiarum, fructus, redditus, & proventus Perſonatuum, Dignitatum, Prebendarum, & Beneficiorum, que in eis obtinent, miniſtrare in abſentia minime teneantur, & ad id compelli non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de Indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet Privilegiis, Indulgentiis, & Litteris dicte Sedis, quorumcumque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus hujus noſtre gratie impediri valeat, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis. Proviſo quod hujuſmodi Beneficia debitis interim obſequiis non fraudentur, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Quocirca mandamus, quatenus Vos, vel duo, aut unus veſtrum per Vos, vel per alium, ſeu alios, predictos fructus, redditus, & proventus faciatis eidem Capellano, vel Procuratori ſuo ejus nomine per idem Triennium, juxta hujus noſtre conceſſionis tenorem, integre miniſtrari, dictaſque perſonas ad exercendum hujuſmodi officium viſitationis admitti, ac procurationes eaſdem prefato Capellano, vel dicto Procuratori pro ipſo etiam exhiberi, non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ſi eiſdem Ordinariis, vel quibuſvis aliis ab eadem ſit Sede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, Contradictores auctoritate noſtra Apoſtolica, per Cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Carpentor. Quinto Kalend. Novembris. Pontificatus noſtri Anno quinto.

TT

Part. I. Pag. 194. Lit. d.

Ex Archiv. Publ. Bon.

In Regiſtro Novo pag. 102.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Nos Bonacurſius de Surixina nunc Pot. Bononie, & tunc Capitaneus Populi Bononie, ſeu arbitrator electus a Poteſtate, & Comuni Faventie nomine dicti Comunis data, que in nobis licentia arbitrandi, & laudandi, & diffiniendi inter homines, & partes dicte Civitatis, & data que nobis Pot. diffiniendi, & precipiendi dicto Comuni, & Univerſitati quidquid viderimus expedire honori, & bono ſtatui Civitatis Bon., & ut ipſa Civitas Faventie poſſit perpetua pace potiri, & Comuni Bonon. indiſſolubili vinculo alligari, & ut utraque Civitas Bon., & Faventie in bono, & pacifico ſtatu perduret, & ſemper debeat permanere. Laudamus, pronuntiamus, arbitramur, & precipimus, quod Comune, & Civitas Faventie habeant, & habere debeant perpetuam pacem, & omnes de Civitate, & diſtrictu Faventie nomine partium inter ſe, & ipſe partes nullam offenſam, injuriam, vel gravamen ſibi ad invicem inferant, ſi comuniter adinſerant, & comuniter intendant bono, & pacifico ſtatui Comunis Bononie, & Comunis Faventie.

 Item

Item precipimus, & laudamus, ut anuatim requirant Comune Bononie, ut dent ſibi Rectorem, ſeu Poteſtatem cum feudo, & ſalario conſueto, & quem Comune Bononie eis dederit, habeant pro Rectore, & ſi Capit. habere voluerint, eodem modo debeant a Comuni Bonon. petere, & tenere eum, quem Comune Bononie eis dederit.

Item precipimus, & mandamus, quod dictum Comune Faventie, & homines dicte Terre teneant, & tenere debeant pro amicis amicos Comunis Bon., & pro inimicis inimicos Comunis Bon., & ſi per Comune Bon. fuerit dicto Comuni iniunctum de guerra facienda, vel pace alicui Civitati, Ville, vel Caſtro, vel Baroni, vel alicui ſingulari perſune, vel pruvintie, ſecundum quod mandatum fuerit, obſervabunt, & exercitum, & exercitus, & cavalcatas facere teneantur iuſta mandatum Comunis Bonon., & arma, & equos imponere in Civitate, et diſtrictu Faventie quotieſcumque per dictum Comune Bonon. fuerint requiſiti, et arma tenere impoſita, atque equos teneantur, donec ipſi Comuni Bonon. placuerit.

Item precipimus, et laudamus, quod foſſata dicte Civitatis, ſeu fovee, complanata, et complanate ſint, ſicut nunc ſunt, et haberi debeant in perpetuum, et teneri, neque refici debeant, nec cavari, vel aliter reaptari abſque licentia Comunis Conſilii, et Populi Bononienſis, et conſenſu.

Item precipimus, et mandamus, quod omnia victualia, et alia mercnacandie de Civitate Faventie, et eius diſtrictu poſſint duci, et trahi, et portari per Cives Bonon. ad Civitatem Bonon. abſque aliquo datio, ſeu toloneo. Item ut utraque Civitas Bon., et Faventie victualibus habundent, dicimus, et laudamus, quod aliqua victualia de diſtrictu dicte Civitatis Faventie, vel de dicta Civitate non debeant, vel poſſint extrahi, vel purtari verſus aliquam aliam Civitatem, preter quam verſus Civitatem Bonon., nec de predictis extrahendis, vel portandis debeat, vel poſſit alicui Civitati, vel Caſtro, vel ſingulari perſune fieri gratie licentia, vel concedi, abſque licentia Poteſtatis, & Capitanei, & Populi Comunis Bonon.

Item dicimus, & laudamus, quod ſimilis moneta, que expenditur in Civitate Bonon., expendatur, & curat in Civitate Faventie, & ejus diſtrictu.

Item dicimus, & laudamus, quod hec omnia, & ſingula ponantur, & poni debeant, & ſemper eſſe in Statutis Comunis Faventie preciſe, & in Statutis Comunis Bonon. preciſe, & de hoc teneatur Poteſtas, qui fuerit ad regimen dicte Terre, & Poteſt. Bononie facere obſervari. Et hec omnia, & ſingula debeant attendi, & obſervari in omnibus, & ſingulis Capitulis ſupradictis ſub pena, que in compromiſſo continetur ſcripto manu Vitaliani de Vichomercati Not., & quotiens comiſſa fuerint, qua ſoluta, vel non, laudum, & omnia, que in eo continentur, in ſua permaneant firmitate, & obligatione bonurum Comunis Faventie.

Prununtiatum fuit hoc Laudum per dictum Bonacurſum de Surexina Pot. Bon. in Palatio veteri Comunis Bonon., congregato Conſilio generali, & ſpetiali Comunis Bon. per ſonum campanarum more ſolito, ſub anno Dni milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Indictione quintadecima, die duodecimo exeunte Februario.

Preſentibus Dno Martino de Burgo, Dño Bonaventura de Savignano Legum Doctore &c.

Ego Jacobinus filius Ribaldini Imperiali auctoritate Notarius, & tunc Nutarius Anzianorum, & Conſulum, & Populi Bononie, ut ſupra legitur, de mandato dicti Pot. hoc Laudum ſcripſi, & publicavi &c.

V V

Ex eodem Regiſtro Novo pag. 101.

Exemplar quarumdam Literarum ſic incipientium:

MAgne nobilitatis, & ſapientie militibus Pot., & Capitaneo, & Anzianis, & Conſulibus Civitatis Bonon., & Conſilio, & Comuni. Nicholaus quondam Ramberti Bazallerii, Guillelmus Gotius Pot., Rainerius de Liazariis Cap. Pop. Faventie Conſilium contio, & Comune ſe ipſos ad beneplacita, & mandata de veſtra dominatione potentia, & ſapientia gerentes fiduciam ſpecialem. Idcirco vos reputamus, tamquam Dnos ſpeciales, hinc eſt quod cum una pars, & alia faciunt, & fecerunt guarnimenta ad deſtructionem Civitatis Faventie, & non modicam lexionem, & habeant firmum propoſitum malefaciendi. Vos tanquam Patres, & Dominos requirimus humiliter, & devote, quatenus veſtro honore, & devotionis intuitu Vobis placeat nos ſuccurere, & venire ad ſubſtentationem Civitatis Faventie, que eſt veſtra, pro Deo, & intuitu pietatis, firmiter cognoſcentes, quod ſumus preparati, & erimus veſtra mandata facere, & vos in omnibus obedire, ipſam Civitatem accipiendo in veſtra fortia, & virtute, defendendo ipſam, & manutenendo ad veſtrum ſervitium pariter, & mandatum omni mora poſtpoſita, cognoſcentes firmiter, quod ſi facere omiſeritis, dicta Civitas eſt deſtructa. Venite Domini, venite ſine mora intuitu pietatis.

Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione quatuordecima, die lune, penultimo Februarii. In Sala Palatii veteris Comunis Bonon., ubi habitat Dns Jordanus de Lucino Capitaneus Populi Boñ., preſ. Hoſtaxino Not., & Fide de Florentia Merzatio &c.

Ego Guido Romei Imperiali auctorit. Not. has Literas de licentia, & mandato Dni Jordanis de Lucino Cap. Bonon. Pop. ſcripſi, & exemplavi, & me ſubſcripſi.

IN nomine Domini. Amen. Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, die Mercurii, vigeſimo quarto die Madii, Indict. quartadecima. In Civitate Bon., in Platea Comunis ſupra carotium Comunis Bon. ad honorem Domini, & Sancte Eccleſie, & Comunis, & Populi Bon., & ad reformationem, & bonum, & pacificum ſtatum Comunis Faventie iuro ego Churadus de Surixana Pot. Faventie regere dictam Civitatem Faventie, & ejus

diſtri-

diſtrictum, & comitatum, & homines Civitatis, & comitatus, & diſtrictus ejuſdem hinc ad Kalendas proximas Martii bona fide, ſine fraude, & hominibus Univerſis, Civitatis, & comitatus, & diſtrictus ejuſdem a me, & a meis Judicibus poſtulantibus iuſtitiam obſervabo, & faciam obſervari, & ad honorem, & comodum Comunis, & Populi Bon., & Comunis Faventie jura, & honores Comunis Faventie manutenebo, & conſervabo, & ab aliis detenta, ſeu indebite occupata recuperabo pro poſſe, & recuperata conſervabo, & pro meo ſalario, & meorum Judicum, & totius mee familie a dicto Comuni Faventie percipiam, & conſequar mille libras ravign. tantum ad tres terminos perſolvendas, ſecundum quod continetur in litteris Faventie de dicto Regimine ad me miſſis, & equos meos, & totius mee familie ad meum periculum, & fortunam tenebo, niſi quod Deus advertat in ſervitio Comunis Faventie interficerentur, vel vulnerarentur, vel admitterentur, quo caſu accipere poſſim a Comuni Faventie iuſtum mendum; ſi quid autem de avere Comunis Faventie ad manus meas pervenerit, vel meorum, infra tertium diem, Maſſario Comunis Faventie conſignabo, vel faciam conſignari, & per dictum Regimen, & omnia, & ſingula ſupradicta faciam, & obſervabo ad voluntatem & intellectum Pot., & Capit. & Comunis, & Populi Bonon., & ea, que per predictos michi mandata fuerint obſervabo. Laudum etiam, arbitrium, & arbitraria, preceptum, & precepta omnia, & ſingula, que ſieut per Dominos Bonacurſum de Surexina, nunc Capit. Populi Bonon., ex vigore compromiſſi, ſeu compromiſſorum in eum factorum a Syndicis tam partium, quam Comunis Faventie obſervabo, & obſervari faciam toto poſſe, nec eis, nec alicui eorum in aliquo obviabo, nec patiar, quod eis in aliquo obvietur. Si quid autem huic meo iuramento additum fuerit per Populum, & Comune Bon. tenear obſervare, & ſi quid inmutatum fuerit, vel detractum inmutatum ſervare tenear ſecundum quod fuit inmutatum, de detracto non tenear, nec de Capitulis, ſive Statutis factis, vel facturis per Faventinos preciſis, vel non preciſis, tenear in toto nec in parte, niſi ſecundum voluntatem Poteſtatis, & Capit., & Populi Bonon.

Actum in dicta Platea Comunis Bon. ſupra ipſo Carotio in publica contione Comunis Bon. per ſonum campane, & tubarum more ſolito. Congregata voluntate ipſorum exiſtentium in ipſa contione, & nemine contradicente.

Interfuerunt ibi teſtes Dominus Philippus Giringellus Pot. Forlivi, & Forlimpopuli, & Dns Lambertinus quondam Dni Mathei de Samaritanis Capit. Pop. Forlivi, & Dns. Jacobus de Claro Judex Pot. Bonon., & Dnus Jacobinus Deliderii, & Dominus Bollognius Montis Anziani Populi Bonon., & Gruamons de Cazanimico, & Tovalinus de Liazariis Civitatis Bononie, & plures alii unde plura inſtrumenta uno tenore rogati ſunt fieri.

Ego Vitalianus filius quondam Chuoradi de Vico mercato Civitatis Mediolan. Not. interfui tradidi, & conſcripſi &c.

Part. I. Pag. 197. Lit. b.

Vide ſupra in Appendice Pag. 77. Lit. DD.

X X

Part. I. Pag. 198. Lit. b.

Ex Archiv. Publ. Bon.

In Regiſtr. Groſ. lib. 1. pag. 74.

ANno Domini M. C. nonae. octavo. Indict. prima. Pridie Kal. Novebr. in Bon. In Portili hoſpitii Domini Uberti Bon. Pot. coram Domino Ugolino de Goſio Judice, Petro de Romancio, Rodaldo Rubeo, Palmerio Cauſidicis, & aliis multis, Dominus Johanninus Preceptor, tactis Sacroſanctis Evangeliis, iuravit, quod de cetero in aliquam aliam Terram non leget Scientiam Legum Scolaribus, niſi in Bonon., & quod, non dabit operam, nec conſilium, nec adiutorium, quod Scolares in aliam Civit. debeant morari, nec ſtudium de Bonon. Legum debeat diminui, & Conſilium Pot., & Judicibus de Comuni, vel Rectoribus, qui pro tempore fuerint, bona fide dabit cum ab eo petierint.

Ego Johannes Pilei Not. Comunis, et Domini Uberti Poteſt. Bonon. interfui, et etc.

Y Y

Part. I. Pag. 199. Lit. c.

Ex Archiv. Publ. Bon.

In Regiſtr. Groſ. lib. 1. pag. 550.

IN nomine Dñi. Amen. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octavo. Indictione ſexta, die Veneris, quarto Kal. Auguſti, Pontificatus Dni Nicolai Pape Tertii Anno primo. Pateat univerſis per hoc publicum Inſtrumentum quod providi Viri Antholinus de Manzolino Doctor Legum, & Lazarinus de Liazarinis Sindici Poteſtatis Capitanei Conſilii, & Comunis Civitatis Bononie in preſentia mei Pauli Not., & teſtium ſubſcriptorum coram Sanctiſſimo Patre, & Dno Nicolao divina providentia Summo Pontifice, & Venerabilibus Patribus Dnis Cardinalibus, ſcilicet Dno Ordonio Tuſculanenſi, & D. B. Albanenſi Epiſcopis, Dno A. Tituli S. Praxedis, D. G. Tituli S. Marci, Dño Gerardo Baſilice Duodecim Apoſtolorum Presbiteris, Dno S. Sancte Marie in Coſmidin, Dno S. G. S. Georgii ad Vellum Aureum, D. M. S. Marie in Porticu, & D. Sor. S. Euſtachii Diaconis Cardinalibus conſtituti fecerunt quamdam proteſtacionem in hece verba. In nomine Domini Amen. Nos Antholinus de Manzolino Doctor Legum, & Liazarinus de Liazarinis Sindici Poteſtatis Capit. Conſilii, & Comunis Civitat. Bonon. proteſtamur, quod per recognicionem dominii, dicionis, juris, juriſdicionis, poteſtatis, ac principatus, quam facie-

Digitized by Google

faciemus nomine Poteſtatis Capitanei Conſilii, & Comunis eorumdem pro ipſa Civitate, Territorio, ac Diſtrictu ipſius, & univerſis, & ſingulis predictorum Civit. Territorii, & Diſtrictus, videlicet quod Civitas Bonon., & eius Territorium, ac Diſtrictus ad Beatum Petrum Celeſtis Regni clavigerum, & ad Vos Sanctiſſime Pater Domine Nicolae Papa III., ac ad Succeſſores veſtros Roman. Pontifices, & ad ipſam Romanam Eccleſiam pleno jure, ac integre pertineant, & veſtri, Sanctiſſime Pater, & Dne Nicolae Papa III., & Succeſſorum eorumdem, & ipſius Eccleſie pleni dominii, iuriſdicionis, poteſtatis, ac principatus exiſtant, nec non & per iuramentum fidelitatis, quod vobis preſtabimus, non intendimus, quod per predicta, vel aliquod predictorum in aliquo derogetur iuri, ſi quod ex privilegiis conſuetudinibus pacionibus & convencionibus ipſis Civitat. Bonon., Territorio, & Diſtrictui eſſet legitime aquiſitum. Conſentimus tamen, & volumus, quod per hanc proteſtacionem iuri veſtro, & Suceſorum, ac Eccleſie predictorum in Civitate, Territorio, & Diſtrictu prefatis nullum preiudicium generetur, nec defenſionibus competentibus ipſi Romane Eccleſie, vel aliis contra privilegia, conſuetudines, pactiones, vel convenciones predicta ullum obſtaculum, vel impedimentum poſſit obici, vel opponi. Que defenſiones legitime competant, & de iure dicte Romane Eccleſie contra privilegia, conſuetudines, pactiones, vel convenciones ſupradicta, ex quibus obſtaculum, vel impedimentum poſſet obici, vel opponi; nec predictis recognicioni, & iuramento fidelitatis, quas ſimpliciter, & abſolute preſtabimus, per hec in aliquo detrahatur. Volumus tamen, & proteſtamur, ut dictum eſt, ut iura predictorum Civitatis, Territorii, & Diſtrictus ſibi ſerventur illeſa.

Actum Viterbii in Epiſcopali Palacio in Camara Dni Pape coram his Teſtibus, ſilicet Venerabilibus Patribus D. Orlando Epiſcopo Narnien., D. Gaufrido Epiſcopo Taurinen., D. Orlando Epiſc. Mattan., D. Ugone Epiſc. Trojan., Dno Fidesnudo Epiſc. Fanen., Dno Philipo electo Mantuan., honorabilibus Viris Magiſtro Petro de Mediolano S. Rom. Eccl. Vicecancellario, Magiſtro Benedicto de Anagnia Not. Dni Pape, Fratre Uguicione, & Fratre Jacobo Pocapalea Cubiculariis D. Pape, Rolando de Romanziis, Thomaxino Guidonis Ubaldini, & Pace de Pacibus Juris Civilis Profeſſoribus, Galaoto de Lamberinis, Guidone de Calbulo, Thoma ..... & Nicholao de Laſtignano nunc & Ambaxatoribus Comunis Bononien.

Ego Paolus de Reate Apoſtolica auctoritate, & nunc Camare D. Pape Not. predictis interfui, & ut ſupra legitur rogatus ſcripſi, publicavi, & ſignum feci.

Ego Bernardinus Uguicionis de Bambaglolis Imperiali auct. Not., ut in autentico dicti Pauli inveni, ita bona fide exemplavi, & ſcripſi.

ZZ

Part. I. Pag. 201. Lit. f.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Memorialibus Com. Bonon. Mem. Semprebene de Nigro pag. 33.

Die Dominica decimo intrante Februario. Ego Semprebene Uguitionis Nigri auctoritate Imperiali Notarius exiſten. in Conſcilio ſpeciali, et generali Comunis Bononie intraſcriptum pactum lectum per Fucium Roviſii Notarium ad Reformationes Comunis in dicto Conſcilio, in hoc Memoriali ſecundum formam ordinamentorum appoſui, et de manu mea ſcripſi.

In nomine Domini. Amen. Anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono, Indictione duodecima, die Sabati, nono intrante Februario. Jacobus Caxotius Bannitor Comunis Bononie, Syndicus predicti Comunis ad hec ſpecialiter conſtitutus, ut de ſyndicatu ejus apparet, ex inſtrumento ſcripto manu Bonaventure de Prunarola Notarii ad Diſcum Domini Poteſtatis, nomine, et vice Comunis Bononie, et pro ipſo Comuni dedit, conceſſit, et locavit opus, et laborationem, et fabricationem monete Comunis Bononie, que fieri debet ex forma Statuti Comunis Bonon. Domino Bitto de Tornaquincis de Florentia pactis, promiſſionibus, conventionibus, et conditionibus intraſcriptis; videlicet quod predictus Dominus Bittus debeat, et teneatur, et promiſit dicto Jacobo Syndico Comunis Bononie recipienti, et ſtipulanti vice, et nomine dicti Comunis, facere, et fieri facere monetam bononinorum groſſorum de lega in libra bononinorum groſſorum de decem unciis, et tercia de bono argento, et purificato, ſicut eſt argentum venetorum groſſorum, et de pondere in marcha ad marcham bononinorum de tredecim ſolidis, et quatuor denariis. Et ipſa moneta debeat balanzari ad fortes, et ad flebiles; ita quod fortes poſſint eſſe de tredecim ſolidis, et duobus denariis in marcha, et non plus, et de ipſis fortibus, et flebilibus non poſſint eſſe in unzia ultra duo fortes, et duo flebiles; et quod bononini groſſi debeant eſſe forniti, ita quod ſint pulcri, et albi; et debeat zerchari per ſupraſtantes monete omni vice, qua extrahetur ſazam, et ſazum fieri debeat ad voluntatem ſupraſtantium monete, qui erunt pro Comuni Bononie, vel voluerint in denariis, vel in virgis ſecundum quod ſupraſtantibus magis videbitur convenire pro maiori utilitate Comunis Bononie. Modus autem monete parve fiat hoc modo, et facere, et fieri facere promiſit ſecundum infraſcriptum modum, ſcilicet quod tantum argentum ſit in duodecim bononinis parvis quanta eſt in uno bononino groſſo, et debeant eſſe de quinquaginta duobus et quarta in unzia albi, et forniti. Et debeat ipſa moneta balanzari ad fortes et flebiles, ita quod in unzia non poſſint eſſe ultra tres fortes, et tres flebiles, videlicet quod flebiles non poſſint eſſe plus quinquaginta quinque et quarta, et fortes minus de quadraginta novem et quarta, et exeant de Zecha pro libra ad rationem quinquaginta duorum ſolidorum,

dorum, et trium denariorum albi, et forniti. Promiſit etiam dictus Dominus Bettus, et coniata moneta parva taliter, quod ipſi denarii ſint forniti, et albi, et ſint quinquaginta duo ſoldi, & tres denarii in libra ponderata. Si reducerentur ad ignem, quod poſſint, & debeant extrahi pro ſazo due unzie, & quarta de argento veniciani croſſi in libra, vel pro libra. Item quod faciet dictus Bettus reduci in ſcriptis totum argentum, et bolzonem, quod emerit; ita quod extrahatur de moneta tantum arzentum, & bolzonem in moneta facta, quantum ſibi erit datum dicta de cauſa, ſalvo callamento. Item quod non expendet dictus Dominus Bittus Bolganus, nec expendi faciet de dicta moneta aliquem denarium parvum, vel croſſum per ſe, vel alium niſi primo fuerit approbata, & laudata per Supraſtantes monete. Et totum argentum, & bolzonem ſibi datum pro dicta moneta facienda, faciet de ipſo argento & bolzune monetam croſſam, & parvam, & non aliud aliquo modo. Et promiſit dictus Dominus Bittus Bolganus pro tagliatore, & aſſagatore ſuo, quod bene, & legaliter faciet, & quod preſentabit eos in forcia Comunis Bononie, quociens placuerit Domino Poteſtati ad voluntatem ſupraſtantum. Et dictam monetam faciet, & fieri faciet a die contractus in antea ad duos annos continue, ſecundum modum monete, laborando quando moneta poterit laborari ſine dampno uſque ad capitale omnibus ſuis expenſis tam de domo, quam maſſaraticis, & omnibus aliis pro dicta moneta facienda oportunis. Item quod aliquis civis, vel comitatinus in dicta moneta facienda, vel fieri facienda non poſſint, nec debeant habere partem aliquo modo, vel ingenio, & non intelligatur, quod illi ſint Cives Bononie, qui ſunt originarii Civitatis Florentie, ſilicet Blanchus Begnamini Glandonis, Spinellus Flachi Bonacurtii, & Maſſarius Ruſtici Clariti in pena, & banno quingentarum librarum bononinorum; Et quod aliquis alia pena non poſſit nec debeat habere partem in dicta moneta facienda, vel fieri facienda, nec aliquis civis, vel comitatinus poſſit habere partem in ipſa moneta in dicta pena, & banno quingentarum librarum bononinorum, auferendo iam dicto Conductori monete, quam aliis omnibus, qui haberent partem in dicta moneta contra predictam formam. Et ſupraſtantes elligantur ad voluntatem Domini Poteſtatis, & Domini Capitanei expenſis tamen monete; ita quod quilibet habere non poſſit ultra triginta ſolidos bononinorum, & mutentur ſingulis duobus menſibus. Sicut videbitur Domino Poteſtati, & Domino Capitaneo. Et quod illi qui erunt electi in Supraſtantes ad predicta laudanda & approbanda debeant iurare de novo coram Domino Poteſtate, & Domino Capitaneo, & coram Bulgano predicto, vel Conductore monete laudare, & approbare monetam ſecundum ſupradictum modum bona fide tam pro Comuni Bononie, quam pro ipſo Bulgano, vel Conductore monete. Item quod Supraſtantes, qui electi fuerint, teneantur venire levare, & levari facere ſazum, & approbare ipſam monetam, ſecundum modum ſupradictum, quociens fuerint requiſiti per ipſum Bulganum, vel aliquem de Sociis eiuſdem; & Dominus Poteſtas, ſi fuerit requiſitus, teneatur dictos Supraſtantes cogere venire ad predicta facienda, in banno centum ſolidorum bononinorum auferendo cuilibet Supraſtanti, qui venire differet, vel recuſaret venire pro qualibet vice. Et ſi dicti Supraſtantes, qui erunt ſuper dicta moneta approbanda, eſſent in diſcordia cum dicto Domino Bitto Bulzano conductore monete, vel aliquo de Sociis ejuſdem de approbanda dicta moneta, quod D. Poteſtas, & Capitaneus teneantur ad voluntatem dicti Domini Bitti Bulgani, vel ſuorum ſociorum, & ad ipſorum requiſitionem accipere Fratres Regulares, qui debeat preeſſe ſazis faciendis, & tenendis. Et elligantur eo caſu per Poteſtatem, & Capitaneum viginti boni homines, & legales de Sapientioribus, & utilioribus cambii Civitatis Bononie etatis quinquaginta annorum, vel ab inde ſupra; & quod dicti Sapientes, vel major pars eorum laudaverint, & approbaverint id ſervetur. Item quod predictus Dominus Bittus Bulganus, vel ejus Socii, qui ſunt originarii Civitatis Florentie poſſint libere venire, ſtare, & redire in Civitate, & de Civitate Bononie, & ejus diſtrictu, & deſferre, & deſferri facere bolzonem, argentum, vel ramum pro predicta moneta facienda. Et non poſſit iniuriari, moleſtari, vel intradici in perſonis, & rebus modo aliquo, vel ingenio, vel occaſione alicuius Repreſalie, vel Banni. Item quod predicto Dño Bitto Bulgano, vel Sociis non poſſit imponi aliquod tolloneũ, vel dacium, vel paſſadium, aut tolli pro argento, vel bolzone, aut ramu, quod haberent, vel differrent in Civitate Bononie, vel Diſtrictu pro moneta facienda. Item quod poſſit dictus D. Bittus Bulganus, & eius Socii habere operarios, & munetarios pro dicta moneta facienda undecumque voluerint ad eorum voluntatem, ita quod non poſſint impediri aliquo modo per aliquem, vel aliquos; & ſpecialiter occaſione alicuius Repreſalie, vel Banni dati alicui Univerſitati, vel dominio alicuius loci, niſi eſſent in Banno Comunis Bononie aliis occaſionibus. Item quod ſi Civitas Bononie eſſet in aliquo rumore, quod Deus avertat, & tunc ipſi Dño Bitto Bulgano, vel ſuis Sociis, vel Nunciis per forziam eſſet aliquid acceptum, quod Comune Bononie debeat ei, vel eis ſatisfacere de omni eo, quod probaverit, vel probatum fuerit per vim ſibi acceptum fore, ipſum vel ipſos conſervare indepnem, vel indepnes. Et predicta omnia debeant reformari in Conſilio Comunis Bononie, & poni in libris Statutorum Comunis Bononie, abſolvendo omnia Statuta, Capitula, Statutorum, & Reformationum Populi, & Comunis Bononie, que contradicerent aliquid in predictis, vel in aliquo predictorum; Et poni debeat hoc pactum in libro Statutorum Comunis Bononie. Promittens dictus Syndicus nomine, & vice Comunis Bononie dicto Dño Bitto ſtipulanti predicta omnia, & ſingula attendere, & obſervare, & adimplere, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel cauſa. Et verſavice dictus D. Bittus promiſit per ſtipulationem pro ſe, & ſuis heredibus dicto Syndico recipienti, & ſtipulanti vice, & nomine Comunis Bononie predictam monetam ſecundum

ſupra-

Digitized by Google

ſupradiſtum modum legaliter facere, & fieri facere bona fide, & attendere, & obſervare omnia, & ſingula ſupraſcripta. Que omnia, & ſingula promiſerunt intra ſe viciſſim alter alteri attendere, & obſervare, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel cauſa, ſub pena mille marcharum argenti boni, & ſini ſtipulatione promiſſa, & obligatione bonorum Comunis Bononie, & dicti D. Bitti, & ſub refectione dampnorum, & expenſarum ac intereſſe litis, & extra, que promiſit unus alteri reſarcire integraliter, pena tociens committatur, & exigi poſſit quociens contrafactum fuerit, vel ventum in quolibet, & pro quolibet capitulo ſupradicto. Et ea ſoluta exacta, vel non, predicta omnia, & ſingula firma, & rata conſiſtant.

Et predicta omnia, & ſingula integraliter obſerventur ad bonum, & ſanum intellectum recte et legaliter, ſecundum quod ſcripta ſunt ſupra in pactis, & conventionibus ſupradictis.

Et inſuper:

Dominus Ribaldus de Foſcardis.

Dominus Uguctio de Auxellettis.

Dominus Riccardinus de artinexiis.

Dominus Aloizus de Duliolo.

Dominus Benvenutus Melon.

Dominus Cazanimicus Cazetta.

Dominus Zevenimus de Zovenzonibus.

Dominus Petrizolus quondam Domini Aymerici Zohenis.

Dominus Ugolinus de Sabatinis iudex.

Dominus Johannes domini Lambertini Zovenzonis omnes predicti, & quilibet predictorum principaliter, & inſolidum ſe obligando realiter, & perſonaliter in omnibus, & ſingulis Capitulis huius Contractus conſtituentes ſe principales, renunciando Beneficiis novarum Conſtitutionum de Fideiuſſoribus, & de pluribus reis debendi. Epiſtole Divi Adriani, fori privilegio, doli mali condictioni, indebiti ſine cauſa, & in factum actioni, & omni alii exceptionis, & iuris, & legum auxilio promiſerunt per ſtipulationem ſolempnem per ſe, ſuoſque heredes omni exceptione, occaſione juris, vel facti remota dicto Jacobo Syndico Comunis Bononie recipienti, & ſtipulanti nomine, & vice Comunis Bononie, & pro ipſo Comuni, ſe facturos, & curaturos quod dictus Dominus Bitius Conductor dicte monete omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta attendet, et obſervabit, et integre adimplebit, et dictum Comune Bononie indempnem conſervabit. Et ſi non attenderet et obſervaret ipſi per ſe, et de eorum pro prio attendent, et obſervabunt, et adimplebunt. Sub dicta pena mille marcharum argenti ſtipulatione promiſſa eidem Syndico nomine, et vice Comunis Bononie recipienti, et ſtipulanti, et ea ſoluta, exacta, vel non, predicta omnia, et ſingula nichilominus ſemper rata ſint, et firma, et obſervare integre promiſerunt. Item reficere, ac reſtituere omnia, et ſingula dampna, expenſas, ac intereſſe litis, et extra, pro quibus omnibus, et ſingulis attendendis, obſervandis, et integraliter adimplendis obligaverunt dicto Syndico nomine, et vice Comunis Bononie recipienti, et ſtipulanti omnia eorum bona tam habita, quam habenda.

Preterea dictus Dominus Bittus iuravit ad ſancta Dei Evangelia corporaliter predicta omnia, et ſingula, ut ſupraſcripta ſunt ſic attendere, obſervare, et adimplere in omnibus, et per omnia. Quod quidem pactum approbatum fuit per Sapientes Viros Dominum Rolandinum de Romaneis, Ugolinum Domini Zanboni, Thomaxium Domini Peverarii, et Guillielmum de Rombodevino Doctores Legum acceptos per Dominum Poteſtatem Bononie.

Qui Jacobus Caxottus Syndicus Comunis Bononie iuravit ſuper animam Poteſtatis, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit, et omnium de Conſcilio, et de ipſorum licentia, et mandato omnia, et ſingula ſupradicta firma, et rata tenere, et habere, et non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel cauſa de iure, vel de facto.

Acta, et celebrata fuerunt predicta omnia in Conſcilio ſpeciali, et generali Comunis Bononie ad ſonum campanarum in Palatio veteri Comunis predicti more ſolito, congregato in preſentia Domini Alberti de Fontana Poteſtatis Bononie, et Ymole, et Domini Rizardi de Villa Capitanei Populi, et Aneianorum, et Conſcilium Populi; preſentibus Domino Gandino Judice, Domino Zenzore quondam Milche Notario, Domino Bonaventura de Prunarola Notario, Domino Nigro de Quercis Notario, Johanne Domini Bencignai Notario, Ricardino, Jacobino Auxellitti bannitoribus Comunis Bononie, et aliis pluribus teſtibus in dicto Conſcilio exiſtentibus vocatis, rogatis etc.

AAA

Part. I. Pag. 215. *Lit.* e.

Ex Archiv. Archiep. Ravennæ.
In Protocol. num. XXVIII. *pag.* 383.

Die 3. Septembris 1270.

CUm venerabilis D. Philippus miſeratione divina S. Eccleſie Ravenne Archiepiſcopus ſit corporea infirmitate gravatus, & pro ſui ſalute intendat etiam quam oporteat ad partes Tuſcie, unde ortum aſſumpſit, perſonaliter ſe conferre eo quia earum partium aerem, & ſitum ejus egritudo requirit, in hunc modum curavit felici, ſecuro, & tranquillo ſtatui providere Archiepiſcopatus, & Eccleſie Ravenne, maxime ſuper cura, protectione, & conſervatione Argeote, Cavagli, & omnium terrarum, locorum ſpectantium ſubiacentium, & pertinentium quoquomodo vicecomitarie Argente, & ſuper tollenda materia diſcordie, ſcandali, diſſenſionis, & litis iam orte, vel que poſſit oriri inter ipſam Eccleſiam Ravennatem, & ſubiectas Comitiſſarie Argente, que eidem Domino tanquam rebelles denegant reſpondere, eum ſcientes infirmum, ob quod paratur etiam omni diſcrimini perſonarum, & rerum, quia accidere poſſit obinde. Nam cum Vir nobilis D. Opizo Eſten. Marchio ſit precipuus prioceps filius, & defenſor devotus in omnibus S. Romane Eccleſie, & ejus ſubiectorum ubi-

libet

libet, ad quam Archiepiſcopatus Raven., & Eccleſie ipſius immediate ſpectant, & pertinent, qui ejuſdem Archiepiſcopatus, & Eccleſie Ravenne, jurium, & juriſdictionum, locorumque curam protectionem, ſalubrius potentius habere valeat, & exercere aptius. In honorem Dei, & Eccleſie Romane pro bono, & pacifico ſtatu dicti Archiepiſcopatus curam, protectionem, & adminiſtrationem Argente Cavalli, & omnium Terrarum, & Locorum ſpectantium, & ſubiacientium Vicecomitarie Argente, eidem D. Marchioni ſub hac forma commiſit, videlicet quod idem D. Archiepiſcopus ſponte, & ex certa ſcientia per ſe, & ſuos Succeſſores conceſſit, locavit, & dedit Brunello Not. de Ferraria recipienti vice, & nomine dicti Opizonis Marchionis omnes, & integros fructus, & obventiones, & redditus Argente, & ejus pertinentie Cavalli, & omnium Terrarum, & Locorum ſpectantium, ſubiacientium, vel pertinentium quoquomodo Vicecomitarie Argente; qui D. Archiepiſcopus dixit, quod iſte ſunt Terre ſubiecte Vicecomitarie Argente, Argenta, Cavalli, Portus Major, Portus Vedrarii, Graſallum, Boccaleonem, Bandum, Contandolum, Ripaperſici, Sandalum, Maderium, in Bladis, Vino, introitu Catene, Datiis, preſtationibus, & Terrarum penſionibus, juriſdictionibus realibus, & perſonalibus, uſu, & exercitio jurisdictionum, fructibus Decimarum, & omnibus rationibus ſpectantibus ad Juriſdictionem Vicecomitarie Officii, & omnibus juribus ad ipſum Officium ſpectantibus Vicecomitarie, & omnibus aliis redditibus cujuſcumque generis, materiei, & additionis ad ipſum D. Archiepiſcopum, & Ravennatem Eccleſiam ſpectantibus, vel que ſpectare poſſent, a feſtu Sancti Petri nuper elapſo uſque ad feſtum S. Petri de Junio proxime venturo collectis, exceptis illis, qui non ſunt in Vicecomitaria Argente, & colligendis exactis, & exigendis fructibus Terrarum ſeminandis dumtaxat excluſis, ita tamen quod dicta Juriſdictionis conceſſio, ipſiuſque uſus, & exercitii, & Vicecomitarie Officium extendantur, & durent hinc ad unum annum proxime venturum: concedens idem D. Archiepiſcopus D. Brunello Not. recipienti, & nomine dicti D. Marchionis licentiam, & liberam poteſtatem ipſos fructus, obventiones, & redditus, ut dictum eſt, colligendi, percipiendi, exigendi, habendi, ſenendi, & recuperandi, & dictam Juriſdictionem, uſum, & exercitium ipſius Juriſdictionis, & Vicecomitarie Officium exercendi, habendi, & utendi, & omnia faciendi uſque ad terminos ſupradictos, prout eidem D. Archiepiſcopo, vel ejus Nuntiis licebat, liceret, & licet; & ponens eum in locum ſuum, ipſum ſuum Procuratorem conſtituit in predictis ſibi liberam, & generalem adminiſtrationem, quod plenius conferendo uſque ad terminum ſupradictum, ſibique licentiam intrandi, & ſtandi tenutam, & poſſeſſionem predictam de ſua auctoritate; pro qua quidem locatione, conceſſione, & datione reddituum, & predictorum omnium, & ſingulorum idem D. Archiepiſcopus fuit contentus, & confeſſus, & in plena concordia cum dicto Brunello Not. dante, & ſolvente vice, & nomine dicti Dum. Marchionis, & pro ipſo D. Marchione, habuiſſe, & recepiſſe ab eo, & in veritate duo millia quingentas libras bonon. datas, & ſolutas etc. Dominis Philippo, & Franciſco Nepotibus dicti Archiepiſcopi ejus voluntate, & mandato etc.

Actum Bononie in quadam Camera Eccleſie S. Iſaye, in qua permanebat dictus D. Archiepiſcopus, preſentibus D. Drudone Prepoſito Eccleſie Ravennatenſis, Azolino Cantore ejuſdem Eccleſie, Joanne Abbate Monaſterii S. Stephani de Bononia, Fratre Guilielmo de Cozo de Ordine Minorum, Galvano de Alegralcore Legum Doctore, Negrobono Judice de Ferraria, Octonello Not. dicti Marchionis, Ugolino de Medicis Judice Ferrarie, Petricino de Cati, & Bartolomeo Cambii Not. teſtibus ad hec rogatis, & vocatis, qui D. Azolinus dixit, ſe cognoſcere contrahentes, & de his omnibus Ego Petrus Bonincontri Cazalune Not. condidi publicum Inſtrumentum, & Petrus Not. de Manzo de Ferraria ſimile Inſtrumentum. Et Ugo Not. Domini Archiepiſcopi rogat. feci facere aliud Inſtrumentum ejuſdem tenoris etc.

Sequitur fides extractionis &c.

BBB

Part. I. Pag. 215. Lit. f.

Ex *Archivo Publico Bononiæ.*
In Libr. Reformat.

Tabulæ Profeſſorum an. MCCXCVII., in quibus immunitas a militia tribuitur Doctoribus.

ITem excuſentur Doctores ordinarie regentes, & Bachalarii regentes extraordinarie, nominati per Rectores Scholarium, dati in ſcriptis ex parte Univerſitatis Scholarium dicto Capitaneo, & Antianis, & Conſ. Pop. Bonon., nomina quorum ſunt hec:

Iſti ſunt Doctores Legum, qui ordinarie legunt.

D. Marſilius de Mantighellis Doctor Decretorum.
D. Martinus Sulimani Doctor Legum.
D. Bertholutius de Pritis Doct. LL.
D. Albertus D. Odofredi Doct. LL.
D. Philippus de Foſcherariis Doct. LL.
D. Paulus D. Martini Doct. LL.
D. Franciſcus Saſſolini Doct. LL.

Iſti ſunt, qui legunt exsraordinarie, & vulgariter Bachalarii vocantur.

D. Palmerius Doctor Decretorum.
D. Jacobus Belvixii.
D. Bartholomeus de Manzolino.
D. Vianixius D. Paſipauperi.
D. Thomax de Marzalolio.
Nicolaus Stationarius Univerſitatis.
Minghinus Stationarius Petiarum.
unus Bidellus generalis Univerſitatis.
Johannes Cambii Stationarius librorum.

D. Lambertinus Rampone Doct. LL.

D. Ubaldinus de Malavoltis Doct. I.L., qui debeant remanere tempore exercituum, & cavalcatarum ad conſulend. cum Vicariis DD. Poteſtatis, et Capitan., et Antian. et Conſ. Pop. Bonon., ſalvo quod, ſi habeant equum in Comuni teneantur, & debeant venire, vel mittere ſufficientem reſcontrum loco ſui cum equo, quem ipſe, vel ipſi habent, vel habebunt in Com. Bonon. adſignatum, vel adſignandum etc.

CCC

Part. I. Pag. 217. Lit. b.

Ex Archiv. Pub. Bon.
In *Memorialib. Laurentii Bonacatti pag.* 8. *an. MCCLXX.*

DOminus Franciſchus condam Domini Accurxii, Dominus Albertinus de Carariis, Dominus Rufinus de Principibus, Dominus Baxacomatre, Dominus Lambertinus Ramponus Doctores Legum, quilibet eorum in ſolidum volentes ſatisfacere de iniuriis, et violentiis factis per eos, vel eorum ſeguaces die Lune decimaquarta intrante preſente menſe Julii in Eccleſia Beati Petri Bon., et in Canonicam, et Domum ejuſdem Eccleſie, et in Dominum Bon. Epiſcopum, et Dominum Archidiaconum Bon., et eorum familiares, et in Canonicos eiuſdem Eccleſie, et in turbationem divini Officii, quod tunc in ipſa Eccleſia celebrabatur, ſponte, et libere ſubiecerunt ſe ſtare omnibus mandatis, moderationi, et iuriſdictioni, et diſpoſitioni dicti Domini Epiſcopi ſpiritualiter, et temporaliter; et omnia alia fecerunt, et promiſerunt, ac iuraverunt, que in inſtrumento continentur inde facto hodie manu Ugolini Gualcheri Not. in Palatio dicti Domini Epiſcopi, preſentibus Dominis Foligno, Jacobino, Paulo de Galutiis, Gambertino Canonico Bonon., Magiſtro Deolacora de Mantua, Bertoldo Canonico Vulterano, Gerardo Archipresbitero de Campo Paganello Priore Sancti Apolenaris ......, presbitero Rolando de Sererico, et Laurentio Bonacatti Not., ut predicti dixerunt, et ſcribi fecerunt.

Eodem die Sabati tertiodecimo exeunte Julio Dominus Rogerius Archidiaconus Bon. ex una parte, Dominus Franciſchus quond. Domini Accurxii, Dominus Albertinus de Carariis, Dominus Rufinus de Principibus, Dominus Baxacomatre, Dominus Federicus de Scala, Dominus Lambertinus Ramponus Legum Doctores ex alia parte in ſolidum promiſerunt, et compromiſerunt in Dominum Octavianum Bon. Epiſcopum, tamquam in arbitratorem, et amicabilem compoſitorem, moderatorem, et bonum virum ſuper diſcordia, que vertebatur inter eos; ſcilicet quod predicti Doctores dicunt, ſe jus habere in examinationibus faciendis promovendorum ad honorem Magiſterii in Jure Civili, tam in ſcrutiniis, et preſentationibus, ac axiguationibus puntorum, quam in aliis, que in examinationibus, et promotionibus requiruntur tam de iure, quam de conſuetudine, dudum obtenta hec ad ſe ſpectare dicentes; que omnia dictus Dominus Rogerius adnegat, dicens ad ſe ſolum, et ad officium, et dignitatem Archidiaconatus ſpectare, et alia feciſſe, que continentur in inſtrumento dicti compromiſſi ſcripto manu dicti Ugolini Gualcherii, hodie facto in dicto loco, et preſentibus dictis teſtibus, ut predicti dixerunt, et ſcribi fecerunt.

DDD

Part. I. Pag. 225. Num. III.

Ex Tom. 43. Codic. Diplom. Gymn. Bon.

MARTINUS P. P. IV. (a)

Priori Predicatorum, et Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Bonon.

Scholares Bononienſes cuiuſdam juramenti vinculo obſtrictos ſolvere jubet.

NUper ad noſtrum pervenit auditum, quod olim Scolares in Civitate Bonon. morantes Poteſtati, Capitaneo, Antianis, Conſulibus, Conſilio, & Comuni Bononienſibus quaſdam petitiones reſpicientes favorem dictorum Scolarium porrexerunt, & preſtito juramento firmarunt, quod niſi infra certum temporis ſpatium a predicto Comuni petitiones admitterentur prefate, Scolares ipſi uſque ad feſtum Beati Michaelis proxime venturum de Civitate ipſa recederent, ad eam ex tunc infra quinquennium cauſa Studii minime redituri, & inter alias petitiones hujuſmodi continebant, ut Privilegia Univerſitati predictorum Scolarium conceſſa, & inpoſterum concedenda integre ipſis Scolaribus ſervarentur; ita quod, ſi contingat dicta Privilegia in totum, vel in aliqua ſui parte infringi, promittat, & teneatur dictum Comune mille libras Imperialium nomine pene ſolvere Romane Eccleſie applicande; quodque Poteſtas, vel Capitaneus, ſeu aliquis vices eorum gerens non poſſit Bonon. Studium impedire, prohibendo Doctoribus, ne legant, vel precipiendo ut legant contra voluntatem Scolarium predictorum, vel alio quoquo modo. Verum quia ſicut accepimus, prefati Poteſtas, Capitaneus, & Comune ſe ad predictam penam teneri nolle, ac Doctores ipſos Cives Bononienſes pro negotiis dicti Comunis velle deſtinare, quoties expedit, reſponderunt, quamquam in ceteris eedem petitiones ab eis admiſſe fuiſſe dicantur; predictis Scolaribus formidantibus ſe hujuſmodi juramento teneri, fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut providere ſuper hoc de benignitate Sedis Apoſtolice curaremus. Nos autem tanto incommodo dictorum Scolarium, deformationi ſic famoſi Studii efferentis propagationem ... Viros induſtrios, & Scientiarum claros radios diffundentes, ac prefate Civitatis diſcrimini, quo inde poſſet affici; predictorum quoque omnium diſpendiis obviare ſollicite intendentes, Diſcretioni veſtre per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus, ſi id ad commune commodum Scolarium

(a) *Ex Regiſtr. I. Martini IV. Epiſt. 96. fol. 73. MCCLXXXII. 21. Septemb.*

rium eorumdem, ad evidentem utilitatem Studii predicti, ad quietem quoque Civitatis predicte, ac plenum profectum omnium predictorum, & alias etiam ſecundum Deum expedire videritis, eos de prefata Univerſitate, quos ſuper hoc contigerit abſolutionis, vel proviſionis beneficium implorare, noſtra auctoritate a vinculo, ſeu obſervatione hujus juramenti abſolvatis, & nihilominus eiſdem, prout expedire videritis, providere ſalubriter ſtudeatis, ne hujuſmodi juramenti pretextu, vel tranſgreſſionis, ſeu violationis exceſſu, ipſorum ſtatus integritas alicujus inventionis aſtutia impoſterum feriatur: non obſtante indulgentia, qua Vobis, vel Ordinibus veſtris a Sede Apoſtolica dicitur eſſe conceſſum, quod non teneamini Vos intromittere de hiis, que Vobis per Literas Apoſtolicas committuntur, niſi in eis de indulto hujuſmodi plena, & expreſſa mentio habeatur. Datum apud Montem Flaſconem Tertio Idus Septembris, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

EEE

Part. I. Pag. 226. Num. VI.

Ex *Arch.* Publ. *Bon.*
In Memorialib. Aymerici Orandi pag. 32. an. MCCCV. 30. Decembr.

DOminus Martinus de Sullimanis Doctor Legum de Capella S. Geminiani Civis Bonon. ſanus per Chriſti gratiam mente, & ſenſu, quamvis eger corpore, nolens decedere inteſtatus ſuper diſpoſitione omnium ſuorum bonorum, preſens nuncupativum teſtamentum ſine ſcriptis condidit in hunc modum. Primo quidem reliquit de bonis ſuis pro anima ſua, & patris, & matris ſue, & quond. Bolvixie uxoris ſue CCC. libr. bonon., de quibus dari voluit, & mandavit Johanni de Solomona, vel ejus heredibus, aut pro anima ſua, ſi heres non appareret, XII. libr. bonon.

Item dari voluit Aymerico filio qnd. Alberti Speciarii de Regio X. libr. bonon., quas ei debebat ultra id, quod Dominicus Thebaldi reliquit ſibi in ſuo Teſtamento. Item dari voluit Eccleſie S. Proſperi de Argellata IV. libr. bonon., quas dixit ſe debere dicte Eccleſie, ut credebat, tamen non erat bene certus. Item dari voluit Thomaxio filio quond. fratris Gerardi XXX. libr. bonon. includendo in eis quicquid ſibi deberet ex quacumque cauſa. Item dari voluit Franciſcho fil. fratris Gerardi V. libr. bonon. includendo in eis quicquid ſibi deberet ex quacumque cauſa. Item dari voluit Sorori Jacobe filie qu. fratris Gerardi V. libr. bonon. includendo in eis quicquid ſibi deberet ex quacumque cauſa. Item dari voluit Fratri Homobono de Ordine Fratrum Predicatorum V. libr. bonon. Item dari voluit Eccleſie S. Geminiani predicte V. libr. bonon. in auxilium unius Calicis emendi. Item dari, & ſatisfieri voluit de dicta Summa omnibus, quorum eum eſſe debitorem probabiliter apparebit. Reſiduum vero voluit, & juſſit diſtribui in pios uſus, & circha funus, & ſepulturam ſuam, quam ellegit penes Eccleſiam Fratrum Predicatorum de Bonon. jubens eam fieri, & in ea impendi ſine aliqua ſuperfluitate innanis glorie. Item reliquit iure prelegati Domino Paulo Doctori Legum ejus filio Libros Legales, quos habet, ſcilicet Codicem, Digeſtum Vetus, Digeſtum Novum, Infortiatum, Autenticum, & tres Libros Codicis, & quicquid mobile, vel immobile ſibi acquiſivit, & tenet. Jubens ei, ut ſuſcipiat pro eo honus legendi in Scolis uſque ad proximum feſtum S. Michaelis. Item reliquit ei doctes uxoris ſue, que fuerunt CL. libr. bonon. Et ſi apparerent aliqua Inſtrumenta, quorum occaſione videretur eum, vel uxorem ſuam, aut aliam perſonam jus habere in podere, quod fuit Petri Maraniſii, & eſt juxta Sapinam occaſione dictarum doctium, juſſit eum ſic facere, & curare, quod illis Inſtrumentis nemo utatur, cum fuerint ficticia, & ſymulata. Item juſſit dictum D. Paulum facere, & curare taliter, quod Barthulomeus Magiſtri Boni, vel quicumque haberet iura cetia ab eo non utatur Inſtrumento debiti CXXXXV. libr. bonon. facto per dictum teſtatorem dicto Barthulomeo, cum dictum inſtrumentum factum eſt innane per ſolutionem factam dicto Dno Paulo per dictum teſtatorem. Item reliquit predicto Dno Paulo Cameram ſuam, ſcilicet lectum, & omnes pannos laneos, & lineos. Item reliquit jure prelegati Jacobo filio ſuo doctem Dne Beatrixie prime ſue uxoris, que eſt in rebus immobilibus, quas dictus Jacobus tenet, & poſſidet. Item reliquit eidem quicquid mobile, vel immobile ſibi acquiſivit, & tenet, excepta ea particula domus, in qua morantur equi, quos equos tenet, & poſſidet, quos equos etiam reliquit eidem. Item reliquit eidem dimidiam Stationis, ſcilicet petiarum, armariorum, & inſtrumentorum Stationis. Item reliquit eidem quicquid neceſſarium fuerit ad acquiſitionem iuriſpatronatus Eccleſie S. Jacobi de Gallixano uſque ad quantitatem XXX. libr. bonon. Item reliquit eidem Cameram ſuam, ſcilicet lectum, & omnes pannos laneos, & lineos. Item reliquit jure prelegati Henrico filio ſuo libros ſuos Legales, in quibus dictus teſtator ſtuduit, ſcilicet Codicem, Digeſtum Vetus, Inforſiatum, Summam Azonis, Apparatum Digeſti Veteris, & Inforſiati, Librum Inſtitutionum, & Uſus Feudorum; Digeſtum vero Vetus, & Codices pro eo parati remaneant in comuni. Item reliquit eidem doctem uxoris ſue, que fuit DC libr. bonon. ſalvo quod LXVIII. libr. bonon. eo minus percipiat de comuni, quas Jacobus de Matuglano ejus ſocer ſibi debet adhuc, cum totam doctem nun percepit. Item reliquit eidem Cameram ſuam, ſcilicet lectum, & omnes pannos laneos, & lineos. Item reliquit jure prelegati Charatio ſuo filio reliquam dimidiam ſtationis, ſcilicet petiarum, armariorum, & inſtromentorum ſtationis. Item reliquit eidem LXXV. libr. bonon. ſolvend. ſi contraxerit, & quando contraxerit matrimonium, vel Cameram dicti teſtatoris, ſcilicet lectum, & omnes pannos laneos, & lineos. Item reliquit iure inſtitutionis Johanne ſue filie alimenta decentia ex bonis ſuis, uſquequo nupſerit, vel religionem intraverit. Item reliquit eidem CCCC libr. bonon. cum nupſerit,

rit, vel CCC. cum religionem intraverit. Et eo amplius reliquit eidem quicquid eidem tempore Sponſaliorum, vel Matrimonii contrahendi in eam rem errogari conſuevit, ſecundum probabilem uſum, & conſuetudinem Civitatis Bonon. Item reliquit iure inſtitutionis Egidie ſue filie terram, quam meruit inſolutum pro doctibus ſuis poſit. in Curia Funi; Et eo amplius reliquit eidem tres turnat. terre poſit. in dicta Curia, quas meruit inſolutum tanquam de bonis Filixini Ardicionis, ut credo. Jubens, quod heredes ſui dent, & ſolvant dicte Egidie XXV. libr. bonon., ſi fuerint ſecure exhonerati a preſtatione collectarum ſolvendarum nomine dicte terre. Item reliquit jure inſtitutionis Bartholomee, Phylippe, & Buvalelle ſuis filiabus id quod eis, ſive pro eis dedit in doctem tempore, quo nupſerunt, & eo amplius cuilibet earum XX. ſold. bonon., & de hoc ſint tacite, & contente. Item reliquit iure inſtitutionis Blancholino, Azzoline, & Beſule filiis Dni Bonifatii de Galutiis, & Thomaxie qu. filie ſue doctem Matris earum, & eo amplius cuilibet eorum XX. ſold. bonon., & de hoc ſint taciti, & contenti. Item reliquit Fr. Sallimanno de Ordine Fratrum Minorum annuas V. libr. bonon., incluſis in hiis annuis V. libr. bonon. id quod ſibi debet annuatim ex conventione innita inter dictum Fratrem ex parte una, ipſum teſtatorem, Mag. Maglum, & Sullimannum ex altera. Item dixit, aſſeruit, & confeſſus fuit, quod quedam domus, que eſt in contrata S. Marie de Claviga iuxta vias publicas, & iuxta illas de Doctis, quam tenet, & poſſidet Sullimannus fil. quund. Juhannis fratris ſui, eſt dicti Sullimanni, & quod pretium ſibi ſolvit ex ea; Et ideo iuſſit eum non moleſtari ab heredibus ſuis. Item iuſſit &-voluit, quod omnia Inſtrumenta, ex quibus appareret eum dediſſe ad affictum podere de Galixano, ſive terram, & vineam de Miſericordia, ſint caſſa, & vana, ac nullius valoris, & ea occaſione nichil poſſe peti ab aliqua perſona. Commiſſarios autem ſuos, & huius teſtamenti executores eſſe iuſſit, & voluit Dn. Paulum, & Jacobum ſuos filios, et Fratr. Homobonum de Ordine Fratrum Predicatorum, quibus addit licentiam, & liberam poteſtatem alienandi, & obbligandi de bonis ſuis ſic et taliter, ut omnia in preſenti teſtamento etc. In omnibus vero aliis ſuis bonis, mobilibus, et immobilibus, iuribus, et actionibus preſentibus, et futuris Dn. Paulum Leg. Doctor., Jacobum, Henricum, et Charatium ſuos filios equis porcionibus ſibi univerſales heredes inſtituit, videlicet dictum Dn. Paulum in medietate totius poderis ſui poſit. in Terra Medeſani, que medietas eſt CL tornat. Item in parte domorum, quas emit Aeizillus, ſcilicet in ea parte, que fuit Jacobi de Ulmo. Item in podere ſuo, quod habet in Terra S. Johannis in Triario. Item in domo cum terra, que eſt ſupra Portam Caſtiglioni. Jubens eum de hac parte eſſe contentum. Et dictum Jacobum in toto podere ſuo, quod eſt in Terra Galixani cum Caſtellario, et iuribus omnibus ſpectantibus ad dictum podere. Item in Terra, quam emit a Dno Paſipovero Baioli poſit. in Curia Sancte Hellene. Item in parte domorum, quas emit Acizillus, ſcilicet in ea parte, que fuit filiorum quond. D. Bartholomei, et ea parte iuſſit eum eſſe contentum. Et Henricum predictum in quodam ſuo podere ſito in Curia S. Johannis in Triario juxta Sapinam, quod fuit Soldani de Galutiis. Item in domibus, quas emit ab heredibus qnd. Bonrecuperi Speciarii. Item in quadam pecia terre aratorie, et vineate poſit. in guardia Civitatis in Contratis Miſericordie. Item in quadam pecia terre vineate poſit. in Curia S. Ruphilli, et ea parte iuſſit eum eſſe contentum. Charatium vero in alia medietate totius dicti poderis de Medeſano, que medietas eſt CL. tornat. Item in toto podere, quod eſt in Curia Argellate, ſive Venazani. Item in quadam pecia terre vineate poſit. in contratis Coddalonghe. Item in quadam domo poſita in Platea Maiori juxta domum Soc. Notariorum, et ea parte iuſſit eum eſſe contentum. Quas res omnes dedit predictis ſuis filiis prem. emancipationis, ut conſtat ex inſtrumento ſcripto manu Petrizoli Not. volens, & mandans, quod podere, quod fuit Petri Maraniſii, & eſt iuxta Sapinam, remaneat in communi pro ſatisfaciendo doctibus Uxoris dicti Dni Pauli, & Uxoris dicti Henriei, de quo podere habeat tantum dictus Dns Paulus, quod valeat CL. libr. bonon. ad rationem octo libr. bonon. pro tornat. Et dictus Henricus habeat tantum quingenas triginta duas libr. bonon. ad dictam rationem pro doctibus ſupradictis. Reſſiduum vero dicti poderis ſit, & remaneat in communi etc. Et hanc ſuam ultimam voluntatem aſſeruit eſſe velle, quam valere voluit iure teſtamenti; quod ſi jure teſtamenti eam non valere contingeret, valeat ſaltem, iure Codicillorum, vel iure cuiuslibet alicuius ultime voluntatis, prout melius valere poterit, cum omnibus aliis in dicto teſtamento intraſcriptis ex Inſtrumento Petrizoli Not. hodie facto Bonon. in Camera dicti Teſtatoris preſentibus presbitero Bartuulomeo Recture Eccleſie Sancti Geminiani, qui aſſerunt cognoſcere dictum teſtatorem, et eum eſſe ſane mentis, Fratre Nicolao Ordinis Militie Beate Marie, Dno Egidio qnd. Dni Jacobini de Ugiano etc.

FFF

Part. I. Pag. 228. Num. III.

Ex Arch. Pub. Bon.
In libro Epiſtolarum publice ſcriptarum ſub Antonio de Fuſſiraga Pot. an. MCCXCI.

MAgnificis, & potentibus Viris Dominis eorum precipuis Dn. Bernardino de Scotis de Placentia honorab. Pot. Bonon. Civit., D. Alberto D. Odofredi, D. Paxio de Paxiis LL. Profeſſoribus, D. Alberto de Aſenellis, D. Johanni de Baxacumatribus, D. Bonavolta de Malavoltis, D. Bonifacio de Samaritanis, D. Taurelio de Taurellis, & aliis Sapientibus de Civit. Bon., qui pro Comuni Bonon. fuerunt ad colloquium inter Imolam, & Rivum Sanguinarium cum infraſcriptis de Faventia die primo menſis Dec. Maghinardus Paganus de Sucinano defenſor Civit., & diſtrict. Faven., Guido Raulis de

Zam-

Zambraxiis, Raynerius, Bernardinus fratres comites de Cunio, & Righetus de Regatis cum commendatione ſe ipſos.

Cupientes mandatis veſtris in omnibus totaliter obedire pro conſtanti reſponſione dominationi veſtre ſcribimus, & firmamus, quod non intendimus aliqua ratione, vel cauſa per Nos, vel noſtros ſequaces relevari, ſeu relevari facere foveas, vel vallum Civitatis Faventie, vel ibidem alias munitiones, ſeu fortalitias facere, niſi quatenus de veſtro, & Comunis, et Pp. Bonon. mandato expreſſo procederet. Et per omnem fortalitiam factam in Burgo Porte Pontis, ſeu Durbeco in continenti cum effectu in .... convertimus, & ſplanamus; et quod Civitatem Imole, & homines habitantes in ea, que, & qui ſunt in protectione Comunis, & Pp. Bonon. diligenter cuſtodiemus, & ſalvabimus ab omni violentia, & inquietudine perſonarum, & rerum per Nos, & noſtros ſequaces omnes. Precamur tamen, ut taliter providere velitis, quod amici, & ſequaces noſtri comitatus Imole poſſint libere, & ſecure ad Nos venire cum perſonis, & rebus pro omnibus agendis, que ſpectarent ad bonum ſtatum, honorem, & magnitudinem Comunis, & Pp. Bonon. abſque inquietudine, & moleſtia illorum, qui habitant in Civitate, Comitatu, & diſtrictu Imole, qui ſunt in protectione Comunis, & Pp. Bonon.; & quod abſtineant ab omnibus offenſis, & inquietudinibus nobis, vel ſequacibus noſtris, inferendis in perſonis, vel rebus; et quod vobis placeat pacificare omnes diſcordias, que vertuntur inter amicos Civitatis, et Comitatus Imole; et promittimus pro nobis, & noſtris ſequacibus, & amicis adimplere omnia mandata, que per vos Comune, et Pp. Bonon. nobis alte, et baſſe fient tam in pacificando nos cum quibuſcumque perſonis, quam in aliis omnibus preterquam cum Dominis domus Manfredorum de Faventia, quod ipſum non crederemus bonum, vel utile Comuni, vel Pp. Bonon., nec pro nobis. Civitatem autem Faventie, & homines nunc habitantes in ea ſub protectione veſtre dominationis Comunis, et Pp. Bonon. recomendationis vinculo duximus applicandam. In cujus rei teſtimonium propriis ſigillis hanc paginam duximus muniendam.

Dat. in Palatio Com. Faventie ſub anno a Nativitate Domini mill. ducenteſimo nonageſimo, Indict. tertia, die primo Decem. Preſentibus teſtibus Fulcherio, et Johanne fratribus de Calbalo, Lucio de Balois de Ravenna, Petrizolo Petri Taurelli de Forlivio, et aliis ad hoc vocatis, et rogatis etc.

Ego Ugolinus qnd. Uberti de Caſali Imp. auct. Not. mandato dominorum Magninardi, Guidonis, Rayneri, Bernardini, et Rigneti ſcripſi, et publicavi.

Ego Yvanus quond. Bentivogli auct. Imp. Not., ut in autentico ſigillato quatuor ſigillis ſcripto inveni etc. fideliter exemplavi, et ſcripſi.

Part. I. Pag. 230. Num. IX.

Monumentum, quod juxta ordinem conſtitutum hic afferendum eſt, vide ſupra in *Append. Pag. 105. Lit.* BBB.

OGG

Part. I. Pag. 236. Lit. e.

Ex Arch. Pub. Bon.
Ex *Memor. Milanitti de Milanittis an. MCCXCVIII. die XXVII. Jul.*

DIſcretus Vir D. Ugolinus de Montezanico Procurator Sapientis Viri Domini Dini de Muxello Leg. Doct. habens ad infraſcripta plenum mandatum, prout de ipſo mandato, & procuratione patet ex inſtrumento ſcripto manu Blancni Not. a me Notario viſo, & lecto, nomine dicti Domini Dini promiſit per ſtipulationem ſine aliqua exceptione juris, vel facti ſe obligando Arnulfo qu. Johannini Not. dare, & ſolvere, ac reſtituere eidem, aut ſuo certo nuncio, vel ejus heredibus CL. lib. bonon. hinc ad duos menſes proxime venturos in Civit. Bonon., quam pecunie quantitatem dictus Dominus Ugolinus Procurator dicti Domini Dini, ut dictum eſt, confeſſus, & contentus fuit habuiſſe, & recepiſſe, ac ſibi nomine dicti Domini Dini integre datum, ſolutum, & numeratum fuiſſe ab eodem Arnulfo ex cauſa mutui de pura ſorte, & gratia ſpeciali, ſcilicet centum libras pro dando, & offerendo ſuper Altare Mon. S. Columbani de Bononia, & quas centum libras ipſe Dominus Ugolinus de ipſius Domini Dini mandato, dedit Abbatiſſe, & Monialibus dicti Mon. S. Columbani de Bononia, ponendo, & dimittendo eas ſupra dictum Altare in preſentia Abbatiſſe, & Monialium nomine oblationis ratione, & occaſione Domine Bice uxoris dicti Domini Dini, que tunc temporis ipſius oblationis aſſumpſit habitum Religionis in Monaſt. prelibato ante dictum Altare, & alias quinquaginta libras, quas ipſe Dn. Ugolinus ipſius Dn. Dini mandato ſolvit, ac dedit in veſtimentis, & aliis pannis neceſſariis ipſi Domine Bice in dicto Monaſterio cum pactis, penis, promiſſ., obligat. in ipſo inſtrum. appoſitis, ex inſtrum. Johannis Mag. Petri Barberii de Uozola Not. hodie facto Bonon. in Palatio Epiſcopali preſ. Vandino qu. D. Alberti de Piccigottis, Matthioli, D. Benvenuti de Rognatico, Ugone Borgnexani Not. Offic. Memor., Petronio Petri Benedicti Not., Princivalle de Piccigottis teſtibus, & ſic dicti contrahentes dixerunt, & ſcribi fecerunt una cum dicto Notario, & partes cognite fuerunt a dicto Not.

HHH

Part. I. Pag. 243. Lit. l.

Ex Archiv. Publ.
In libro Diverſ. Conſiliorum, & aliarum rerum Populi, & Communis Bonon.

IN Chriſti nomine. Amen. Infraſcripti ſunt, qui eſſe debent de Conſilio duorum millium pro anno futuro milleſimo ducent. nonag. quart. Indictione ſeptima.

De Quarterio Porte Ravennatis.

Dominus Baxacomater de Baxacomatribus Doctor Legum.

Domi-

Dominus Gardinus de Gardinis Doctor Legum.

Dominus Tadeus Domini Ubaldi de Caſtro S. Petri Doctor Legum.

Deletum nomen ſuper inducta linea, & ad latus pagine hec eadem manu adſcripta ſunt: Dominus Zordanus Domini Bologniti de Flagnano poſitus loco dicti Domini Tadei, qui ſe vult de Civit. Bonon. aſcentare ex inſtrumento Bologniti de Flagnano Not.

Sequuntur deinde nomina eorum, qui erant in Conſilium.

III

Part. I. Pag. 244. Lit. c.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Memor. Com. an. MCCLXXXVI.

DN. Rainaldus de Concoregio Juris Peritus promiſit Domino Leoni Yzignardo, & Oldratu de Mucago Civibus, & Notariis Laudenſibus Sindicis, & Procuratoribus Comunis Laude ex inſtrumento Petri Saleni Notar. ut dixerunt recipientibus eorum nomine, & dicti Comunis ire in Civitatem Laude, & legere in ſequenti anno Infortiatum, vel alium librum extraordinarium ad voluntatem dicte Civitatis Scholarium, & ire ibi in feſto S. Michaelis, vel infra quartum diem menſis Octobris proxime venturi, & promiſit eidem dare, & ſolvere pro ſuo ſalario quadraginta lib. imperialium; & ſi contingeret eum doctorari infra feſtum S. Michaelis proximi, promiſit ei dare ultra dictam quantitatem decem lib. imperialium, ideſt medietatem in feſto Nativitatis, & aliam medietatem in feſto Paſcatis Reſurrectionis ex inſtrumento Mattei Cambii Not. hodie facto Bonon. in ſtatione Domini Arditionis Domini Guidonis de Milano, preſentibus Domino Guillelmo de Mediolano, Domino Arditione Domini Guidonis de Milano, Nicolao Domini Virgilii teſtibus, & ſic dicti contraentes preſente dicto Notario dixerunt, & ſcribi fecerunt.

KKK

Part. I. Pag. 245.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Memorial. Com. Nicolai Michaelis Aimerii pag. 14. an. MCCXCIV.

Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto Indict. ſeptima die Sabathi quarta menſis Setembris. Dom. Chabrinus de Seregnanis de Cremona promiſit Dn. Magiſtro Petro de Boateriis legere Librum Inſtitutionum in teſtu Gloſſis melius quam ſciverit, et poterit Bon. in anno in Scholis dicti Magiſtri Petri, inchoando legere dictum Librum in feſto S. Luche proxime venturi, et finiendo ipſum ante Paſcha Reſſureccionis Dominice proxime inſtanti per oto dies. Et reincipiendo legere dictum Librum infra oto dies poſt dictum Paſcha, terminando ipſum quam melius poterit, niſi infirmitate fuerit impeditus. Promittens etiam dictus Dn. Chabrinus eidem Mag. Petro non legere dictum Librum Inſtitutionum infra dictum terminum in aliquibus Scholis, vel locis Civitatis Bononie, quam in predictis, et non recedere de Civitate Bononie. Si recedit, tunc poſſit ſtare, et morari extra Civitatem Bononie per oto dies, et non ultra, conſtituendo ſibi cum receſſerit ydoneum ſubſtitutum, excepto quam in feſto Nativitatis, vel Reſſureſcionis Dominice. Verſavice dictus Dn. Magiſter Petrus promiſit dicto Dn. Chabrino dare eidem Scholas libere, et ſemel in die intra dictum terminum. Nec recipere aliquem legentem dictum Librum in dictis Scholis hora, quam ipſe Dn. Chabrinus ſibi elegerit pro dicto Libro legendo, dumodo non poſſit ipſe Dn. Chabrinus horam ſibi per eum ellectam mutare. Item quod promittet ipſe Mag. Petrus eidem Dn. Chabrino facere choletam pro ejus ſalario a Scholaribus ab eo audientibus dictum Librum, toties quoties ſibi placuerit, dumodo non exigat niſi ſemel choletam ab aliquo Scholarium ab eo audientium dictum Librum pro unaquaque letura, neque permittet ei preſtare Librum, ſeu Libros Scholarium ſibi nolentium ſatiſfacere de ipſius ſalario, et labore, et illos tenere, donec eidem fuerit ab ipſis integre ſatiſfactum. Facta vero eidem ſolutione ab ipſis teneatur eis reſtituere ipſos Libros. Preterea hoc actum extitit inter eos, quod dictus Dn. Chabrinus non poſſit compellere aliquem ex Scholaribus intrinſecis abitantibus in dictis Scholis cum dicto Mag. Petro, et ab eo audientibus dictum Librum ad ſolutionem ſibi ab eis faciendam ultra quantitatem oto ſolidorum Bonon. pro qualibet letura. Que omnia, et ſingula ſupraſcripta promiſit unus alteri ad invicem ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde intervenientibus, firma et rata habere, ſub pena quinquaginta libr. bon. ex inſtrumento Anthonii Bolandini Bonaventure Notarii hodie facto Bononie in Curtili Pavaneſium, preſentibus Dno Magiſtro Iiolano de Tridento, Bertoletto de Ghiroldis de Cremona, Paſquale de Chariola de Triviſio, Buto de Florentia, et Johanne Bompare teſtibus. Sic dicti contraentes una cum dicto Notario venerunt, dixerunt, et ſcribi fecerunt.

MONUMENTA
SPECTANTIA
AD PROFESSORES JURIS CANONICI.

A

Part. I. Pag. 282.

Ex Archiv. Monaſt. SS. Naboris, & Felicis, nunc Senat. Bonon. lib. 1. num. 1.

Hoc eſt exemplum cujuſdam publici Inſtrumenti, cum die, & Conſule, cujus tenor ut ſequitur in hæc verba videlicet. Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo nono Kal. Januarii Indictione ſecunda. Teſtes Magiſter Ugicio Piſ., & Magiſter Omnebonum, & Petrus S. Ceſarii, & Andreas Frater Abbatis, & Auguſtinus, in quorum preſencia Donnus Lanfrancus Abbas Monaſterii S. Felicis, & ſui Fratres Monaci ejuſdem Monaſterii, ſcilicet Donnus Oddo, & Donnus Rambertus, & Donnus Rolandus, & Donnus Albertus Aygonie, necnon & vicini S. Bartholomei de Beveraria, ſcilicet Zuzilione nunc Conſul Beverarie, & Sinibaldus, & Johannes Goti, & Bernardus, & Guidoctus quondam Azonis Tineherii, & Laurencius de Landulfis pro ſe, & pro hominibus aliis convicinis, ut ipſi aſſerebant, in Beveraria habitantibus, fuerunt in plena concordia, quod presbiter Bonifacius debeat remanere in prefata Eccleſia S. Bartholomei pro prefato Abbate, & ejus Fratribus, & pro omnibus vicinis in Beveraria habitantibus. Et ſic deinceps omnes presbiteri, qui erunt in prefata Eccleſia, debent manere in ipſa Eccleſia pro preſcripto Abbate, & ejus Fratribus, & pro omnibus vicinis Beverarie, qui ibi habitant; hoc tamen addito, quod ſi Dn. Abbas, eo tempore quandu erit neceſſe mittere presbiterum in dicta Eccleſia, habebit bonum & ydoneum, atque utilem presbiterum de ſuis, ſcilicet Monachum, vel Converſum, quem voluerit mittere in prefata Eccleſia, quod vicini debeant recipere, & ipſe presbiter debeat ibi manere pro Abbate, & Fratribus, & vicinis communiter. Alioqui debet Abbas, & ejus Fratres communi concordia cum vicinis prefate Eccleſie invenire alium presbiterum bonum & ydoneum bona fide, ſine fraude, & dimictere in prefata Eccleſia, qui debeat ibi manere pro Abbate, & Fratribus predictis, & vicinis communiter. Actum juxta Clauſtrum dicti Monaſterii. Ego Ventura qu. Regis Henrigi Not. interſui, &, ut ſupraſcriptum eſt, mandato ambarum partium ſs.

Egu Paulus qnd. Lenſi de Coſpis civis Bonon. publicus Apoſtolica Imperiali, & Comunis Bonon. auctoritate Notarius ſupraſcriptum exemplum per Rainaldum infraſcriptum ſcriptum, & exemplatum &c. ſub anno Dn. MCCCXCV. Indict. tertia, die quarto menſ. Jan. Pontific. vero Dñi nri Bonifacii Pp. VIIII., an. quarto.

B

Part. I. Pag. 284. Lit. g.

Mitrale Sicardi Cremonenſis Epiſcopi in Cod. Vatic. 1135. membranaceo admodum antiquo, quique ejuſdem Auctoris ætatem redolet. Ejus hic titulus eſt aliquanto recentiori litera ſcriptus: Tractatus grandis utilitatis. Opus Mitralis Sycardi Cremonenſis Epiſcopi de Officio, & Ordine Eccleſiaſtico per circulum anni. *In prima Libri pagina picta eſt Sicardi imago Mitra, & Pedo, aliiſque Pontificalibus inſignibus ornata. Ita autem toti Operi Sicardus præfatur.*

Divitem prudentem, qui neceſſarios ſuos ad cenam invitare voluerit, cenaculum, & officinas conſtruere convenit, & ornare, utenſilia preparare, miniſtros inſtituere, veſtibus decorare, demum ſingula officia, ſingulis aſſignare miniſtris. Sic dives ille, cui omnia ſerviunt, in principio creavit celum, & terram, mare, & omnia, que in eis ſunt, & Mundi machina cum mundialibus fabricata. Formavit hominem de limo terre, & ſpiravit ei ſpiraculum vite, & poſuit eum in Paradiſo voluptatis, aſſignans ejus victui omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſoave. Cumque finis univerſe carnis veniſſet coram eo, quia terra fuerat iniquitate repleta, ad ſeminarium ſcilicet originis conſervandum Arcam ei de lignis levigatis, & imputribilibus fieri, & in eam ex omnibus eſcis, que mandi poſſunt, ut eſſent ingreſſuris in victum, comportari, & Noe cum filiis ſuis intrare precepit. Magiſter etiam noſter cum in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus, volens cum Fratribus ſuis, & Diſcipulis ſecundum legem comedere Paſcha, dixit illis. Ite in Civitatem, & occurret vobis homo amphoram aque baiulans &c. Sic & nos licet imitatores indigni penitus, & imbecilles, tamen ad cultum Paradiſi, ad Sacramentum Baptiſmi, ad Cenam Domini, quando in Eccleſia ſunt celebranda, Fratres, & Filios invitaturi prius de Eccleſia, que Paradiſo & Arche grandive Cenaculo aſſimilatur hedificanda, ornanda, & utenſilibus ejus agamus. Secundo de Inſtitutione, & Veſtibus, & Habitu Miniſtrorum. Tertio de Officiis eorumdem. Quarto de Ordine Officiorum, que non ſolum ponere, ſed etiam intendimus ad unguem exponere inſtitutiones ſingulorum, & cauſas adiicientes inſtitutionum, ſed in cauſis

perſe-

perſequendis fortaſſis auctorum mentes excedam, non tamen ob hoc velox, vel emulus calumpniator arguat me pernicioſè ſcripſiſſè, quia dicit Auguſtinus in Libro 1. de Doctrina Chriſtiana: Si quis in Scripturis aliud ſentit, quam ille, qui ſcripſit, nec pernicioſe fallitur, nec omnino mentitur; ſi tamen fallitur, ea ſententia, que edificet caritatem, quia errore deſerit viam, ſed eo per agrum pergit, quo via illa perducit; ſi via patet, corripiendus eſt, ſi via latet, docendus eſt viam non deſerere, ne conſuetudine deviandi cogatur in tranſverſum, vel perverſum ire. Cum ergo auctorum officii conſiliarius non extiterim, nec eorum mentes liberum eſt alterius indagari, licet excedere, libet in his etiam peragrari, dum tamen excurſus edificande ſit utilis caritatis.

Totum Opus dividitur in novem libros. Primus agit de Locis, nempe

De Inſtitutione Eccleſie.
De Fundatione ejuſdem.
De Altari.
De Partibus Eccleſie.
De Nominibus ejuſdem.
De Conſecratione ejuſdem.
De Reconciliatione.
De Ornatu, & Utenſilibus ejuſdem.

Liber ſecundus eſt de Perſonis, *nimirum*

De Ordinibus, eorumque Moralitate.
De Dignitatibus.
De Veſtibus ſacris, & regalibus Inſignibus.
De induendis Miniſtris.

Liber tertius continet quæ ad Miſſæ Sacrificium pertinent. Ac primo

De Nomine, tum de inſtitutione, & partibus ejuſdem. *Dividit autem Miſſam in VII. partes, ac de ſingulis diſtinctis Capitibus pro dignitate pertractat.*

Sequitur liber quartus, qui de Officiis Eccleſie inſcribitur. *Agit autem*

De Ferialibus nocturnis.
De Feſtivis.
De VII. Canonicis Horis.
De Matutinis Laudibus in ferialibus diebus.
De iiſdem in feſtivis.
De Veſpertina Synaxi.
De Collationibus, & Completorio.
De Officio Monaſtico.

Liber V. inſcribitur de Multiplicitate librorum, & Varietate temporum. *Refert autem hoc libro, quæ pertinent ad Officium Adventus pro qualibet Dominica ejuſdem.*

Tum quæ ad Vigiliam Natalis Domini, & ad reliquos ſolemnes dies Natalis, Epiphaniæ &c. ſpectant uſque ad Septuageſimam.

Sequentibus duobus libris VI. & VII. continentur Officia, *quæ a Septuageſima uſque ad Octavam Paſchæ.*

Libro VIII. Officia, *quæ ab Octava Paſchæ uſque ad XXIV. Dominicam poſt Pentecoſtem occurrunt.*

Libro poſtremo Officia Sanctorum habentur. Sunt autem ab Adventu ad Nativitatem Dñi.

De S. Nicolao.
De S. Lucia.
De S. Thoma.

Tum ſequuntur Nomina SS. quorum Feſta occurrunt a Nativitate Domini uſque ad Septuageſimam.

De Feſto S. Stephani.
De B. Jo: Evangeliſta.
De Feſto Innocentium.
Felicis in Pincis.
Marii, Marthe, Audifacis, *& alior.*
De SS. Fabiano, & Sebaſtiano.
De Feſto S. Agnetis.

A Septuageſima uſque ad Reſurrectionem.

De Feſto S. Blaſii.
De S. Agatha.
De Feſto Cathedre S. Petri.
De Feſto S. Mattie.
De Annunciatione Virginis.

De Feſtis a Reſurrectione uſque ad Octavam Pentecoſtes.

De S. Marcho.
Philippi, & Jacobi.
De Inventione Crucis.
De Feſto S. Joh. ante Portam Latinam.
De Feſto S. Marie ad Martyres.
De Victoria S. Michaelis.

Ab Octava Pentecoſtes uſque ad Adventum Domini.

De Feſte SS. Marcellini, & Petri, SS. Gervaſii, & Protaſii.
De Sanctiſſimo Joh. Baptiſta.
De Feſto SS. Joh., & Pauli.
De Feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli.
De Feſto Diviſionis Apoſtolorum.
De Feſto SS. Septem Fratrum.
De Tranſlatione S. Benedicti.
De Feſto B. Jacobi Majoris.
S. Petri ad Vincula.
De S. Stephano.
De Transfiguratione Domini.
De S. Laurentio.
De Decollatione B. Joh. Baptiſte.
De Conceptione & Nativitate B. Virginis.
De Exaltatione S. Crucis.
De S. Michaele.
De S. Remigio.
De S. Luca.
Apoſtol. Simonis, & Jude.
In Nativitate omnium SS.
IV. Coronatorum.
De S. Cecilia.
Generaliter de Feſtis.

Atque hic definit IX., & poſtremus Liber Mitralis, quem ita abſolvit Auctor.

Hec ſunt fercula, & meri vini pocula, que vobis, Fratres, & Filii, ut pincerna in cena, & cenaculo preſentavimus, quibus oſtia clau-

Digitized by Google

claudimus, ne fauces maſticando fatiſcant, nec ſtomachus plenus eructet, quia omne ſupervacuum pleno de pectore manat. Comedite igitur, & bibite, quod ſatis eſt, iuſtitiam tamen eſurientes, & in preſenti epulo ſitientes, ut in futuro ſatiemini cum apparuerit gloria Domini. Amen.

C

Part. I. Pag. 285. Num. V.

Ex Tom. 43. Cod. Diplom. Gymn. Bonon.

ALEXANDER P. P. III. (a)

Illuſtri Anglorum Regi.

Magiſtro D. Gymnaſii Bononienſis Alumno vacaturam Præbendam in Eccleſia Lincolnienſi ſe contuliſſe renunciat; eumque ipſi vehementer commendat.

INter ceteros Magnificentie Tue Nuncios, qui ad noſtram preſentiam acceſſerunt, Dilectus filius noſter Magiſter D. ſcholaſticis diſciplinis, & ſtudiis, quibus Bononie vacabat, relictis, noſtro ſe conſpectui preſentavit. Et ad promovenda negotia Tua, ſicut Vir literatus, providus, & diſcretus, ſtudium, & operam quantam potuit adhibere curavit; & ſe Excellentie Tue fidelem in omnibus, & devotum exiſtere certis judiciis comprobavit. Nos autem, qui Viris Eccleſiaſticis, & illis maxime, qui inter ceteros literatura, honeſtate, & diſcretione preſulgent, ex noſtri officii debito ſubvenire debemus, & eorum commodis cura propenſiori intendere, jam dicti D. ſcientiam, egeſtatem, & prudentiam ad animum ſollicite revocantes ipſum Munificentie Tue duximus ſtudioſius commendandum. Licet enim Nos pro eo Tua Clementia ſollicitare deberet; quia tamen perſonam ejus, ſtatum quoque, & facultatem ipſius plenius novimus; Tuam pro eo Sublimitatem noſtris precibus prevenimus. Unde quoniam in Regno Tuo, de quo extitit oriundus, natalis ſoli dulcedine captus, potius quam in extera regione deſiderat permanere, Nos illi in eodem Regno curavimus providere. Credentes ſiquidem, & ſperantes, quod Munificentie Tue non debeat diſplicere, ſi ejus neceſſitati pro commiſſi Nobis miniſterii auctoritate proſpeximus; eidem primam Prebendam, quam in Eccleſia Lincolnienſi vacare contigerit, pia diſcretione conceſſimus, preſertim cum eum non ſolum Canonicatu, ſed & Epiſcopatu dignum eſſe credamus, et ad hec, quantum Nos comprehendere potuimus, idoneum judicemus. Cum enim Eccleſia jam dicta propria in hoc tempore deſtituta Paſtore, juxta noſtri officii auctoritatem vices Epiſcopi in ea de regia devotione, ac ſinceritate conſiſi ſupplevimus, & memoratum D. de prima Prebenda, que ibidem vacabit, Canonicum inſtituimus, ne forte aliquo caſu interveniente Noſtre proviſionis impediretur effectus, & idem deſiderato gratie Tue munere fruſtraretur. Ad regie

(a) *Ex Cod. Vatic. num. 6024. fol. 152. an. MCLXIII.*

ſiquidem magnificentie cumulum non eſt dubium pertinere Viros literatura, & honeſtate perſpicuos, & eos maxime, qui de regno Tuo oriundi exiſtunt, in beneficiis, & aliis gratie muneribus retinere, ne paupertatis occaſione ſe ad exterorum regna cogantur transferre. Inde ſiquidem eſt, quod Serenitatem Tuam per Apoſtolica Scripta rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, ut quod a Nobis ſuper hoc factum eſt, quantum ad Tuam Celſitudinem ſpectat, ratum velis, & firmum haberi, & ita executioni mandari, ut idem ab aliquo malitioſe turbari nequaquam ſuſtineas, nec occaſione donationis, vel promiſſionis in alium a quolibet facte id aliquatenus impediri permittas; ſed ita Noſtras in hac parte preces exaudias, ſicut Tuas a Nobis, cum opportunitas ſe obtulerit, & quantum cum Deo poterimus, volueris exaudiri. In hoc enim ſicut credimus dignam a Deo mercedem recipies, & coram Hominibus laudem multiplicem non inmerito reportabis.

D

Ex eodem Tomo.

ALEXANDER P. P. III. (b)

Dilecto Filio Magiſtro D.

Canonicatum Lincolnienſem ei largitur.

LIteraturam, honeſtatem, & prudentiam tuam diligenti conſideratione penſantes, & quod in Eccleſia Dei non modicum impoſterum proficere poteris attendentes, ad commodum, & profectum tuum, in quantum honeſtas permittit, pro Noſtri officii debito libenter intendimus, & neceſſitati tue preſertim cum Beneficium ſatis parvum, & tenue habeas, ſcilicet quod honeſte ſubſtentationi tue non ſufficit, prompto ſtudio ſubvenire curamus. Unde cum Lincolnienſis Eccleſia nullum ad preſens Epiſcopum habeat, Noſque non in partem ſollicitudinis, ſed in plenitudinem poteſtatis licet immeriti a Domino ſimus vocati, Te ejuſdem Eccleſie authoritate Beati Petri, & Noſtra Canonicum inſtituimus, & primam Prebendam, quam in ea vacare contigerit, ea qua fungimur poteſtate concedimus: Statuentes, ut ſi Epiſcopus, vel alius quislibet contra hoc venire preſumpſerit, ejus in hac parte factum nullas vires obtineat, ſed caſſum, & vacuum penitus habeatur, nec conceſſio, ſive donatio, quia jam ab alio facta, Tibi in hoc aliquid poſſit nocumentum preſtare. Decernimus ergo, ut nulli hanc Noſtre conceſſionis &c.

Ex eodem

(b) *Ex Cod. Vatic. num. 6024. fol. 152. an. MCLXII.*

E

Ex eodem Tomo.

ALEXANDER P. P. III. (a)

Decano, & Capitulo Lincolnienſi.

Ut prædictum Magiſtrum D. in Fratrem, & Concanonicum recipiant, atque Beneficium aliquod, ſi vacare contigerit, conferant.

QUoniam ad Noſtrum ſpectat officium Viris honeſtis, & literatis in Eccleſia Dei locum congruum aſſignare, & eorum proviſioni animo libenti intendere; Dilectum Filium noſtrum Magiſtrum D. Virum utilem, literatum, providum, ac diſcretum, & non ſolum Canonicatui, ſed Epiſcopali etiam, in quantum Nos comprehendere potuimus, idoneum dignitati, Eccleſie veſtre Canonicum auctoritate Apoſtolica conſtituimus, & ipſi primam Prebendam, quam in eadem Eccleſia vacare continget, ea qua fungimur poteſtate conceſſimus. Unde quoniam de tanti Viri conſortio debetis non immerito plurimum gratulari, preſertim cum per Eum Eccleſie veſtre magiſterium, quam ipſi per Eccleſiam videatur collatum fuiſſe; Univerſitati veſtre per Apoſtolica Scripta precipiendo mandamus, & in virtute obedientie injungimus, ut eum cum ad Vos venerit in Fratrem, & Concanonicum omni contradictione, dilatione, & appellatione poſtpoſita recipiatis, & illi certum locum in Choro, & Capitulo aſſignantes, ipſum de prima Prebenda, que in Eccleſia veſtra vacare continget authoritate Noſtra inveſtiatis, & aliis, ſi que ſolent in Prebendarum inveſtituris de Eccleſie veſtre conſuetudine ſolemnitatibus adhibitis, conceſſionem noſtram precipiatis ab omnibus irretragabiliter obſervari: Si autem aliquis Epiſcopus, vel alius quislibet contra hoc venire preſumpſerit, & Prebenda cum vacaverit, aliis concedere, vel aſſignare tentaverit, ejus in hac parte factum nullas vires obtinere volumus, ſed irritum, & vacuum prorſus haberi, neque donatio, ſeu conceſſio, quia jam ab alio facta, ei in hoc impedimentum aliquod, ſive nocumentum poſſit preſtare. Interim vero Vos precibus noſtris volumus exoratos haberi, ut prenominato D. aliquod Beneficium annuum pro Beati Petri, & Noſtra reverentia, & obtentu literature, & probitatis ſue, liberaliter concedatis, & donec Prebendam vacare contigerit aſſignetis, ut Nos devotioni veſtre multiplices interim gratias teneamur exſolvere, & preces, ac petitiones veſtras, cum opportunitas ſe obtulerit, promptius, & efficacius exaudire. In hoc enim aliquod donationis in eum facte comprobabitur judicium, & neceſſitati ſue qualecumque ſubſidium conferetur.

F

Ex eodem Tomo.

ALEXANDER P. P. III. (b)

Decano, & Capitulo Sancti Pauli Londonienſis.

Ut prædicto Magiſtro D. partem de communia ſolvant, donec, & quouſque in Gymnaſio Bononienſi ſtudiis operam navabit.

COnſtitutus in preſentia Noſtra Dilectus Filius noſter Magiſter D. Canonicus Veſter, Vir utilis, literatus, providus, & diſcretus, & Nobis ob literaturam, & probitatem ſuam carus pariter, & acceptus; auribus noſtris diligentius intimavit, quod cum in Eccleſia veſtra Prebendam ſatis tenuem, & modicam habeat, Vos ei in Scholis jam per triennium, & eo amplius commoranti partem de communia, que parva dicitur, duas ſcilicet marcas, & dimidium ad minus annis ſingulis ſubtraxiſtis, nec ipſam ei ſepius per illum, & amicos ſuos exinde requiſiti reddere voluiſtis; licet Vos ipſi obtentu diſcretionis, & honeſtatis ſue de veſtro, nedum de ſuo, deberetis maxime dum ſcholaſticis diſciplinis intendit, nec multum abundet, non ſemel, ſed ſepius liberaliter contuliſſe. Unde quoniam commodis, & incrementis ejus tanto propenſius volumus, ſicut tenemur, intendere, quanto ille literarum ſtudiis, & ali. ultra vires, & facultates ſuas noſcitur ferventius aſpirare, Univerſitati veſtre per Apoſtolica Scripta mandamus, atque precipimus, quatenus ea, que memorato D. de preſcripta communia, ex quo hac ſecunda vice Bononie ſcholaſticis diſciplinis intendit, ſubtraxiſſe noſcimini, eidem, vel alii nomine ſuo, cui ipſe mandaverit, omni mora, excuſatione, & appellatione ceſſante reddatis, & quod eum de cetero continget, ipſi, vel alii nomine ſuo abſque diminutione ſolvatis, & ita Noſtris in hac parte mandatis, atque preceptis deferre cunctis, quod adverſum Vos non debeamus merito commoveri, nec propter hoc inobedientiam veſtram punire, ſed potius obedientiam commendare. Si enim, ſicut aliquando conſuevitis, Nobis in his preſumpſeritis obviare, pro certo ſciatis, quod Nos id incorrectum, & impunitum nullatenus omittemus, cum Vobis pro tam honeſta cauſa, & pro Viro tam idoneo Scripta Noſtra mittamus.

(a) *Ex Cod. Vatic. num. 6024. fol. 152. an. MCLXII.*

(b) *Ex Cod. Vatic. num. 6024. fol. 152. an. MCLXII.*

Ex eodem

G

Ex eodem Tomo.

ALEXANDER P. P. III. (a)

Illuſtri Anglorum Regi.

Magiſtrum D. ipſi iterum commendat.

ANtequam ſecundi Nuntii Tui ad Noſtram preſentiam acceſſiſſent Dilecti Filii noſtri R. Archidiaconus Saresberienſis, & Ricardus Bar, & Magiſter D. Noſtro ſe conſpectui preſentarunt, & iniuncto ſibi negocio omnem, quam decuit curam, & ſollicitudinem adhibuerunt, & apud Nos plus iuſto etiam inſtiterunt. Unde cum aliis ſupervenientibus, & quia in labores illorum intrantibus, ea, que Nobis propoſuerant locum nequaquam habebant, prefati Viri una cum aliis, qui poſtremo venerant, diligentes, et ſtudioſi fuerunt, & maxime prefatus Archidiaconus, & Magiſter D poſtquam R. ſocius illorum a noſtra Curia receſſerat non ſolum ſicut & ceteri ad promotionem negotii Tui cum aliis, ſed etiam ſine illis diſerte, ac ſullicite laborarunt. Verum ſi de illis in aliis literis Noſtris mentionem non fecimus, mirari non debes, nec id alia credas ratione omiſſum, niſi quia ſecundi Nuntii Tui pro eo quod cum illis non venerant, ipſos in literis ſuis nolebant apponi, ſed ſicut verbum gratius, & magis acceptum attulerant, ſic reſponſum Regie Sublimitati ſoli reportare volebant, licet conſtanter proponerent, quod eos poſt adventum ſuum de Mandato Regio detinebant. Quare Nos fidei, & ſollicitudini, quam circa iniunctum ſibi, & ſocius eorum negocium habuerunt, ſignificatione preſentium teſtimonium duximus perhibendum, preſertim cum indignum eſſet, ut qui in his non minus efficaciter aliis laborarunt, ſed cum eis potius in tuo negocio uſque ad conſumationem ſteterant, minorem a Regia munificentia gratiam obtinere deberent.

H

Ex eodem Tomo.

ALEXANDER P. P. III. (b)

Epiſcopo Londonienſi.

Poſt cætera eundem Magiſtrum D. ipſi commendat.

ET quoniam dilectus Filius noſter Magiſter D. Eccleſie tue Canonicus, Vir utique literatus, providus, & diſcretus, & Tibi etiam fideliſſimus apud Nos pro negocio tuo tam ſecreto, quam publice curam Nobis, & Fratribus noſtris ſollicite inſtitit, & ejus executioni omnem quam potuit, & etiam ultra quam debuit ſtudium & diligentiam adhibere curavit, diligentiam Tuam per Apoſtolica Scripta rogamus attentius, & monemus, quatenus eumdem pro reverentia Beati Petri, & Noſtra, & obtentu ſui ipſius, qui Tibi adeo fidelis, & devotus extitit, habeas propenſius commendatum, nec adverſus eum pravis aliquorum ſuggeſtionibus credas, vel de ipſius in aliquo fidelitate diffidas; ſed eius obſequium ita remuneres, quod ipſe Tibi, & tuis debeat omni tempore fidelis, & devotus exiſtere, & Nos id gratum, acceptumque tenentes, affectioni Tue multiplices interim gratias teneamur referre.

Part. I. Pag. 287. Lit. c.

Vide Pag. 62. Monument. Lit. B.

I

Part. I. Pag. 288. Num. II.

Ex Archiv. Metropol. Eccleſ. S. Petri Bonon. Faſcic. III. Num. 50.

HONORIUS EP. SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis Filiis Magiſtris Rufino Decret. Doct., Vernatio Tarviſino, & Amatori Senenſi Canonicis Bonon. commorantibus Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SUam ad Nos dilecti Filii Archipresbiter, & Capitulum Bononien. querimoniam deſtinarunt, quod cum inſtitutio Presbiterorum, Clericorum, Capellarum, & Plebatuum tam Civitatis, quam Dioceſ. Bonon. ad ipſos ſpectare noſcatur, quidam Monachi, & Converſi Pompoſienſes, ac quidam alii Civitatis, & Dioceſ. earundem, ſe in quaſdam Parochiales Eccleſias in dictis Plebatibus exiſtentes eis irrequiſitis ſe intrudere, ac in eis divina Officia celebrare preſumunt contra Lateranenſis Statuta Concilii in eorum, & in Eccleſie ſue preiudicium, & gravamen. Ideoque diſcretioni Veſtre per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus vocatis, qui ſunt vocandi, audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis, facientes que decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, & ſe gratia, odio, vel amore ſubtraxerint, per cenſuram eandem, appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum, & nihilominus exequantur.

Dat. apud Urbem Veterem II. Kal. Aug. Pontificatus noſtri anno quinto.

Part. I. Pag. 298. Num. IV., & ſeqq.

Vide Pag. 111. Monument. Lit. A.

(a) *Ex Cod. Vatic. num. 6024. fol. 152. an. MCLXIII.*

(b) *Ex Cod. Vatic. num. 6024. fol. 152. an. MCLXIII.*

K

Part. I. Pag. 298. Lit. e.

Ex *Archiv. Eccleſ. Metrop. Raven. I. num.* 4180.

IN Chriſti nomine, die Martis, qui fuit ſextus exeunte Febr. in preſentia Epiſcopi Comaclenſis, Gili de Mapello, & Johannis Judicis de Crema, Domini Agalini Marchionis d' Eſte, & aliorum plurium. In Caſtro Arzente Dominus Ugutio Epiſcopus Ferrarie in concordia, & voluntate Domini Guillelmi Archiepiſcopi Ravenne, & Domini Henrici Epiſcopi Mantue ſtatuit, & ordinavit colloquium a die Dominica proximo venturo uſque ad tres ebdomadas, ad quod colloquium precepit per Sacramentum Poteſtati Ravenne, & Mantue, ut cum ſuis Ambaxatoribus in loco regii adeſſe debeant, ita quod inter utramque Civitatem ſimul ſe convenirent. Inſuper parabola ejuſdem Domini Archiepiſcopi, & Epiſcopi diſlatavit, & prefixit treguam inter predictas Civitates, videlicet inter Ravennam, & Mantuam ex una parte, & Ferrarienſes ex altera uſque ad octavum diem Paſce Reſurectionis proximi venientis, ſecundum modum, & ordinem alterius tregue quondam Gaybane conſtitute, quam treguam predicte Poteſtates pro ſuis Terris, & Comunibus receperunt, & firmam habere promiſerunt. Milleſimo centeſimo nonageſimo nono indictione ſecunda &c.

L

Part. I. Pag. 301. ſub init.

Ex Cod. *Vatic. num.* 2343. *p.* 75.

Incipit Liber Judicum a Mag. Jo: de Deo Hiſpano, qui per IIII. lib., & C. titulos eſt diſtinctus.

Primus eſt de Judicibus, & Arbitris, & Aſſeſſoriis, & Contingentibus illis.

Secundus de Actoribus, & de Impugnatione &c.

Tertius de Reis, & de eorum Defenſione.

Quartus de communibus Perſonis, *ſcilicet* de Advocatis, & Syndicis &c.

VEnerabili Patri, ac Domino Mag. C. Arcipresbitero Bonon. digno morum copia maiori qualibet dignitate Mag. Jo: de Deo Sacerdos ejus diſcipulus, & amicus ſalutem, qui eſt omnium vera ſalus, idcirco tibi Ven. P., & Magiſtro C. Arcbipresbitero Bonon. digniſſimo qualibet maiori dignitate, quem Dominus ad maiora tibi conſervat prudentem ſervitorem, quoniam inter Sapientes Italos, ideſt Italicos prerogativa ſcientie, diſcretionis, & prudentie decoravit, utpote tamquam lucerna ardens intus per opera caritatis, & lucens extra per opera pietatis, tibi, inquam, dirigo ſtillum meum obnixe, & humiliter ſupplicans, & devote, quatenus tam preſens Opuſculum, quam alia mea Opuſcula, ſcilicet Breviarium Decretorum, & Caſus Decretalium cum Canonibus concordatis, & Diſtinctiones ſuper toto Jure Canonico, & Cronicam, & Arborem iuſtificatam, per tuam piam prudentiam, & juſtum patrocinium in Civitate Bonon. ad honorem Summe Trinitatis &c.

Ibid. p. 138.

PRecibus, & inſtantia congruenti, & mandato Domini, ſcilicet Illuſtriſſimi A. quondam Regis Legionen. filii, Ego Mag. Johannes Yſpanus Compoſtellanus natione ad honorem S. R. E., & Studentium utilitatem Summam ſuper titulis Decretalium aggredior componere &c.

M

Part. I. Pag. 315. Lit. g.

Ex *Archivo S. Joannis in Monte lib. II. num.* 47.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Ego Mag. Gratia ex delegatione Domini Guale Cardinalis, & Apoſtolice Sedis Legati cognitor controverſie, que vertebatur inter Donnum Presbiterum Albertum Sancte Marie de Porta Ravin., & Magiſtrum Guidonem Senenſem, & Benencaſam nepotem Magiſtri Benencaſe, de cuius depoſito agitur, fideicomiſſarios ipſius Magiſtri ex una parte, & Donnum Priorem, & Fratres Sancti Johannis de Monte ex altera, que cauſa talis erat; Dicebant predicti fideicomiſſarii Magiſtrum Benencaſam eſſe mortuum, & debere ſibi dari a Dompno Priore, & Fratribus predicte Eccleſie depoſitum Magiſtri Benencaſe, quod eſt XXXIII. marche, & una uncia argenti, centum quinquaginta, & VIII. mattamicine ſimplices, & XV. duplices, & XXXIIII. frigiatici, ut diſtribuerent, & ſolverent ex ipſo depoſito legata, & fideicomiſſa pro anima predicti Magiſtri, ſicut ipſe Magiſter mandaverat eis, ut in inſtrumento publico continetur: Econtrario Ser Jacobus Sindicus Sancti Johannis reſpondebat ſepedictum Magiſtrum non eſſe mortuum, & depoſitum, de quo ſupradicitur, dictis fideicomiſſariis non debere reſtitui, ſed depoſitum Eccleſiam Sancti Johannis habere non negabat viſis teſtibus, & inſtrumentis, & intellectis, ex parte fideicomiſſariorum productis, conſideratis etiam diligenter, que hinc inde a partibus propoſita fuerunt; habita quoque mecum diu deliberatione, & plurium Sapientum recepto conſilio predictum Jacobum Sindicum Sancti Johannis, nomine ipſius Eccleſie predictis fideicomiſſariis recipientibus pro ſe, & pro predicto Benencaſa, nomine procuratorio, auctoritate Domini Domini Legati, qua fungor, condempno, & precipio, quod eis depoſitum ſupra dictum tribuatur, nec pia ipſius Magiſtri voluntas ultra debitum protrogetur.

Utraque parte preſente.

Actum in Clauſtro ſupradicte Eccleſie Sancti Johannis de Monte.

Recitata fuit hec Sententia in preſentia Domini Alberti Judicis Carbon., Domini Fede-

rici Paſcipovero, Guilielmi de Sanguin. Not., Dompni Gilberti, & Presbiteri Mainardi, & multorum Eccleſie Sancti Johannis, & in preſentia Rainaldi, & Guidonis, & Jacobi Scolar. Aretin., & Johannis Scolar. Sen.

Anno Domini MCCVI. Idus Decembris Indict. VIIII.

Ego Leo nunc Comunis Bononie Notarius interfui, & ſubſcripſi &c.

N

Part. I. Pag. 319. Num. IV.

Ex Arch. S. Steph., nunc Senat. Bonon.

Infraſcriptum Exemplum ſumptum fuit ex authentico ſcripto manu Cambii Not., quo Dominus Jacomellus, & Dominus Uſpinellus filii quond. Domini Madii uſi ſunt in cauſa, quam habent cum Ab., & Sindico S. Stephani coram D. Jacobo Abbate S. Proculi, & Magiſtro Johanne Decretiſta, & Magiſtro Vernatio a Domino Papa Judicibus delegatis, preſentibus Domino Bagarotto, & Domino Guidone Boncambii.

NOs Dominus Abbas S. Proculi, & Mag. Johannes Decretorum, & Mag. Vernatius Judices delegati a Domino Papa in cauſa appellationis, que vertitur inter Monaſterium S. Stephani ex una parte, & Jacomellum, & Hoſpinellum ex alia, filios quondam Domini Madii, ſicut pronunciavimus, ſic adhuc pronunciamus, ſcilicet quod liceat partibus teſtes producere ſuper novis dumtaxat Capitulis. Capitula autem propoſita a Filiis Domini Madii pronunciamus, non eſſe nova, quoniam ſub veteribus continentur. Et ſtatuimus terminum peremptorium ad teſtes producendos ſuper novis capitulis, ſicut ſuperius dictum eſt XV. dies poſt feſtum Sancti Michaelis venturi. Ita tamen quod capitula, ſuper quibus partes debent teſtes producere, prius nobis oſtendantur, & dentur.

Actum Bonon. &c.

Hec Sententia lecta, & pronunciata fuit in Camera Mag. Johannis predicti, preſent. Veſtro de Guarinis, Domino Octolano, & Bonatella de Galegada. Anno Domini mill. ducent. XVIII. die X. intrant. Sept. Indict. VI. preſente Sindico S. Stephani, & Hoſpinello, & Samaritanu Proc. Domini Jacobelli ad Sententiam audiendam.

Ego Albertus Dei gratia Sacri Palatii Not. interfui, & mandato predictorum judicum SS.

Part. I. Pag. 320. Lit. b.

Vide ſupra in Appendice Pag. 115. Lit. I.

O

Part. I. Pag. 321. Lit. a.

Ex Archiv. Metropol. Eccleſ. S. Petri. In Lib. Axium p. 37.

Hoc eſt Exemplum cuiuſdam Inſtrumenti cum die, & Conſule ſic incipientis.

IN nomine Domini. Amen. Mag. Gratia Archidiac. Bonon. pro honore, & ſtatu Capituli Bonon. infraſcripta Capitula, & Statuta ſecundum infraſcriptam formam ſemper in Bonon. Capituli inpoſterum obſervanda, preſentibus J. Archipresbitero, Dn. Proto, Dn. Ottaviano, Dn. Alberto, Dn. Guidone, Dn. Angelo presbiteris, Mag. Oddone, Petro Succida, Guidone Graſſo, Andrea, Magiſtro Martino Diaconibus, Guidoni de Bagnolo, Guiduttu, Mag. Lamberto, Jacobo, Mag. Tancredo Subdiaconibus, & Henrigipto Canonicis Bonon. tactis Sacroſanctis Evangeliis iuravit. Ego Magiſter Gratia Archidiac. Bonon. Conſilia, & Decreta Capituli Bonon., que precepta erunt eſſe ſecreta per Archidiaconum, & Archipresbiterum, vel eorum alterum, vel eis abſentibus per Capitulum nulli pandam; ultra decimum octavum Canonicorum numerum in Bonon. Eccleſia conſtitutum, nullum in Canonicum eligam, vel recipiam; ordines ſervabo in Capitulo Bonon., videlicet ſex Presbiteros, & ſex Diaconos, & quatuor Subdiaconos, & duos Acolitos, ita tamen cum primo vacaverit ordo Subdiaconatus eligam loco eius unum ad Acolitatum. De hac tamen obſervatione, & ordinum diſtrictione nolo iuramento teneri, niſi cum fuerit per ſuperiorem hoc Capitulum, ſeu Ordinum diſtrictio confirmata. Nullum eligam, vel recipiam in Canonicum Bonon., niſi ad eum, quem per mortem alicuius Canonici, vel alio modo legitimo vacare contigerit, ordinem, vel ſuperiorem. Nullum quoque electum, & confirmatum in Canonicum admittam ad perceptionem beneficii, niſi primo receperit Ordinem, ad quem aſſumetur, vel eligetur. Non permittam Canonicum in primo ſui Canonicatus anno percipere beneficium, vel prebendam, preter victualia ſola, ſed illius anni beneficium, vel prebenda in communes utilitates, & neceſſitates Capituli expendatur, ita tamen quod inter Canonicos non dividatur. Poſſeſſiones, iura, & honores, inſtrumenta, ſeu cartas ſive privilegia Capituli contra omnes homines adiutor ero ad defendendum, & recuperandum, ſicut Capitulo, vel maiori parti melius, & utilius videbitur; poſſeſſiones immobiles ad Capitulum Bonon. pertinentes non alienabo, nec alienari permittam, niſi per emptionem, vel permutationem alterius poſſeſſionis immobilis utilioris, vel eque utilis, vel conſtructione alicuius edificii ad communem utilitatem pertinentibus, vel alia evidenti utilitate communi, ita tamen quod inter Canonicos non fiat diviſio pretii de poſſeſſione recepti ſuper agendis, & utilitate Capituli, quam ſcienter non impediam requiſitus, quod magis utile credam conſilium dabo; ſcienter non fraudabo Capitulum, ſive officium habeam,

Digitized by Google

beam, ſive non, de iis, que venerint ad manus meas pro Capitulo, vel ad Communitatem pertineant, vel pertinebant; literas contra hec Capitula a Curia Romana non impetrabo, nec impetratis utar. Nullum electum, & confirmatum in Canonicum admittam ad perceptionem Beneficii, vel Conſilia Capituli, niſi primo iuraverit ad Sancta Dei Evangelia omnia, & ſingula predicta Capitula obſervare. Sic me d. a., & h. s. e.

Secundum preſcriptam formam preſcripta Capitula iuraverunt Archipresbiter, & ſinguli preſcripti. Preſentib. Archidiac. antedicto, & aliis preſcriptis univerſis.

Actum in Civitate Bonon. in Canonica S. Petri in Camera dicti Archidiaconi an. Dn. mill. ducent. vigeſimo primo die quinta exeunte Menſe Aug. Indict. nona.

Ego Albizus Petri Albizi Imperatoris Federici Notarius hiis omnibus interfui &c.

P

Part. I. Pag. 324. Lit. c.

Ex Arch. S. Steph., nunc Senat. Bonon.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo, die octavo menſis Apr. Indictione decima apud Hoſpitale Cruciferorum preſentibus Presbitero Durante, & Preſbitero Joanne Placentino, & Domino..... Albertinus Placentinus ex parte Domini Jordani Paduani Epiſcopi, & Domini Magiſtri Guilielmi Doctoris Decretorum, & Mag. Guilielmi Vaſchi Decretaliste obtulit, & dedit Bonoadiuto Sindico Oſpitalis Cruciferorum, & Capitulo, & Fratribus Ordinis Cruciferorum literas cum tribus ſigillis ſigillatas, quarum tenor hic erat == Jordanus Dei gratia Paduanus Epiſcopus, & Guilielmus Doct. Decretorum delegati Domini Pap. Guilielmus Vaſco Doctor Decretalium ſubdelegatus Domini Parmenſis Epiſcopi viris providis, & diſcretis Priori, & Fratribus Ordinis Cruciferorum de Bononia ſalutem, & fraternam in Domino caritatem. Plurimum nec immerito admiramur, quod ad terminum Vobis ſtatutum ſuper cauſa, ſeu queſtione, que coram Nobis ex delegatione Domini Pap. inter vos ex parte una, & Abatem Sancti Stephani de Bonon. ex altera noſcitur agitari non veniſtis, nec aliquem reſponſalem mittere procuraſtis; volentes ergo prout tenemur, & debemus mandatum Apoſtolicum in hac parte in omnibus adimplere, ea qua fungimur auctoritate Vobis diſtricte, & peremptorie precipiendo mandamus, quatenus decimo die poſt harum repreſentationem in numero computato apud Epiſcopatum Bonon. coram nobis Guiliel. Doct. Decretorum, & Guiliel. Doct. Decretalium, & coram Domino Magiſtro Alexandro Theologie ſubdelegato mei Epiſcopi Paduani prefato Abati ſuper eadem queſtione veniatis plenarie reſponſuri; & has literas prefatus nuncius dedit predictis Sindico, & Fratribus Ordinis Cruciferorum, & ipſi receperunt dicentes, quod bene facerent, que in literis continebantur.

Ego Cambius Sac. Palatii Notar. ut ſupra leg. rog. in &c.

Q

Part. I. Pag. 337. Lit. b.

Ex Tom. 22. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

GREGORIUS IX. (a)

Magiſtro Zoen Archipresbitero Bononienſi.

Lectoratum Eccleſiæ Bathienſis una cum Archipresbyteratu retinere poſſe concedit.

CEleſtis Patrisfamilias, licet inſufficientibus meritis, vicem gerentes in terris, qui ſervos ſuos talenta duplicantes ſibi credita conſtituit ſuper multa, ſubiectorum noſtrorum actiones exquirimus, & in eis, qui acceptum donum ſcientie non ſub terra cum inutili ſervo recondunt, ſed tradunt nummulariis, & multiplicant, acceptis honoribus, honores etiam cumulamus. Penſat enim Apoſtolica Sedes, quod ii potiſſimum ſunt ſpecialis gratie prerogativa donandi, & provehi debent de gratia in gratiam, qui moribus ornant ſcientiam, & converſationem muniunt honeſtate. Ea propter dilecte in Domino fili honeſtatem morum, & ſcientie merita, quibus pollere dignoſceris, attendentes, cum per Dei gratiam dudum ſecus fluenta iuris plantatus adeo altis radicibus adoleveris, quod doctus in eo alios merueris edocere, ac per hoc volentes Tibi gratiam facere ſpecialem, preſentium Tibi auctoritate concedimus, ut Lectoratum Bacienſis Eccleſie, quem non habentem curam animarum annexam canonice Te proponis adeptum una cum Archipresbiteratu Bononienſis Eccleſie curam animarum habente, quem poſt aſſecutionem Lectoratus huiuſmodi ſuſcepiſti, libere valeas retinere, proviſo quod eidem Bacienſi Eccleſie facias per Vicarium idoneum in Lectoratus officio deſerviri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Datum Peruſii ſecundo Non. Januarii Pontificatus noſtri anno octavo.

R

Part. I. Pag. 337. Num. III.

Ex Archivo Sancti Franciſci Bonon. lib. M num. 54.

Hoc eſt exemplum exempli alterius exempli cuiuſdam Teſtamenti, cuius talis eſt tenor:

EXemplum cuiuſdam Teſtamenti cum die, & Conſule ſic incipientis. In nomine Domini. Amen. Anno eiuſdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo. Indictio-

ne

(a) *Ex Regiſtr. IV. Gregorii IX. Epiſt. 393. fol. 247. ann. MCCXXXV. 4. Januarii.*

ne quintadecima die decimo intrante Februario. Cum Venerabilis Pater Dominus Zoen Dei gratia Avinionenſis Epiſcopus ſanus per gratiam Jeſhu Chriſti mente, & corpore ut paratum eum inveniat extrema neceſſitas, que ſepe multos in enit imparatos, ſuarum rerum, & bonorum omnium, que habet citra montes, diſpoſitionem per preſens nuncupativum Teſtamentum ſine ſcriptis in hunc modum facere, & perficere procuravit. Imprimis quidem pro anima ſua reliquit Eccleſie Avinionenſi, ideſt Epiſcopis Avinionenſibus eius Succeſſoribus totum podere, & affare, quod habet in Villa, in Curia, & Territurio Salcetti Bonon. Dieceſ., ſive ſint domus, ſive terra aratoria, ſive ſit pratum, & quicquid aliud ibi habet, ſive habuerit tempore obitus ſui, & totum affare, quod habet iuxta Savinam, cujus confines ſunt iſti, a mane Phyllippus de Ligapatiaris, & Nepotes Phyllippi, a meridie, & ſero Fluminis Sapine, & ſi qui alii ſunt confines, hoc modo, & conditione, quod Epiſcopus quicumque pro tempore fuerit ejus Succeſſor in Eccleſia Avinionenſi eligat tres de Canonicis ipſius Eccleſie, & duos Clericos ſeculares de Civitate, & duos Clericos ſeculares de Caſtro Novarum, & unum de aliis Caſtris Eccleſie Avinionenſis, qui ſint dociles, & non habeant aliquod beneficium Eccleſiaſticum, quos deſtineat Bononie ad ſtudendum, quorum unicuique provideat in viginti-quatuor libr. bonon. quolibet anno ex redditibus percipiendis ex dictis poderibus, & affaribus pro expenſis, & gratia ſtudiorum, & poſſit ibi tenere unumquemque eorum quinque annis, vel minus, ſi ei videbitur expedire. Ab hoc beneficio excipimus filios Guillielmi Augerii, & ipſum Guillielmum uſque ad gradum tertium attingentes, & Guillielmum de Atimone, & ipſum uſque ad tertiam conſanguinitatis lineam attingentes. Adimpleto autem tempore alicuius de predictis Scholaribus, quod compleri voluit finito quoquomodo, aut per revocationem Epiſcopi, vel per mortem ipſius Scholaris, vel quod incipiat habere beneficium Eccleſiaſticum ſibi perpetuum, teneatur Epiſcopus ſtatim loco ſui alium ſubrogare de predicta Canonica, Civitate, vel Caſtris, ut dictum eſt, ita quod Canonico ſuccedat Canonicus, & Clerico ſeculari de Civitate alius Clericus de Civitate, & Clerico ſeculari de Novis alius Clericus ſecularis de Novis, & Clerico ſeculari de Caſtris alius Clericus ſecularis de ipſis Caſtris eiuſdem Eccleſie Avinionenſis. Et ſi contingeret, quod non inveniret aliquos ydoneos, vel dociles ad mittendum, tunc poteſtatem eligendi habeat aliunde quot, vel quos mittat dumtaxat de Epiſcopatu, vel de Civitate Avinionenſi; & ſi contingeret, negligentem eſſe in Scholaribus ad ſtudium tranſmittendis, forſan quod vellet vendere dictas poſſeſſiones, vel adpropriare ſibi redditus, voluit, & diſpoſuit, quod dicte poſſeſſiones, & dicta affaria veniant ſine diminutione ad Eccleſiam Sancti Michaelis de Buſcno de Bononia, que Eccleſia teneatur de hoc providere octo Scholaribus pauperibus de Avinione vel de Epiſcopatu, ſi inventi fuerint Bon., pro ut de Epiſcopo dictum eſt: alias de Provincia Arelatenſi. Et ſi nullus Provincialis pauper Scholaris inventus fuerit Bononie, eligat dicta Eccleſia alium, de quibuſcumque videbitur expedire. Et ſi illi dicte Eccleſie Sancti Michaelis fuerint negligentes, perveniant dicte poſſeſſiones ad Capitulum Avinionenſis Eccleſie, quod Capitulum teneatur octo Scholaribus, ut ſupra dictum eſt, ſicut dictum eſt de Epiſcopo. Si autem omnino defuerit Studium Bononie, voluit, diſpoſuit, quod Epiſcopus Avinionenſis, qui pro tempore fuerit, vendat dictas Poſſeſſiones, & ponat totum pretium in emptionem aliarum Poſſeſſionum in Epiſcupatu Avinionenſi, de quarum redditibus provideat octo Scholaribus, ut dictum eſt, ſtudentibus dumtaxat in Studio generali. Et ſi omnes fuerint negligentes, & remiſſi, voluit, & diſpoſuit, quod dicte Poſſeſſiones vendantur per Comiſſarios ſuos, & pretium diſtribuatur per pauperes Chriſti, uti eis viſum fuerit melius expendendum. Item reliquit Eccleſie Avinionenſi, ſcilicet Epiſcopo, non Canonicis, totum quidquid defecit ſibi per Avinionenſes Cives occaſione reſtitutionis dampnorum, que ſibi, & Avinionenſi Eccleſie intulerunt. Summa eius videtur aſcendere uſque ad ſummam mille quingentarum libr. toron., ſalvo jure pluris, vel minoris. Item de denariis, quos habet dictus Teſtator Bononie apud Mercatores, videlicet Jacobinum de Racorgutis, & Socios ſuos, reliquit Eccleſie Avinionenſi, ideſt Epiſcopis Avinionenſibus ſucceſſoribus ſuis treicentas libras toron. Rogans Epiſcopum ſucceſſorem ſuum, vel ſucceſſores ſuos, qui pro tempore fuerint, ut emant Caſtrum Sancti Laurencii, illud reſſiduum, quod eſt ad emendum, cum aliqua particula iam ſit empta; & Caſtrum ab Eccleſia teneatur, ſi alio modo dictum Caſtrum non poſſet ab Eccleſia obtineri; alioquin ſit tacitum de ipſis treſcentis libris, & remaneant apud Comiſſarios meos in uſus pauperum expendende. Item de dictis denariis, quos habuerint Mercatores predicti, ſcilicet Dominus Jacobinus, & alii, reliquit Monaſterio Eccleſie Sancte Catherine de Avinione centum quinquaginta libr. toron. pro emendis poſſeſſionibus pro dicto Monaſterio. Item de denariis, quos habent dicti Mercatores, reliquit centum & quinquaginta libr. toron. pro Monaſterio Sancti Agricule, & Prioris Predicatorum, & Guardiani Fratrum Minorum de Avinione expendendas hoc modo: centum ſol. voluit habere pro pietantia Eccleſie Avinionenſis, & centum ſol. toron. Conventum Fratrum Minorum eiuſdem loci pro pietantia ſimiliter, & Conventum Fratrum Predicatorum eiuſdem loci centum ſol. toron. pro pietantia ſimiliter. Et de iſtis centum & quinquaginta libr. voluit, quod ſalvatur heredibus Guillielmi Creti de Butida quadraginta libr. . . . . . . vel ejus valles, quas habet de ereditate ipſius occaſione privilegii, cum pauca preter mobilia poſſideret per partem Sancti Agricole, & Priorem Predicatorum, & Guardianum predictos de Avinione, quos eumutum ſuos Comiſſarios in Provincia, ſpecialiter ſuper iſtas centum, & quinquaginta libr. toron. expendendas. Et mandavit per eos diligenter perquiri per Civitatem, & per Caſtra Epiſcopatus Avinio-

nenſis

nenſis & ipſam Civitatem, ſi quid predictus Epiſcopus habuit, vel exegit a quocumque occaſione privilegii pro mobilibus alicuius, aut ſi exegit ab aliquo de linea aſcendente, eo pretextu, quod non potuerit ſuccedere deſcendenti de ſucturo, & illud totum mandat reſtitui. Vult etiam, quod predicti vadant ad quodlibet de Caſtris ſuis; & ſi congregatis populis dictorum Caſtrorum invenerint aliquos qui oſtendant, quod Epiſcopus predictus, vel aliquis de familia eius pro eo debeat aliquid ſibi, reſtituatur illud ei. Si autem reſtitutione facta plenaria de predictis centum quinquaginta libris toron. aliquid ſuperfuerit, quod, ut utiliter, & melius videbitur iſtis tribus, in uſus pauperum expendatur. Inſuper reliquit Domine Contiſine matri ſue, & Fr. Joſeph viro ejus patri ſuo uſusfructus, redditus, & obventus omnium aliarum poſſeſſionum ſuarum, & rerum, quas habet citra montes, quamdiu vixerit mater ejus, & pater habeant totum uſumfructum ad providendum ſibi, & Domine Jacobine eorum filie, ita quod non patiantur aliquem defectum in temporalibus, & poſt mortem alterius eorum perveniat totum uſumfructum ad alterum ſimiliter patrem, vel matrem, de quo ſibi provideat, & Jacobine predicte: Et in iſto uſufructu inſtituit ſibi heredes predictos ſimiliter patrem, & matrem ſuam, computato in hoc omni iure ipſi patri ſuo, & matri debito In bonis ejuſdem Teſtatoris. Preterea ultra id totum, quod dictum eſt, reliquit de bonis ſuis pro anima ſua, & parentum ſuorum quatuor millia libr. bon., de quibus reliquit, & dari voluit Domino Pape, & Eccleſie Romane mille libr. bonon. expendendas, ſi Domino Pape placuerit, pro defenſione, & tuitione Catholice fidei, preſertim contra Hereticos; & voluit, & mandavit Comiſſariis ſuis, quod ipſi infra annum poſt obitum Teſtatoris impetrent a Domino Papa abſolucionem delictorum ſuorum, & confirmationem ultime voluntatis eius, ſicut in Teſtamento, ſive in Codicillis ſit. De reliquis vero tribus millibus libris ſolvi voluit, & mandavit Conventui Fratrum Minorum Civit. Bonon. quinquaginta libras bonon. pro indumentis Fratrum. Item Fratri Julliano de Tencharariis, ſi tunc vixerit, quinquaginta libr. bonon. Item Conventui Fratrum S. Michaelis de Buſco quinquaginta lib. bonon. expendendas pro complenda truna Eccleſie Sancti Michaelis, quam incepi facere fieri. Item Conventui Fratrum Predicatorum Civit. Bononie quinquaginta lib. bonon. pro indumentis Fratrum. Item dari, & ſolvi voluit tercentas libras bonon. uni nobili, qui pro anima ſua cum bonis armis, & equo vadat, & ſtet ultra mare per annum non computato tempore acceſſus, & reditus contra Saracenos, & qui repreſentet ſe Legato Eccleſie Romane, vel Patriarche, & ad eorum voluntatem ſtet contra Saracenos. Item dari, & ſolvi voluit decem libr. bonon. alteri perſone, que pro anima ejus viſitet limina Beati Jacobi de Compoſtella. Item dari, & ſolvi voluit quindecim libr. bonon. alteri perſone, que pro anima ejus vadat Romam, & ibi ſtet tota Quadrageſima, & vadat ad Stationes, & Indulgencias querat, & recipiat pro anima ſua, & poſtmodum vadat ad Eccleſiam Beati Michaelis Archangeli, & ad Eccleſiam Beati Nicholai de Barri. Item reliquit Conventui Dominarum Sancti Franciſci de Bononia pro indumentis Sororum decem libras bonon. Item Conventui Sancte Agnetis quinque libr. bonon. pro indumentis Sororum. Item Conventui Sororum Sancte Marie Maddalene de Converſis decem libr. bonon. pro indumentis Sororum. Item Conventui Dominarum de Miſericordia decem libr. bonon. pro indumentis Sororum. Item Conventui Sancti Petri Martiris quinque libr. bonon. pro indumentis Sororum. Item reliquit Domno Paulo Monaco parenti ſuo, qui ſtat apud Tumbam cum genitoribus ſuis pro labore, & mercede ſua triginta libr. bonon. Item Antiocie ſervienti dominorum genitorum ſuorum ſeudum ſuum, & inſuper quinquaginta ſold. bonon. Item Axiſio ſervienti ipſorum ſeudum ſuum, & inſuper quadraginta ſold. bonon. Item Magiſt. Nicolao ſcriptori ſuo, qui ſtat cum patre ſuo ad Tumbam centum ſold. bonon. Item Ugolino ſervienti Dominorum ſuorum ſeudum ſuum, & inſuper viginti ſoldos. Item Aymerico quondam ſervienti patris ſui, & filiis eius tres libr. bonon. Item Luchiſie, & Aycherie, & Margarite filiabus, & heredibus quondam Jacobi Zannis Danielis, & unicuique ipſarum pro ea maritanda viginti libr. bon. Item Conventui Dominarum de Puiola quinque libr. bon. pro indumentis Sororum. Item Conventui Dominarum Sancte Marie Nove juxta navigium decem libr. bon. Item Conventui Dominarum Sancti Auguſtini quinque libr. bon. pro indumentis Sororum. Item Sororibus juxta S. Luciam extra Seralium quinque libr. bon. pro indumentis. Item Conventui Dominarum de Vanzano quinque libr. bon. pro indumentis Sororum. Item Conventui Dominarum de S. Catherina quinque libr. bon. pro indumentis Sororum. Item Sororibus de Neza, ſi tunc ibi fuerint, & Conventum habuerint, quinque libr. bonon. pro indumentis Sororum. Item Conventui Sororum S. Johannis Bapt. quinque libr. bon. pro indumentis. Item Sororibus, que ſtant apud Sanctum Guilhelmum quinque libr. bon. pro indumentis. Item Conventui Dominarum Sancte Marie de Betlem quinque libr. bon. pro indumentis. Item Conventui Frat. S. Gregorii decem libr. bon. Item Conventui Fratrum Sancti Jacobi de Savina viginti libr. bon. pro indumentis. Item Conventui Frat. S. Margarite de Farbiano tres libr. bon. pro indumentis. Item cuilibet alteri Eccleſie Conventuali de Civit., & Suburbiis Bon. viginti ſold. bon. Et rogavit per Fideicomiſſum omnes Sacerdotes ipſarum Eccleſiarum, ut cantent Miſſas pro anima ſua. Item cuilibet Capelle Civit., & Suburbiorum quinque ſold. bon., & rogavit Sacerdotes per Fideicomiſſum, ut cantent Miſſas pro anima ſua, & parentum ſuorum. Item cuilibet Hoſpitali de Civitate, & Suburbiis Bononie, ubi pauperes hoſpitantur, viginti ſold. bon. Item cuilibet Poteſtati Civit. Bon., quod ſit de Elemoſinis viginti ſold. bon. Item reliquit, & dari voluit filio Domine Diamantis neptis ſue, quos ipſa habuit de Petrizolo quondam viro ſuo, qui mortuus fuit in ſervicio Romane Eccleſie, quinquaginta lib. bon. Item Domine Thomaxine oxor. Petretti,

Digitized by Google

tretti, & Flordeliſie ſororis ſue neptibus ejuſdem Teſtatoris quinquag. libr. bon. Item reliquit, & dari voluit Domine Plaxivile, & Domine Egidie ejus filie conſanguinee ipſius viginti libr. bon. Item Domine Borghe conſanguinee ejus, & Ugolino ejus filio quinquag. libr. bon. Item Domine Guintanſie ejus conſobrine viginti libr. bon. Item filiis Juliane uxoris quondam Johannis de Saliceto contobrine ſue viginti libr. bon. Item Domine Diamante ejus conſanguinee reliquit id, quod dedit ſibi, vel pro ea dotis nomine. Item Domine Marie filie Domine Borghe conſanguinee ſue reliquit id, quod ei, vel pro ea dedit dotis ſue nomine. Item Domine Marie conſanguinee ſue filie quondam Rolandi Cavalerii illud, quod ei dedit, vel pro ea in dotem. Item Domine Benvenute Domine Guiſaltrude filiabus Merehadantis reliquit illud, quod ei dedit in dotem. Item Domino Guidoni de Tencharariis reliquit decem libr. bon. Item filiis quondam Contorti de Tencharariis quinq. libr. bon. Item filiis quondam Palmiroli fratris ſui quinque libr. bon. Item Domino Michaeli de Tencharariis quinque libr. bon. Item Domino Jacopo de Tencharariis quinque libr. bon. Item Lambertino quondam Mediuſcarnus, & fratri ſuo quinq. libr. bon. Item Sorori Adelaſie decem libr. bon. Item Domino Thomaxio filio quondam Domini Pacis de Tencharariis reliquit ſolucionem, & liberationem ejus, quod ſibi debet, ſcilicet quinquaginta libr. bon., quas ipſe Teſtator mutuavit patri ſuo predicto. Item alias quinquag. libr. bon., quas mutuavit dicto Thomaxio pro manutenenda Diamante ſorore ſua. Item triginta octo libr. in alia parte, quas debebat Domino Joſepho patri ſuo predicto, ſcilicet Teſtatoris occaſione tutele ſue. Item reliquit eidem Thomaxio Codicem, Digeſtum, & Inſtitutam, & Summam Azonis, in quibus ipſe legit, & quos ipſe Teſtator ei commodavit. Item Domine Merchadante, & ejus filiis reliquit totum illud, quod ipſe Teſtator dedit eis pro ipſis manutenendis, & remitit tam Domine Merchadante, quam omnibus ſuis filiis obligationem illam, quam Donuſdeus pater eorum fecerat patri ejuſdem Teſtatoris de omnibus bonis ſuis, ita quod nullus Succeſſor Teſtatoris poſſit ab eis petere aliquid occaſione obligationis, vel donationis, quam fecerat patri ſuo Donuſdeus predictus. Item reliquid Domino Thomaxino nepoti ſuo filio quondam Pacis, & Petrobono, & Valeriano, Uſepo, & Michaeli filiis Domine Merchadante predicte quidquid ſpectabat, & pertinebat ad Patrem ipſius Teſtatoris, & ad ipſum Teſtatorem ſpectat, & pertinet, ex omnibus, que habebant communia cum Teocharariis, ſcilicet ex Turri Tencharariorum, & ex domo eorum, que fuit quondam Domini Oddcriſi de Tenchararriis, & ex Calamenſo, quod fuit quondam Domini Bartolumei de Tenchararriis, & ex omnibus aliis quibuſcumque. Item Sorori ſue Domine Jacobine reliquit in ſolutum pro illis quinquag. libr. bon., in quibus Pater ſuus in ſuo Teſtamento eam heredem inſtituit unam tornaturam de vinea ſua de Orti de ſtrata Caſtilionis. Inſuper reliquit eidem alias tres tornaturas ex dicta vinea his conditionibus pacto, & lege, quod ipſa habeat uſumfructum ipſarum quatuor tornaturarum dicte vinee toto tempore vite ſue ad uſus ſuos; poſt mortem vero ſuam perveniat ipſa vinea ſibi relicta ad illud Monaſterium, ubi ipſa erit tempore obitus ſui; & ſi contingeret aliquam Abbatiſſam, vel Prioriſſam, ſeu Monialem ...... tam de dicto uſufructu, aut aliquid ultra petere in bonis Dn. Joſeph patris ſui, ſive ipſius Teſtatoris occaſione alicujus falcidie, vel alia quacumque, voluit, & diſpoſuit, quod proprietas, & uſusfructus dicte vinee, & ipſa vinea veniat ad Sanctam Mariam de Miſericordia, que Eccleſia uſumfructum dicte vinee teneatur dare, & expendere ſingulis annis in veſtibus, & aliis uſibus ipſius Domine Jacobine, prout ipſa voluerit, & quamdiu vixerit, & poſt mortem dicte Domine Jacobine redeat proprietas, & uſusfructus dicte vinee ad Sanctam Mariam de Miſericordia. Et ſi contingeret, quod ipſa Domina Jacobina, vel Monaſterium, quod haberet jus pro ea, non ſtaret contenta, vel contentum, dicta tornatura vinee ei relicta in ſolutum pro dictis quinquaginta libr. ſibi relictis jure inſtitutionis a Patre ſuo, eo caſu Teſtator privat ipſam Dominam Jacobinam, & Monaſterium, quod pro ea jus haberet omni predicto relicto, & privatum eſſe voluit. Item tres tornaturas de dicta vinea de Orti quidquid reſiduum fuerit ad predictas quatuor tornaturas, quas reliquit Sorori ſue Jacobine, reliquit Capitulo Majoris Eccleſie Bonon. pro reſtauratione decimarum, earum videlicet, ad quas ipſe Teſtator, aut Pater ſuus tenebatur, & pro eo etiam, quod ipſe Teſtator Canonicus fuit ejuſdem Eccleſie, ſicut voluit rogari per fideicommiſſum, quod dictum Capitulum faciat ſingulis annis anniverſarium pro anima ſua, & parentum ſuorum. Voluit inſuper, & diſpoſuit, quod poſt mortem ſuam, & Patris, & Matris ſue inter dictos Canonicos, & dictam Jacobinam dicta vinea de Orti ita dividatur, ſcilicet quod unaqueque pars habeat ingreſſum, ſeu portam, & ſtratam, ſicut aliquando eſſe conſuevit; & quod dixit de vinea ſua de Orti, vult quod habeat locum poſt mortem Patris, & Matris ſue predictorum, quibus reliquit uſumfructum totius dicte vinee toto tempore vite ipſorum. Item reliquit decem libr. bonon. dandas, dividendas inter pauperes Civitatis Ymole, prout videbitur Commiſſariis ſuis. Item Sorori Aſinile de Conventu de Miſericordia, ſi tunc temporis vixerit, reliquit quinque libr. bonon. Item reliquit cuilibet Commiſſariorum ſuorum infraſcriptorum viginti libr. bonon. pro labore ſuo. Reſiduum dictarum trium millium libr. bonon., quod ſupererit a dictis legatis, ſolvi, diſtribui, & expendi voluit, & diſpoſuit per Commiſſarios ſuos infraſcriptos, prout melius viſum fuerit eis pro anima ſua; Ita ſcilicet, ut ſtatim cum fuerint certi de obitu ſuo, convocent omnes Prelatos, & Clericos Civitatis Bononie, & Suburbiorum tam religioſos, quam alios ad Eccleſiam Cathedralem pro exequiis faciendis pro anima ſua, & provideant omnibus, ſicut viderint faciendum; & ipſa die, vel ſequenti faciant elemoſinam generalem pauperibus Civitatis, & Suburbiorum Bononie, quos vocent ad eumdem locum per Preconem, ſi neceſſe fuerit, & detur unicuique pauperi pa-

nis unus duorum denariorum, & unus denarius, & faciant pulſare Campanas per ſingulas Eccleſias Civitatis Bononie in quolibet termino ſicut fieri conſuevit Bononie, deinde ad unum annum. Item voluit, & mandat Commiſſariis ſuis, quod in primo anno poſt obitum ſuum quolibet primo die Veneris cujuslibet menſis vocentur per Preconem omnes pauperes Civitatis ad Plateam S. Dominici, vel S. Franciſci alternatim, ita quod una convocatio fiat una die ad S. Dominicum, & altera ad S. Franciſcum pauperum predictorum, & detur unicuique pauperi panis duorum denariorum, & ſit ibi unus de Commiſſariis, vel aliquis Frater pro eis, qui cordialiter roget omnes pauperet, ut rogent Deum pro anima Epiſcopi Teſtatoris. Cetera vero omnia, & predicta legata ſolvantur, & compleantur intra annum poſt obitum ſuum, exceptis illis, que differri oportet pro uſufructu relicto. Ad hec autem omnia, & ſingula exequenda eſſe voluit, & diſpoſuit Commiſſarios ſuos, & hujus Teſtamenti executores, Priorem Predicatorum Conventus Bononie, & Guardianum Fratrum Minorum Bononie, qui pro tempore fuerint, & Priorem S. Michaelis de Buſcho, volens, & jubens, quod ſi aliquis eorum predictis omnibus, & ſingulis intendere, & ſupereſſe non poſſet, alii duo nichilominus exequantur. Ipſi vero Commiſſarii predicta quatuor milia libr. exigent, & recipient a Jacobino Racorgiti, Amadore Pizegotti, Nicolao Bongerardi eorum ſociis, in quibus, & in amplius ipſi Domino Epiſcopo tenentur. Et ad exigendum predictam pecuniam, & quidquid ſibi debetur citra montes a quocunque ſibi debetur, & ad omnia, ut ſupra dictum eſt, bene complenda, predictos Priorem Predicatorum, & Guardianum Fratrum Minorum, Priorem Sancti Michaelis de Buſcho, ut dictum eſt, fecit ſuos Commiſſarios, & hujus Teſtamenti, & cujuſcunque alterius ultime voluntatis executores, & procuratores in predictis omnibus citra montes. In omnibus autem aliis ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus citra montes habitis, & habendis ſibi heredes inſtituit pauperes Chriſti, quos penſata utilitate anime Epiſcopi Avinionenſis, & multa paupertate ipſorum pauperum, prefati Commiſſarii duxerint eligendos, ut ſuccedant ipſi Teſtatori in omnibus, exceptis, que ſupra relicta ſunt, & his etiam, que relinquentur, de quibus diſponetur in Codicillis ſuis, quos Codicillos idem Teſtator mandavit, voluit, & diſpoſuit clauſos, & inapertos ſtare ſub ſigillo, & ſigilli ſecreto teneri a Commiſſariis ſuis uſque poſt obitum ſuum, & Patris, & Matris ejus. Poſt obitum vero ſuum, Patris, & Matris ejus voluit ipſos Codicillos aperiri, & publicari ab ipſis Commiſſariis, & ea exequi fieri, & compleri, que in ipſis continebuntur. Et hanc ſuam ultimam voluntatem aſſeruit eſſe velle, quam valere voluit jure Teſtamenti &c.

Actum in Domo Eccleſie S. Antonii de Bon. de Savina in Camera, in qua ipſe Dominus Epiſcopus morabatur. Preſentibus Fratre Trovato Priore Sancti Michaelis de Buſcho, Domno Paulo Monaco Sancti Stephani, Fratre Johanne de Braylo de Sancto Michaele de Buſcho, Domino Alamanno Infrangeloſte de Civitate Florent., & Raymundo Torta Canonico Sancti Ruffi de Valencia, Domno Boninſegna Priore Sancti Antonii predicti de Bonon. de Savina, et Presbitero Bevagno ejuſdem Eccleſie Canonico, & Domino Aldiberto milite de Novis, Petro Durandi Priore S. Agricoli Avinionenſ., & Fratre Ugolino de Tenchararis de Ordine Fratrum Minorum teſtibus rogatis, & vocatis.

Et ego Yſnardus Domini Johannini Pizolpili filius Imperiali auctoritate Not. predictis interfui, & ea omnia de mandato dicti Ven. Patris Avinionenſ. Epiſcopi ſcripſi, & ſupraſcripſi &c.

S

Part. I. Pag. 338. Num. IV.

Ex eodem Archiv. Sancti Franciſci Bonon. lib. M n. 60.

Jura Collegii Avinionenſis inſtituti a Reverendiſſimo D. Zohene de Tencharatiis Nob. Bonon. Epiſcopo Civitatis, & Dioceſ. Avinionenſ.

R. P. V. CUm debita reverentia ſignificatur pro parte Conventus Fr. Predicatorum, & Conventus Fr. Minorum Civit. Bonon., & Thome condam Pauli de Tencharariis Bonon., quod Dominus Zoen olim Epiſcopus Avenion. in ſuo Teſtamento inter cetera diſpoſuit, & reliquid Eccleſie Avinionenſi I. Epiſcopis Avinionenſib., eius Succeſſoribus podere, quod habebat in Territorio Saliceti Bonon. Dioceſ., & aliud podere quod habebat juxta Sapinam in dicta Dioceſ. juxta ſuot confines, hoc modo, & conditione, quod Epiſcopus quicumque pro tempore fuerit Succeſſor in dicta Eccleſia, eligat tres de Chanonicis ipſius Eccleſie, & duos Clericos Secul. de Caſtro Novarie, & unum de aliis Caſtris Eccleſie ſupradicte, qui ſint dociles, & non habeant aliquod beneficium Eccleſiaſticum, quos deſtinent Bonon. ad ſtudendum, quorum quilibet habere debeat quolibet anno pro expenſis Studii XXIV. libr. ex redditibus percipiendis ex dictis poderibus, quorum quilibet ſtare poſſit quinque annis ad plus in dicto Studio, & finito tempore primorum deſtinatorum, loco ipſorum, alios ſubrogare, & ſic ſucceſſive. Et ſi contigerit eum negligentem eſſe in Scolaribus ad Studium tranſmittendis, voluit, quod dicta poderia veniant ſine diminutione ad Eccleſiam S. Michaelis in Buſcho de Bonon., que Eccleſia teneretur providere octo Scolaribus pauperibus de Avinione, vel Epiſcopatu ipſius &c.

Et ſi illi de Eccleſia S. Michaelis fuerint negligentes, perveniant dicta poderia ad Capitulum Avinionenſis Eccleſie, quod Capitulum teneatur providere octo Scolaribus, ſicut ſupra dictum eſt de Epiſcopo. Si autem omnino deficeret Studium Bonon., voluit, quod Epiſcopus Avinionenſ. vendat dicta poderia, & precium convertat in emptione aliarum poſſeſſionum in Epiſcopatu Avinionenſi, de quibus providere debeat octo Scolaribus, ut

dictum

dictum eſt, Studentibus in alio Studio generali. Et ſi omnes fuerint negligentes, & remiſſi, voluit, quod dicta poderia vendantur per dictos ſuos Commiſſarios, & precium diſtribuatur per pauperes Chriſti, ubi eis viſum fuerit melius expendend., quos Commiſſarios eſſe voluit Priorem Fratrum Predicatorum Conventus Bonon., & Guardianum Fratrum Minorum Conventus dicte Civit., qui pro tempore fuerint, & Priorem S. Michaelis de Buſcho, volens, quod ſi aliquis eorum predictis intendere, & ſupereſſe non poſſent, alii duo nihilominus exequantur. Quod Teſtamentum factum fuit anno Nativit. Dominice MCCLVII. Indict. XV. d. X. intrante Febr., & ſcriptum manu Yſnardi Boniohannini Pizolpili Not.

Poſt hec prefatus Epiſcopus ſuos fecit Codicillos eiuſdem Notarii manu ſcriptos in MCCLVII. Indictione predicta die nono exeunte Februario ſupradicto. In quibus inter cetera infraſcripta diſpoſuit per hec verba. Item cum dixerit dictus Epiſcopus in ſuo Teſtamento, quod ſi Epiſcopus Avinionen. Succeſſor ſuus aliquis eſſet negligens in tenendis Scolaribus apud Bononiam, pervenirent dicta poderia, ſeu dicte poſſeſſiones ad Sanctum Michaelem de Buſcho, de quibus ipſi Fratres tenerent octo Scolares. Et ſi ipſi eſſent negligentes, pervenirent predicta ad Capitulum Avinionen. Eccleſie, quod teneretur facere illud idem. Et ſi omnes predicti invenirentur negligentes, Commiſſarii venderent ipſas poſſeſſiones, & precium diſtribuerent inter pauperes. Dictorum negligentiam determinavit ipſe Epiſcopus per Commiſſarios ſuos debere reputari: ſi Epiſcopus ſteterit per annum, quod non teneat Scolares in Studio Bonon.; & tot quot ipſe Teſtatur inſtituit. Idem dixit de Sancto Michaele de Buſcho, & illud idem de Capitulo Avinionenſi, ut quicumque per annum ſteterit, quod non tenuerit Scolares tot quot ordinaverit Teſtator, vel ad minus ſex, negligens habeatur, & poſſint Commiſſarii procedere ad diſtrahenda poderia, & diſtribuendum precium inter pauperes, ut dictum eſt.

Deinde cum caſus, ſive condiclo evenerit vendendi dicta poderia, & precium diſtribuendi ſecundum formam dicti Teſtamenti, & Codicillorum predictorum, quia illis temporibus Studium defecit Bonon.; ſed maxime, quod prefati Epiſcopi, Succeſſores ſui, & Conventus Fratrum de Buſcho, & denique Capitulum Avinionenſe ſucceſſive negligentes fuerunt in eligendis, tranſmittendis, ac tenendis dictis Scolaribus Bonon. ad ſtudendum, ne dum per annum, ſed etiam per plures annos, antequam Studium deficeret in Civitate Bonon., quod poſtea recuperatum fuit, prefati Commiſſarii volentes exequi Teſtatoris voluntatem, ſcilicet dicti Prior Predicatorum, & Guardianus Minorum, cum alii Commiſſarii predictis intendere non poſſent, exequendo predicta, habito tamen prius conſilio in ſcriptis plurium prudentum virorum juriſperitorum Civitatis Bonon., an procedi poſſit ad dictam venditionem, & eis concorditer conſulentibus procedi poſſe ad dictam venditionem, vendiderunt tamquam Commiſſarii dicta poderia Paulo de Tencarariis patri dicti Thome bona fide pro precio octingentarum libr. bonon., quod tunc comune precium videbatur, ipſumque precium receperunt diſtribuendum inter pauperes, illudque, ut creditur, diſtribuerunt ſecundum formam dicti Teſtamenti; ſuper quibus poderibus ipſe Paulus, & dictus Thomas ejus filius ſuis expenſis multa melioramenta fecerunt.

Que venditio conſideratis predictis creditur proceſſiſſe de jure, & conventus predictos in aliquem eventum, ſive de jure proceſſerit, ſive non, non teneri de predictis reddere racionem, cum nichil ipſorum nomine geſtum fuerit, nec ad eos dictum precium pervenerit, nec ſint, vel fuerint dictorum poderiorum aliquo tempore poſſeſſores; prefatus tamen venditores, que commiſſa fuerint, ſi viverent, non negatur teneri de predictis reddere racionem, ſi diſtributio precii facta non fuiſſet.

Ipſe autem Thomas videtur eciam non teneri, cum bona fide emerit Pater ejus, & longo tempore poſſederit continuato tempore patris ſui, & precium ſolverit pater ejus, ut conſtat per publicum Inſtrumentum, & conſtat vendicionem fieri potuiſſe rationibus antedictis.

Dicentes etiam, cum reverentia tamen, quod objicitur de depoſito alias facto per Conventus de quantitate octingentarum libr., occaſione predicta non obſtante, quod non fuit factum dictum Depoſitum per Commiſſarios, quia jam erant mortui, & precium dum viverent, diſtribuerant auctoritate dicti Teſtamenti, nec eciam, factum fuit tamquam de precio ad eos pervento, ſed ſolum factum fuit propter evitandos quoſdam proceſſus, ex quibus dicti Conventus, cum reverentia tamen facientium indebite gravabantur occaſione predicta: qui velle procedere videbantur ad interdicendum eoſdem, niſi fieret depoſitum ſupradictum, ut ipſo depoſito facto de jure, excuſatione, & defenſione ipſorum Conventuum plenius videretur, nihilominus ab eorum proceſſibus ad Sanctiſſimum Patrem noſtrum Dominum Papam pro parte dictorum Conventuum extitit appellatum.

Quare ſupplicatur humiliter P. V. procedere pro parte dictorum Conventuum, & Thome predicti, quatenus dignetur Veſtra Paternitas de veſtra ſolita clementia, & benignitate per auditores veſtros, vel alios examinari facere jura predicta, & non pati, quod ipſi, vel alter eorum ex predictis indebite aggraventur.

Digitized by Google

T

Part. I. Pag. 345. Lit. d.

Ex Tom. 43. Cod. Diplom. Gymn. Bon.

INNOCENTIUS IV. (a)

Archidiacono Bononienſi.

Decretales Epiſtolas nuper editas Archidiacono Bonon. mittit, earumque titulos deſcribit, jubetque, ut in Gymnaſio eas exponi curet.

AD explicandos nodos multiplicium queſtionum, quos in rebus jugiter contingentibus circa varios poſitivi juris articulus humane indaginis nectit infirmitas, nonnulla temporibus noſtris novarum Conſtitutionum, & Decretalium Epiſtolarum remedia emanarunt, que Predeceſſorum noſtrorum ſtrenuis ſunt ſubjecta laboribus, per quos fuit ad comunem omnium, & maxime ſtudentium utilitatem vigilantiſſimis excogitationibus deſudatum. Verum ſicut accepimus eiſdem Conſtitutionibus, & Decretalibus quedam alie ſub noſtro confecte nomine ab aliquibus inſeruntur, quas noſtre approbationis eu nun provexit auctoritas, ut cum aliis, quas locum habere cenſuimus in judiciis, & Scholis debeant eiſdem juris vinculis contineri. Ne igitur per commixtionem hujus opinionis quilibet, umbra ſpeciem ſibi veritatis uſurpans, aliquos in confuſionis deducat errorem, Conſtitutionum, & Decretalium Epiſtolarum principia, quas tempore Noſtri Pontificatus edidimus, quaſque in corpore juris contineri decrevimus, Tibi competentibus aſſignata titulis duximus tranſmittenda: mandantes quatenus ea Magiſtris, & Scholaribus diligenter exponens ex parte noſtra diſtincte prohibeas, ne quis alias ſub noſtro nomine editas, vel edendas in Judiciis, vel in Scholis admittat abſque mandato Sedis Apoſtolice ſpeciali. Principia vero illarum hec ſunt, & ii ſunt tituli, quibus competere dignoſcuntur. Capite de Preſcriptis, *Cum in multis Juris articulis preſenti Decreto duximus ſtatuendum. Diſpendia litium equitatis compendio*. Capite de Electore, & Electi poteſtate. *Statuimus, ut ſi quis electionem, poſtulationem, vel proviſionem. In electionibus, poſtulationibus, ac ſcrutiniis*. Capite de ſupplenda negligentia Prelatorum. *Romana Eccleſia &c Edictum vero per Remenſem &c. Grandi* non *immerito &c.* Capite de Officio Vicarii. *Romana Eccleſia &c. Cum Remenſis Archiepiſcopus &c.* Capite de Officio, & Poteſtate Judicis delegati. *Statuimus, ut Conſervatores*. Capite de Officio Legati. *Officii noſtri debitum remediis*. Capite de Officio Ordinarii. *Romana Eccleſia &c. prohibemus*. Capite de Judiciis. *Juris eſſe ambiguum non videtur*. Capite de Foro competenti. *Romana Eccleſia &c. Ne appellationis*. Capite de Lite non conteſtata. *Exceptiones peremptorie*. Capite de Reſtitutione Spoliatorum. *Frequens, & aſſidua Nos querela*. Capite de Dolo, & Contumacia. *Actor qui venire*. Capite de eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſervande. *Eum, qui ſuper dignitate Perſonatu, vel Beneficio*. Capite de Confeſſis. *Statuimus, ut poſitiones negativas*. Capite de Teſtibus. *Romana Eccleſia &c. In appellationis cauſa. Ad hec, que in quadam Epiſtola*. Capite de Exceptionibus. *Pia conſideratione ſtatuit*. Capite de Sententia, & Re judicata. *Cum enim Tribunal Judicis*. Capite ad Apoſtolice dignitatis &c. *Sane Abbas de Bonifacio Abbate &c.* Capite de Appellationibus. *Cordi Nobis eſt lites minuere legitima ſuſpitionis Romana Eccleſia &c. Cum ſuffraganeorum Remenſium*. Capite de Conceſſione prebende, & Eccleſie non vacantis. *Quia cunctis*. Capite de Rebus Eccleſie non alienandis. *Dum &c. Dictus vero Archidiaconus*. Capite de Cenſibus, & Procurationibus. *Romana Eccleſia &c. Statuimus, ut quilibet Archiepiſcopus*. Capite de Homicidio. *Pro humana redemptione generis*. Capite de Privilegiis. *Volentes libertatem*. Capite de Penis. *Romana Eccleſia &c. Licet autem Remenſis*. Capite de Penitentiis, & Remiſſionibus. *Romana Eccleſia &c. Queſtoribus autem*. Capite de Sententia excommunicationis. *Cum medicinalia ſolet a nonnullis. Statuimus, ut nullus Judicum. Quia periculoſum. Romana Eccleſia &c.* Ceterum interdici. Dilecto filio Decano Aurelianenſi &c. Capite de Verborum ſignificatione. *Veniens &c.* per illa verba. Datum Aſiſii Quinto Idus Septembris. Pontificatus noſtri anno undecimo.

V

Part. I. Pag. 345. Lit. e.

Ex eodem Tom. 43.

INNOCENTIUS IV. (b)

Archidiacono, & Fratri Danieli Ordinis Predicatorum Bononie.

Statuta a Rectore, & Scholarium Bonon. Univerſitate nuper edita confirmat.

DIlecti Filii Rectores, & Univerſitas Scholarium Bononienſium quedam dicuntur edidiſſe Statuta ſalubria, & honeſta, que ad utilitatem, & bonum ſtatum ipſorum redundare noſcuntur; ad quorum obſervationem ſe juramento preſtito obligarunt. Nos itaque ipſorum ſupplicationibus inclinati mandamus, quatenus Statuta ipſa prout ſunt licita, & honeſta, auctoritate Apoſtolica confirmantes, ea faciatis firmiter obſervari, contrariis non obſtantibus; ſi aliquibus eſt ab Apoſtolica Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Peruſii ſecundo Idus Januarii Pontificatus noſtri anno decimo.

(a) *Ex Regiſt. 5. Innoc. IV. Epiſt. de Curia 4. fol. 129. an. MCCLIII. 9. Septemb.*

(b) *Ex Regiſt. 11. Innoc. IV. Epiſt. 338. fol. 229. MCCLIII. 12. Januarii.*

Part. I.

X

Part. I. Pag. 356. Lit. c.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

INNOCENTIUS IV. (a)

Epiſcopo Cervienſi Bononie commoranti, & Magiſtro Bernardo Canonico Bononienſi Capellano noſtro.

Abbati Nonantulano Monaſterii regimine ſe abdicare volenti congruam penſionem aſſignari, ac novum interim Abbatem eligere jubet.

CUm ſicut ex parte dilecti filii Abbatis Monaſterii de Nonantula Ordinis Sancti Benedicti ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis fuit propoſitum coram Nobis, idem conſiderans, quod confectus ſenio jam non poteſt portare ſarcinam conſuetam, velit regimini cedere Abbatie, mandamus, quatenus ipſius ceſſione recepta, & proviſione ſibi congrua de bonis ejuſdem Monaſterii aſſignata mandetis ex parte noſtra Conventui dicti Monaſterii, ut infra tempus, quod eis prefigendum duxeritis, ad preſentiam veſtram in tuto loco veniant, vel aliquos de ipſorum Collegio habentes ab eis mandatum ſufficiens mittant, ut de Abbate ſibi provideant de veſtro conſilio, & aſſenſu, alioquin Vos ex tunc vice Noſtra preficiatis ipſi Monaſterio perſonam idoneam in Abbatem, facientes ſibi ab ejus ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, recepto ab ipſo ſub forma, quam Vobis ſub Bulla Noſtra tranſmittimus, Noſtro, & Eccleſie Romane nomine, fidelitatis ſolite juramento, Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo. Formam autem juramenti, quam ipſe preſtabit, ſtudeatis Nobis per ejus patentes literas ſuo ſigillo ſignatas per fidelem Nuntium deſtinare. Datum Lugduni Idibus Junii Pontificatus noſtri anno quarto.

Y

Part. I. Pag. ſupracit. Lit. e.

Ex Tom. 28. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

ALEXANDER IV. (b)

Magiſtro Bernardo Canonico Bononienſi Capellano noſtro.

Ut Bonacurſum Abbatem Monaſterii S. Proculi Bononienſis a Monachis Nonantulanis eorum Monaſterio Præfectum in ejuſdem Monaſterii poſſeſſionem inducat.

INtellecto dudum, quod dilectus Filius Cirſaccus quondam Abbas Monaſterii de Nonantula Ordinis Sancti Benedicti ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis ſenectute ac infirmitate incurabili pregravatus minus erat ſufficiens regimini Monaſterii memorati; Tibi, & Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Imolenſi direximus Scripta noſtra, ut ſi dictus Abbas ſenectuti, ac anime ſue conſulens vellet cedere regimini Monaſterii antedicti, admitteretis ceſſionem hujuſmodi vice Noſtra, & faceretis eidem Monaſterio de perſona idonea, quam ſine aſſenſu noſtro nolebamus eligi, decernentes, ſi ſecus fieret irritum & inane, per electionem canonicam provideri, Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Ipſo igitur Abbate in manibus veſtris ipſius Monaſterii regimini ſponte cedente, ac a Vobis hujuſmodi ceſſione recepta conventus prefati Monaſterii eligendi, ſeu poſtulandi perſonam idoneam in Abbatem eorum Tribus de ipſo Conventu commiſerunt unanimiter poteſtatem; qui Fratres de aſſenſu Veſtro dilectum Filium Bonacurſum Abbatem Monaſterii Sancti Proculi Bononienſis, virum, ut aſſeritur, providum, & diſcretum, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectum in Abbatem jam dicti Monaſterii de Nonantola concorditer poſtularunt. Nos itaque preſentatam Nobis poſtulationem hujuſmodi admittentes mandamus, quatenus ipſum Bonacurſum Abbatem in corporalem dicti Monaſterii de Nonantula poſſeſſionem auctoritate noſtra inducas, & defendas inductum, faciens ſibi a ſubditis ſuis obedientiam, & reverentiam debitas exhiberi, recepturus ab eo poſtmodum pro Nobis, & Romana Eccleſia Fidelitatis ſolite juramentum. Forma autem juramenti &c. Datum Anagnie quarto Idus Julii Pontificatus Noſtri anno primo.

Z

Ex eodem Tom. 28.

ALEXANDER IV. (c)

Cirſacco quondam Abbati Monaſterii de Nonantula Ordinis Sancti Benedicti.

Monaſterii Nonantulani ceſſionem ab ipſo factam approbat, eique quaſdam pecuniarum ſummas, domum, & ſervitutes debitas quoad vixerit prædicti Monaſterii ſumptibus decernit.

INtellecto dudum, quod Tu ſenectute, ac infirmitate incurabili pregravatus inſufficiens eras regimini Monaſterii de Nonantula, quod ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinet, mediante Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Imolenſi, & dilecto Filio Magiſtro Bernardo Canonico Bononienſi Capellano noſtro, dedimus Noſtris Literis in mandatis, ut ſi Tu ſenectuti, ac anime tue conſulens velles cedere regimini Monaſterii memorati, dicti Epiſcopus, & Capellanus vice noſtra hujuſmodi ceſſionem admitterent, & facerent ipſi Monaſterio de perſona idonea, quam

fine

(a) *Ex Regiſ. I. Innoc. IV. Epiſ. 818. fol. 409. an. MCCXLVII. 13. Junii.*

(b) *Ex Regiſ. I. Alex. IV. Epiſ. 492. fol. 72. an. MCCLV. 12. Julii.*

(c) *Ex Regiſ. I. Alex. IV. Epiſ. 493. fol. 72. an. MCCLV. 13. Julii.*

ſine ipſorum aſſenſu nolebamus eligi, decernentes, ſi ſecus fieret irritum & inane, per electionem canonicam provideri, electionem hujuſmodi pro confirmatione ipſius preſentati noſtro conſpectui facientes, aſſignaturi Tibi de bonis ipſius Monaſterii pro ſuſtentatione tua proviſionem congruam & honeſtam; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſpoſita compeſcendo. Cum autem in eorumdem Epiſcopi, & Capellani manibus ſponte ceſſeris regimini Monaſterii antedicti, prefati Epiſcopus, & Capellanus hujuſmodi Literarum auctoritate in trecentis libris bonon. pro ſuſtentatione tua exhibendis Tibi annuatim de bonis dicti Monaſterii, & de habitatione quarumdam domorum, & uſu vaſorum quorumdam ipſius Monaſterii Tibi quoad vixeris providerint, prout in inſtrumento publico confecto exinde dicitur plenius contineri. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati proviſionem hujuſmodi ratam habentes & gratam illam Auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis, & communitionis infringere &c.

Datum Anagnie tertio Idus Julii Pontificatus noſtri anno primo.

AA

Ex eodem Tom. 28.

ALEXANDER IV. (a)

Conventui Monaſterii Sancti Proculi Bononienſis.

Bonacurſo eorum Abbati ad Monaſterium Nonantulanum licet tranſlato ad biennium parere jubet, novamque Abbatis electionem interim vetat.

CUm de perſona dilecti filii Bonacurſi quondam Abbatis veſtri in Abbatem Monaſterii de Nonantula, quod ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinet vacantis per ceſſionem dilecti Filii Ciſacci quondam Abbatis ejuſdem Canonice ſit proviſum, Nos attendentes ejus induſtriam, & diligentem ſollicitudinem, ac ſollicitam diligentiam, quam geſſit circa regimen Monaſterii veſtri, cui laudabiliter prefuit, curam, & adminiſtrationem ipſius Monaſterii veſtri Sancti Proculi ſibi uſque ad biennium in ſpiritualibus, & temporalibus duximus committendam. Univerſitati veſtre mandamus quatenus eidem uſque ad illud tempus intendatis, & obediatis humiliter & devote. Nos enim auctoritate preſentium Vobis diſtrictius inhibemus, ne interim ad electionem, ſeu poſtulationem alicujus in Abbatem jam dicti Monaſterii veſtri aliquatenus procedatis, decernentes irritum & inane, ſi quid contra hujuſmodi commiſſionis, & mandati noſtri, ac inhibitionis tenorem, vel de proviſione ſepe dicti veſtri Monaſterii, ſive per Literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de preſentibus mentionem, aut alias infra preſcriptum tempus contigerit attentari. Datum Anagnie tertio Idus Julii Pontificatus noſtri anno primo.

BB

Part. I. Pag. 357. Lit. a.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

INNOCENTIUS IV. (b)

Archipresbitero, & Capitulo Plebis S. Marie de Montebellio Bononien. Dieceſis.

Diruta a Bononienſibus Eccleſia S. Apollinaris ad prædictam plebem pertinente, ejuſque vice ſubſtituta Eccleſia S. Ambroſii, Pontifex hujuſmodi ſubſtitutionem Apoſtolica auctoritate confirmat.

JUſtis petentium deſideriis dignum eſt Nos facilem prebere conſenſum, & vota, que a rationis tramite non diſcordant, effecta proſequente complere. Cum igitur ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Bononienſis ad ſupplicationem Poteſtatis, & Communis Bononienſis, qui Eccleſiam Sancti Appollinaris, ejuſque domos ſitas juxta Palatium Communis ad Plebem veſtram ſpectantem diruerunt funditus, in recompenſationem hujus damni vacantem Eccleſiam Sancti Ambroſii Bononien., in qua Juſpatronatus habebant Vobis, & dicte Plebi Capituli ſui accedente conſenſu duxerint cum ſuis juribus, & pertinentiis concedendam, prout in inſtrumento publico inde confecto, cujus tenorem de verbo ad verbum preſentibus inſeri fecimus, plenius continetur. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati conceſſionem hujuſmodi gratam, & ratam habentes Eccleſiam ipſam cum predictis juribus, & pertinentiis Vobis, & per Vos dicte Plebi auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor autem ipſius Inſtrumenti talis eſt. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo die decimatertia intrante Auguſti, Indictione octava, tempore Domini Innocentii Pape Quarti, Bononie in Palatio Epiſcopatus Bononienſis preſentibus, & rogatis teſtibus Fratre Benvegnuto Sancti Michaelis de Boſco, Fratre Prudentio de Ordine Predicatorum, Dominis Thomaſio quondam Albertini Ugetti Legum Doctore, Guinizello Domini Magnani Judice, Jacobo Martini Beccarii, Arimundo Domini Albrici de Sancto Petro, Scapalino quondam Domini Lambertini Scappe, Jacobino quondam Bonincuntri, Matheo quondam Alberti de Libris Notario, & aliis pluribus. Cum nobilis Vir Dominus Rizardus de Villa Poteſtas, & Commune Bononien. occaſione cujuſdam ſtatuti ipſius Communis facti Eccleſiam Sancti Appollinaris, & domos ipſius Eccleſie poſitas juxta Palatium Communis

Bono-

(a) *Ex Regiſt. I. Alex. IV. ſub epiſt. 497. fol. 72. ann. MCCLV. 13. Julii.*

(b) *Ex Regiſt. II. Innoc. IV. fol. 182. an. MCCLI. 28. Junii.*

Digitized by Google

Bononienſis pertinentes nullo medio ad plebem Sancte Marie de Montebellio Bononienſis Dieceſis diruerunt totaliter, & diſtruxerunt ſine conſenſu, & auctoritate Venerabilis Patris Domini Fratris Jacobi Bononienſis Epiſcopi, & ipſius Capituli. Ipſi tandem Poteſtas & Commune Bononien. volentes ſatisfacere dicte Plebi, & Archipresbitero, & Capitulo dicte Plebis, & eos conſervare indemnes tam de dicta Eccleſia, terreno, & domibus ipſius, & de damnis, que dicti Archipresbiter, & Capitulum Plebis Montisbellii propter hoc incurrerunt, ſupplicaverunt humiliter, & devote Venerabili Patri Domino Fratri Jacobo Epiſcopo, & Capitulo Bononien., quatenus Eccleſiam Sancti Ambroſii Bononien. vacantem, in qua dictum Commune dicit ſe Juſpatronatus habere, darent, & aſſignarent, & traderent Domino Petro Archipresbitero dicte Plebis recipienti vice, ac nomine ipſius Plebis, & ipſius Capituli cum omnibus pertinentiis ſuis, iuribus, & actionibus pertinentibus ad dictam Eccleſiam Sancti Ambroſii in eadem libertate, ac poteſtate, & jure ſecundum quod habebant dictam Eccleſiam Sancti Appollinaris, videlicet, ut Archipresbiter, qui pro tempore fuerit in dicta plebe, habeat in Eccleſia Sancti Ambroſii inſtitutionem, & deſtitutionem liberam, & quod poſſit ponere quem, vel quos voluerit de Fratribus ſuis Canonicis, & removere quem voluerit, ſecundum quod facit in aliis ſuis obedientiis manualibus, & facere conſuevit, & Poteſtas, & Commune Bononie parati ſunt remittere Juſpatronatus, quod ſe habere dicunt in dicta Eccleſia quantum ad preſentationem, ſeu electionem Rectoris, & Parochiani dicte Capelle, ſi quod jus habent in electione, ac preſentatione Rectoris ratione Juriſpatronatus, aut alicujus conſuetudinis, facient illud idem, & Poteſtas, & Commune Bononie ſatisfacient, ſi quod melioramentum fuerit in domibus Sancti Appollinaris, quantum ad domos Sancti Ambroſii, & reſtituent totum melioramentum ad extimationem, & arbitrium Magiſtri Alberti de Laborerio Sancti Petri, ſcilicet uſque ad quantitatem ſexaginta libr. bononienſium, ſeu plus, vel minus ſecundum quod taxaverit, qui datus eſt ad extimandum caſamentum, & domos Sancti Appollinaris, & caſamentum, & domos, & terras Sancti Ambroſii. Unde predictus Dominus Epiſcopus, & Canonici, qui tunc erant preſentes, ſcilicet Venerabilis Pater Dominus Octavianus Sancte Marie in Via Lata Diaconus Cardinalis Apoſtolice Sedis Legatus tamquam Canonicus Bononienſis, presbiter Octavianus de Florentia, Dominus Jacobus Guidonis Lambertini, Dominus presbiter Ugolinus de Barbarolo, presbiter Bartholomeus, Magiſter Bernardus Parmenſis, Dominus Raimundus quondam Domini Andalo, & Domini Ubaldinus, & Octavianus Nepotes predicti Domini Cardinalis annuentes petitionibus dictorum Poteſtatis, & Communis Bononien. volentes etiam tam Communi Bononienſi, quam Archipresbitero, & Capitulo predicte Plebis gratiam facere ſpecialem dederunt, conceſſerunt, & tradiderunt predictam Eccleſiam Sancti Ambroſii vacantem cum domibus, poſſeſſionibus, juribus, & actionibus, & aliis rebus, mobilibus, & immobilibus ad dictam Eccleſiam pertinentibus Domino Petro Archipresbitero dicte Plebis recipienti vice, ac nomine ipſius Plebis dictam dationem, in recompenſationem Eccleſie Sancti Appollinaris predicte, ita videlicet ut de cetero dicta Eccleſia Sancti Ambroſii Plebi Montisbellii nullo medio ſit ſubjecta ſicut olim fuit Eccleſia Sancti Appollinaris, & Archipresbiter, qui pro tempore fuerit in dicta Plebe libere habeat inſtitutionem, & deſtitutionem in dicta Eccleſia Sancti Ambroſii, & quem, aut quos voluerit, poſſit ibi de Fratribus ſuis Canonicis ponere, & quando voluerit removere, ſecundum quod facit in aliis ſuis obedientiis manualibus, & facere conſuevit. In aliis vero juribus ſpiritualibus Canonici, qui pro tempore fuerint in dicta Eccleſia Sancti Ambroſii, obediant, & intendant Domino Epiſcopo, & Eccleſie Bononienſi ſecundum quod faciebant, & obediebant, dum in Eccleſia Sancti Appollinaris morabantur, ita quod omnia bona dictarum Eccleſiarum Sancti Appollinaris, & Sancti Ambroſii ſimul uniantur & conjungantur, & de cetero ſint unita; dantes inſuper dicti Dominus Epiſcopus, & Canonici plenam, & liberam poteſtatem prefato Archipresbitero transferendi ad Eccleſiam Sancti Ambroſii Fratres olim commorantes in Eccleſia Sancti Appollinaris, & ſua auctoritate intrandi poſſeſſionem dicte Eccleſie Sancti Ambroſii, & omnium bonorum, mobilium, & immobilium, iurium, & actionum ad Eccleſiam Sancti Ambroſii pertinentium. Ad hec Dominus Thomaſinus de Gallopenſio, & Dominus Paſſius Ugonis de Ymola Sindici Communis Bononienſis ad dictam concordiam confirmandam conſtituti vice, & nomine ipſius Communis, habentes ſpeciale mandatum ad omnia, & ſingula complenda, ut in Inſtrumento ſcripto manu Ugolini de Brinia Notarii plenius continetur, vice, ac nomine Communis Bononie, que tractata fuerunt per Dominum Epiſcopum, & Capitulum Bononienſem, & per Poteſtatem, & Antianos Communis Bononien., ut ſupra premiſſum eſt, in petitione Communis Bononie, facta Domino Epiſcopo, & Capitulo Bononienſi preſente dicto Domino Rizardo de Villa Poteſtate Bononienſi, & mandante, conſenſerunt predictis omnibus, & ratum habuerunt, & Juſpatronatus quantum ad electionem, ſeu preſentationem ſpectat, remiſerunt expreſſe dicto Archipresbitero, ac dederunt ſtipulanti, & recipienti vice, & nomine ipſius Plebis, & Eccleſie Sancti Ambroſii, ſalvo Jurepatronatus ipſi Communi in omnibus aliis, ita quod idem Archipresbiter, & ſui Succeſſores liberam habeant electionem Rectoris in dicta Eccleſia Sancti Ambroſii, promittentes predicti Sindici nomine, & vice ipſius Communis predicta omnia attendere, & obſervare, & non contravenire per ſe, vel per alium, ſeu alios occaſione aliqua, vel exceptione juris, vel facti ſub pena mille libr. Imperialium, & obligatione bonorum dicti Communis, & refectione impenſarum ſolemni ſtipulatione premiſſa Archipresbitero ſepedicto pro ſe, ſuiſque Succeſſoribus ſtipulanti, & quod dictum Commune, & Sindici predicti defendent

dent

Digitized by Google

deot dictum Dominum Archipreſbiterum, & Capitulum Plebis Montisbellii, & Eccleſiam Sancti Ambroſii a qualibet alia perſona, que dictam Eccleſiam Sancti Ambroſii, vel Rectorem ipſius inquietaret, ſeu queſtionem contra ipſam moveret ſuper Jurepatronatus quantum ad jus preſentandi, ſeu eligendi, & quod facient illam deſiſtere ab illa moleſtatione, ſeu querela ſub pena predicta, ita quod pena in omni Capitulo, & pro quolibet Capitulo toties peti poſſit, & exigi quotiens commiſſa fuerint, penaque ſoluta, vel non, dicta firma ſint & rata. Preterea Nicolaus Oradini Notarius Sindicus, ſeu Procurator Parochianorum ipſius Eccleſie Sancti Ambroſii habens ad hoc ſpeciale mandatum, ut in charta ſcripta manu Mathei Alberti de Libris Notarii continetur, a dictis Parochianis, vice ac nomine ipſorum Parochianorum conſenſit, dedit, & remiſit expreſſe omne Juſpatronatus, ſi quod habent ratione Juriſpatronatus, aut conſuetudinis in predicta Eccleſia Sancti Ambroſii, dicto Domino Petro Archipreſbitero Plebis Montisbellii ſtipulanti, & recipienti vice ac nomine dicte Plebis, & Eccleſie Sancti Ambroſii antedicte, ita quod liberam habeat electionem Rectoris in dicta Eccleſia Sancti Ambroſii, promittens in omnibus, & per omnia, & ſub eadem pena, ſecundum quod Sindici Communis Bononie predicti promiſerunt nomine Communis Bononie, ut ſuperius continetur, eodem die Bononie in Camera Domini Andree infraſcripti, preſentibus teſtibus Presbiteris Formento, & Aldevrando Cappellanis Sacriſtie Eccleſie Sancti Petri Bononienſis, & Carnelevario Clerico, Domino Gabriele quondam Domini Ubertini Epiſcopi, Domino Arimundo Domini Albrici de Sancto Petro, & aliis pluribus, Dominus Andreas Reuzus Canonicus Bononienſis jacens in lecto infirmus omnibus, & ſingulis ſupradictis conſenſit, & ea omnia, & ſingula approbavit, & ratificavit. Eodem die in Camera Domini Prioris Sancti Salvatoris Bononienſis, preſentibus teſtibus Domino Gabriele, & Domino Arimundo predictis, Magiſtro Bernardo Parmenſi, & Magiſtro Berardo de Camerino, Dominus Oddo Prepoſitus Faventie Canonicus Bononienſis jacens in lecto infirmus, omnibus ſupradictis conſenſit, & ea omnia, & ſingula approbavit, & ratificavit. Eodem anno, & Indictione predicta die decimaquarta intrante Auguſto in Sala Domus Presbiteri Bombologni infraſcripti, preſentibus teſtibus Presbitero Guillelmo Eccleſie Sancti Proſperi, Domino Gabriele, & Domino Arimundo predictis, & Nicolao Oradini, Matheo quondam Alberti de Libris, & aliis pluribus, Dominus Presbiter Bombolognus Archipreſbiter Bononien. omnibus, & ſingulis ſupradictis conſenſit, & ea omnia, & ſingula approbavit, & ratificavit. Eadem die Bononie in Curia Domus, ſeu Hoſpitii quondam Domini Aldrevandini de Prendipartibus, preſentibus dictis teſtibus Dominus Titius electus Feltrenſis, & Belunenſis Canonicus Bononienſis omnibus, & ſingulis ſupradictis conſenſit, & ea omnia, & ſingula approbavit, & ratificavit. Eodem anno, & Indictione predicta, die nona exeunte Auguſti in Canonica Bonon., preſentibus teſtibus Domino Azolino Archipreſbitero Plebis Sancti Petri in Caſale, Magiſtro Guidone de Senis, Domino Bingo de Florentia, & Nicolao Oradini Notario, Dominus Albertus Prior de Gangalang. Canonicus Bononienſis omnibus, & ſingulis ſupradictis conſenſit, & ea omnia, & ſingula approbavit, & ratificavit. Eodem anno, & Indictione predicta, die ſeptima exeunte Auguſti in Canonica S. Petri Bononien., preſentibus teſtibus Domino Azolino Archipreſbitero Sancti Petri in Caſale, Zanolto, qui fuit de Allegralcore, & Parmeſano, qui ſtat cum Domino Jacobo Guidonis Lambertini, Dominus Ubertinus de Montatigo Canonicus Bononienſis omnibus, & ſingulis ſupradictis conſenſit, & ea omnia, & ſingula approbavit, & ratificavit.

Ego Thomaſinus de Magra Imperiali auctoritate Notarius interfui, & ut ſupra legitur rogatus ſcribere ſcripſi. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

Datum Peruſii quartodecimo Kalendas Julii Pontificatus noſtri anno Nono.

CC

Part. I. Pag. 357. Num. VIII.

Ex Tom. 28. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

URBANUS IV. (a)

Epiſcopo Ferrarienſi, & Magiſtro Bernardo Canonico Bononienſi.

Ut Manfredum in Caſtri Carpi Mutinenſis Diæceſ. poſſeſſionem quamcitiſſime inducant.

DUm anguſtias, & erumnas, quibus dilectus Filius Manfredus Veronen. electus in manibus inimicorum Eccleſie conſtitutus affligitur, pio animo cogitamus, dum inſuetas penas, quas in ſqualore carceris ſuſtinet, flebili meditatione revolvimus, intimo circa eum movemur compaſſionis affectu, & libenter vias cogitamus, & modos, quibus aliqua impartiri ſibi conſolationis remedia valeamus. Conſiderantes igitur, quod non habet unde hoc tempore valeat in eodem carcere commode ſuſtentari, ac volentes ſibi liberalitatis Apoſtolice dexteram aperire, omnia jura, omneſque juriſdictiones, fructus, redditus, & proventus, & cetera, que Romana Eccleſia in Caſtro de Carpo, ejuſque Territorio, ſeu Diſtrictu Mutinenſis Dieceſis obtinet, & que quondam Bertolinus Tabernerius Civis Parmenſis dum viveret ab eadem tenebat Eccleſia, Apoſtolica ſibi auctoritate conferimus, inveſtientes dilectum Filium Antonium Clericum ſuum per noſtrum anulum de eiſdem, ita quod illa teneat, poſſideat, & percipiat vita ſua, & poſt ſuum obitum ad predictam Eccleſiam libere revertantur. Quocirca mandamus, quatenus Vos, vel alter veſtrum predicto Electo, vel Procura-

(a) *Ex Regiſt. III. Urb. IV. ſub Epiſt. 2. fol. 137. an. MCCLXIV. 8. Septembris.*

curatori ſuo ejus nomine de hujuſmodi juribus, juriſdictionibus, fructibus, redditibus, & proventibus faciatis per Vus, vel per alium, ſeu alios integre, ac plenarie reſponderi. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi perſonis aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientibus plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum apud Urbem Veterem ſexto Idus Septembris Pontificatus noſtri anno quarto.

DD

Part. I. Pag. 357. Num. IX.

Ex Archivo Metropolitanæ S. Petri Bononiæ Faſcic. III. Num. 32.

Acta Cauſæ, quæ vertebatur inter Bernardum de Querceto, & Comitem Panici, continentur in octo membranis invicem conſutis. Pauca autem ex iis excerpſimus, quæ hic exhibentur.

ANno Domini MCCLXV. Indictione octava, die ſextadecima intrante Octobri, Pontificatus Domini Clementis Pape IV. anno primo. Magiſter Bernardus Parmenſis Bonon. Canonicus, Rector Eccleſie S. Marie de Monteovalo Bonon. Dieceſis fecit, conſtituit, & ordinavit vice, & nomine ipſius Eccleſie Dominum Azonem Plebanum de Centorio abſentem ſuum Procuratorem, & Nuntium ſpecialem ad agendum, cauſandum, defendendum, & reſpondendum in Romana Curia coram Domino Papa, & quolibet Auditore dato, vel dando in Cauſa, quam habet, vel habiturus eſt cum Jacobo filio Domini Comitis Maghinardi, vel ejus Procuratore, ſeu Nuntio, ſeu alia perſona occaſione Eccleſie S. Marie de Monteovalu Dieceſis Bonon. &c.

Cum ego presbiter Jacobus Sindicus Archidiaconi, & Capituli Bonon., & Eccleſie Bonon. petierim a Vobis D. Archipresbitero Plebis S. Laurentii in Collina Procuratorio nomine predictorum ...... Bonon. Eccleſie, & nomine Magiſtri Bernardi Bonon. Canonici, Rectoris Eccleſie S. Marie de Monteovalo, ut mihi faciatis copiam veſtre Juriſdictionis, & literarum ad Vos directarum, per quas providiſtis de Eccleſia S. Marie ad Eccleſiam Bonon. pleno jure ſpectante Jacobutio filio Domini Comitis Maghinardi de Panico, & eum induxiſtis in poſſeſſionem ejuſdem, qoam copiam non facites, (*ſic*) nec facere voluiſtis. Item quia providiſti de ipſa Eccleſia non vacante. Item quia Capitulo Bonun., & Magiſtro Bernardo Recture ipſius Eccleſie S. Marie non citatis, & abſque aliqua cauſe cognitione providiſtis de dicta Eccleſia Montis predicti S. Marie dicto filio Comitis Maghinardi &c.

Item ex his omnibus, & quolibet eorum ſentiens ipſum Capitulum Eccleſie Bonon., & predictam Eccleſiam Montis S. Marie, & Rectorem ejus a Vobis aggravari, & aggravatas, & aggravatos eſſe, in his ſcriptis procuratorio nomine predictorum Archidiaconi, & Capituli, & Eccleſie Bonon., & Eccleſie S. Marie predicte, & ipſius Rectoris ad Sedem Apoſtolicam appello &c. Et ipſum Archidiaconum, & Capitulum, & Bonon. Eccleſiam, & Eccleſiam S Marie predicte, & Rectorem ipſius, & jura dicti Capituli, & ipſarum Eccleſiarum ſub Apoſtolice Sedis protectione comitto. Porrecta fuit, & data in ſcriptis &c. ſub anno Domini MCCLXV. Indictione VIII. Pontificatus Domini Clementis Pape Quarti anno primo, die decima exeuntis Auguſti &c.

Anno Domini MCCLXVI. Indict. nona, die ultimo Martii Dominus Bernardus de Querceto Bonon. Canonicus, Capellanus Ven. Patris Domini Octaviani S. Marie in Via Lata Diacon. Cardinal., Rector Eccleſie S. Marie de Montovalo Bonon. Dieceſ. vice, & nomine ipſius Eccleſie fecit, conſtituit, & ordinavit, atque creavit D. Azonem Plebanum de Centorio abſentem ſuum Procuratorem, & Nuncium ſpecialem &c. in cauſa, quam habet &c., & in omnibus cauſis motis, & movendis &c. Actum Bononie ſuper Solarium Canonice S. Petri, preſentibus Domino Paulo Archipreshitero Plebis Montis Cereris &c.

Anno Domini MCCLXIV. Indict. VII. die V. exeuntis menſis Madii Bononie in Camera Mag. Bernardi Doctoris Decretorum, preſentibus Presbitero Frumento, & Coſa Manſionariis, & Johanne, & Rambaldo familiaribus Domini Presbiteri Ugolini Canonici Bonon., Magiſter Bernardus Doctor Decretorum, Canonicus Bononie, & Rector Eccleſie S. Marie de Montovalo Bonon. Dieceſis fecit, conſtituit, & ordinavit Presbiterum Jacobum de Oſpitali S. Petri, & familiarem Capituli Bonon. preſentem, & mandatum ſuſcipientem ſuum Procuratorem, Sindicum, ſeu Acturem &c. In omnibus cauſis generaliter, litibus, ſeu controverſiis, quas habet, vel habere ſperat contra quamcumque perſonam Eccleſiaſticam, vel ſecularem, Collegium, vel Univerſitatem coram quocumque Judice Eccleſiaſtico, vel Civili, ordinario, ſeu delegato, & ſpecialiter in cauſa, ſeu controverſia, quam habet, vel habere intendit cum Abbate Monaſterii S. Marie de Plano Pittorien. Dieceſis ſuper prefata Eccleſia S. Marie, ſeu juribus aliquibus temporalibus, ſeu ſpiritualibus pertinentibus ad eamdem &c. Ego Johannes quond. Nicolai Guizardini Notar. &c.

Anno a Nativitate Domini MCCLXVI. Indictione IX., die XIV. intrante Madio, Actum in Eccleſia Maiori Civit. Viterbii, preſentibus Domino Savanuto Plebano de Caxicomando quond. Domini Filippi ...... Dominus Rodulphus quond. Dumini Benrecordati de Prato, & Petrus Yſpanus conſtitutus Procurator ab ipſo D. Rodulpho, tamquam Procurator Jacobutii Rectoris S. Marie Montiſovali fecerunt, & conſtituerunt eorum, & dicti Jacobutii .... de Podio Boniti Procuraturem in cauſa dicti Jacobutii, quam habet cum Capitulo Bonun., & Mag. Bernardu, & eorum Procuratore, quamquam dictus Petrus Yſpanus factus fuerit Dominus Litis per litem conteſtatam &c. Ego Raubertinus quond. Danielis Imper. auct. &c.

Die X. Novembris. Comparentibus coram Mag. Guillielmo Prepoſito S. Antonini Placentini Capituli, Venerab. Patris Domini S. Epiſcopi Preneſtini Auditore in Cauſa Plebanus Azo de Centorio Procuratore Capituli Bonon., & Domini Bernardi de Quercero Canonici Bononie ex ona parte, & Bardo Procuratore Jacobutii filii Comitis Magbinardi de Panico ex altera, quia Auditor non erat Bononie, inſtructus in Cauſà ipſa prefixit terminum eis, ut proxima die Veneris facta audientia compareant coram eo ad procedendum in Cauſà ipſa, pro ut de jure fuerit.

Die XII. Novembris. Amatus de Verelo Domini Pape Curſor retulit ſe dixiſſe ex parte predicti Auditoris Bardono Procuratori dicti Jacobutii, quod eidem Bardoni dederat ſecundam dilationem ad ponendum in Cauſa predicta uſque ad proximam diem Lune per totam diem.

Die XVI. Novembris. Comparentibus coram Magiſtro Guillielmo Audictore predicto, predicti Azo, & Bardus Procuratores exhibuerunt poſitiones ſecundas, & datus eſt terminus ipſis Procuratoribus ad deliberandum, & reſpondendum ad eoſdem proximo die Mercurii.

Die V. exeunte Novembri. Comparuerunt predicti Procuratores coram Auditore prefato, & reſponderunt poſitionibus ſecundo datis, que ſunt iſte &c.

Sequuntur deinde Poſitiones, ut vocant, & ad calcem earumdem hæc leguntur.

Et ego Johannes de Pallianis auct. Apoſt. Notar. publicus predictis, que in octo fruſtis carte ſcripta ſunt, per me, & ſignis meis ſignata, interfui, & ea de mandato Auditoris prefati in publicam redegi formam.

E E

Part. I. Pag. 357. Lit. e.

Ex Archivo S. Michaelis in Buſco Tom. 5. num. 54.

Codicilli Bernardi Parmenſis.

IN nomine Domini Jeſu Chriſti. Amen. Anno Nativitatis ejuſdem mill. ducenteſimo ſexageſimo quinto Indict. octava die nona intrante Junio. Ego Mag. Bernardus Parmenſis Domini Pape Capellanus teſtamentum a me diſpoſitum, ſcriptum per Bonvicinum Leonardi Notar. infraſc. anno Domini milleſ. ducenteſimo ſexageſimo ſecundo Indict. quinta die decima intrante Juniu, & omnia, & ſingula, que in eo continentur, preſentibus Codicillis apprubo, & confirmo, & valere volo, addens ipſi Teſtamento preſentibus Codicillis legata infraſcripta, & ea, que inferius continentur.

In primis eligo ſepulturam meam aput Eccleſiam B. Petri Bonon., ſi in Civit. Bonon., vel in Dieceſi deceſſero, videlicet in ea ſepultura, quam feci jam fieri, & parari aput tumulum olim bo. mem. Mag. Tancredi Archidiaconi Bonon. in ipſa Eccleſia. Et pro ſepultura mea relinquo de bonis meis pro anima mea, & expendi volo per Commiſſàrios meos infraſcriptos centumquinquaginta lib. bonon. hoc modo, videlicet, quia volo, ot ad ſepulturam meam vocentur quatuor Conſortia presbiterorum, & omnes Conventus Monaſteriorum, & Canonicorum Eccleſiarum Bonon., & cuilibet dictorum quatuor Conſortiorum dentur de predictis centumquinquaginta libris quadraginta ſolidos bonon., ſi venerint ad ſepulturam meam, & rogo, ut quilibet Sacerdos ipſorum Conſortiorum debeat celebrare unam Miſſam pro anima mea intra octo dies mei obitus.

Item volo, quod Sacriſte Bonon. Eccleſie dent Commiſſàriis meis unum aſſàmentum, vel baldachinum ad voluntatem Prioris S. Michaelis de Buſco, & aliorum meorum Commiſſariorum, qui portetur ſupra corpus meum ad ſepulturam meam.

Item de dicta quantitate dari volo cuilibet Canonicorum Eccleſie Bonon. XX. ſolid. bonon.

Item cuilibet Manſionario ejuſdem Eccleſie X. ſold. bonon.

Item cuilibet illorum quatuor Clericorum, qui morantur in Sacriſtia Bonon. X. ſold. bonon., & presbitero Bonagiunte Mag. Tancredi X. ſold. bonon.

Item volo fieri tomulum elevatum ſuper ſepulturam meam prout videbitur Mag. Alberto Rectori operis dicte Eccleſie, vel alio Rectori ejuſdem operis, & Priori de Boſco de lapidibus marmoreis jam paratis a dicto Magiſtro Alberto, de quibus jam ſolutus eſt, exceptis quadraginta ſolidis bonon., qui ſolvi debent opere facto, quos ſolvi mando de quantitate predicta &c. Et ſi aliquid ſupererit de dicta quantitate, & predictis expenſis, volo dari, & diſtribui pauperibus in ipſa Eccleſia die mee ſepulture, & ſeptima, & trigeſima, & centeſima, & anniverſàrio die mei obitus. Et ſi dicte centumquinquaginta libre non ſufficerent, volo, & mando adimpleri, & fieri de aliis meis bonis per Commiſſàrios meos &c.

Item pro anima mea relinquo in ſubſidium Terre Sancte Templariis de ultramare viginti lib. bon., & Hoſpitalarii de ultramare alias viginti lib. bonon. pro redemptione peccatorum meorum, hac conditione, & modo, quod dicti Templarii, & Hoſpitalarii ſint hoc tantum legatu contenti, que legata dari maodo Magiſtris Provincialibus de Lombardia manſionum predictarum, & non alii &c.

Item Savine fil. quond. Gerardi de Vigatulo germani mei lego tres lib. bonon. in augmentum dotis &c.

Item Eccleſie Parmenſi CL. lib. &c.

Item Magiſtro Gerardo nepoti meo jure legati relinquo libros meos legales, ſcilicet Codicem, Digeſtum Vetus, & Digeſtum Novum, & Summam Uguitionis in Decretis, & unum ſciphum argenteum cum pede ſculptum ad leonem, & tredecim coclearia argenti, & pſàlterium meum cum Ymnario, & inſuper lego ei triginta lib. booon. &c.

Item CC. lib. bonon., de quibus emantur poſſeſſiones pro predictis Nepotibus, que poſt eorum mortem ad ſuos heredes perveniant.

Actum in Camera, in qua morabatur di-

ctus

Digitized by Google

ctus Magiſter Bernardus in Canonica Bonon. Eccleſie, preſentibus Domino Magiſtro Sinigardo Archipbr. Bonon., Domino Bernardo de Querceto, Domino Ugolino, & Domino Fuligno presbiteris, & Domino Zambono Canonicis Bonon. &c.

Ego Bencivennus Domini Leonardi Firmani Not. &c.

Part. I. Pag. 359. Lit. d.

Monumentum, quod hic afferendum eſſet, dabimus in Appendice ſub num. XVII.

FF

Part. I. Pag. 369. Lit. i.

Ex Arch. Publ. Bon.
In *Mem. Bonacoſſæ Johannis Cavallerii*
1279.

Die Lune 9. intrant. Octob.

DOminus Egidius de Foſcarariis Doctor Decretorum infirmus, cum propter ſuam infirmitatem Librum Decretalium inchoare non poſſit inſequenti anno, ad talem concordiam pervenit cum Magiſtro Garſia Hyſpano Doctore Decretorum, ſcilicet quod dictus Dominus Egidius conceſſit eidem Magiſtro Garſie Scolas ſuas pro anno ſequenti, & omnes Scolares ſuos, quos habet, vel haberet in futurum in ſequenti anno, ita quod poſſit ibi ordinarie legere, & collectas facere, & dictus Magiſter Garſias promiſit eidem Domino Egidio dare medietatem ejus, quod receperit a dictis Scolaribus pro prima, & ſecunda collecta, & collectam Scolarum cum pactis, & condictionibus contentis in Inſtrumento ſcripto manu Mattheij Carlini Notarii facto hodie in camera dicti Domini Egidii, preſentibus Domino Natale Rainerii, Domino Liberio Canonico Anchonitano, Rectoribus Univerſitatis Scolarum Bononie, Domino Berengherio de Codalero, Domino Petro Martini, Domino Garſia Sebaſtiani Canonico Compoſtellano, Bartholomeo Gilii Not., & Angelo Venture &c.

Angelus Venture Bedellus Domini Egidii de Foſcarariis promiſit Magiſtro Garſie Hyſpano dare terciam partem ejus, quod receperit in Scolis Domini Egidii, in quibus debet legere Dominus Magiſter Garſias, Alberto Bedello ipſius Domini Garſie, vel ipſi Domino Garſie ad ſuam voluntatem ſub pena XXV. lib. bonon. ex Inſtrumento dicti Matthei Carlini Notario &c., preſentibus &c.

Part. I. Pag. 372. Lit. h.

Vid. ſupra in App. Profeſſor. Jur. Civil. Pag. 63. Lit. C.

Part. I. Pag. 373. Lit. e.

Vid. ſupra in App. Profeſſ. Jur. Civil. Pag. 84. Lit. HH.

GG

Part. I. Pag. 376. Num. I.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Memor. Bonacoſſa Johannis Cavalerii.

Die Mercurii 20. Decembr.

DOminus Rodulphinus de Ungarellis Not. Procurator Venerabilis Patris Domini Opizii Dei gratia Parmenſis Epiſcopi Fideicommiſſarii, & executoris Teſtamenti, & ultime voluntatis bone mem. Magiſtri Jacobi Canonici Bonon., ut dixit contineri in Teſtamento ſcripto manu Thomaxini Petrizoli Armanini Not. ad infraſcripta conſtitutus, ut dixit contineri in inſtrumento procure ſcripto manu Domini Thomaxini Not. fuit confeſſus, & contentus habuiſſe, & recepiſſe, & ſibi conſignatas, & reſtitutas eſſe infraſcriptas res, recipiendo eas vice, & nomine dicti Domini Epiſcopi, depoſitas per dictum Dominum Jacobum, ſive nomine ipſius penes Fratrem Calandrucium familiarem domus, & Conventus S. Marie Nove de Bonon., & penes Dominam Priorixam ipſius Conventus & dicto Fratre Calandrucio dante, & reſtituente per ſe, & vice, & nomine dicte Priorixe, & ipſius Conventus videlicet.

Inprimis centum ſexaginta libras bonon. depoſitas penes predictas in quodam ſaculo.

Item unum Par Decretalium cum Apparatu Bernardi.

Item unum Decretum.

Item unum Codicem, unam Summam Goffredi.

Item unum aliud Par Decretalium cum Apparatu Bernardi.

Item Digeſtum Vetus.

Item unum aliud Par Decretalium cum Apparatu Bernardi.

Item unum Par Decretalium Mangotti.

Item unum Par Decretalium Antiquarum.

Item duos Miſſales.

Item unum Librum Sermonum.

Item unum Librum Moralium S. Gregorii.

Item XXXVIIII. quinternos.

Item duos Cofinos.

Item unum Cordonem de Seta.

Item unum Calicem argenteum deauratum.

Item duos Petines eburneos.

Item unam Burſam de corio nigro.

Item tres Burſas de Seta.

Item duas Burſas de ſeta laborata ſuper panno de lino.

Item tres Burſe de Seta teſſute.

Item unam Burſam de Seta factam a guanterio.

Item duos Cuſſinos.

Item unam Toaglam parvam a diſco, & a manu, & duo capitergia.

Item duas Caxhas.

Item unum Arcile.

Item duas Tabulas ad comedendum ſuperius.

Item quatuor Vegetes.

Item octo Aſſides.

Item duo Aſſera.

Item unum Diſcum ad legendum, & unam Rotam ad tenendum libros.

Item unum Scrineum, in quo ſunt duo Lebetes de petra.

Item unum Pat., & una Rannola, & unum Parolium, & unum Catinum de ramo, & una Stagnata, & unum Bacile, & una Canevaria de ferro, & unum Spitum de ferro, & unam Gradellam de ferro, & unum Berhacum a conditu, & unam Cathenam de ferro.

Item III. culcitras, & III. capizales.

Item IIII. anulos de auro, & unum de argento.

Item unum friſum argenteum.

Item unum teſutum mambretatum de argento cum fluba, & cuſpello cum una burſa de ſeta.

Item unum tamaritium cum uno capizali.

Item XX. corbes frumenti.

Item IIII. corbes ſegalis.

Item X. corbes fabe.

Item unam ſitulam de aqua, & unam cazam.

Item argentum in manbretis, cuſpello, & fluba.

Item IIII. pancerias de ferro.

Item XVIII. corbes ſpelte.

Ex inſtrumento dicte confeſſionis ſcripto manu Daynſii quond. Petri Cavaze Not. facto hodie &c.

Eodem die Fr. Albertinus Sindicus, & Procurator generalis domus, & Conventus Eccleſie S. Marie Nuve, ut dixit contineri Inſtrumento ſcripto manu Bartholomei Ceſſallanis Not. procuratorio nomine dicti Conventus, fuit confeſſus, & contentus habuiſſe, & recepiſſe centum libr. bonon. a Domino Rodulphino de Ungarellis Notario, procuratore Venerab Patris Domini Opizii Epiſcopi Parmenſis Fideicommiſſarii, & executoris Teſtamenti, & ultime voluntatis Magiſtri Jacobi Canonici Bononie, quas centum libras reliquerat jure legati dicte Eccleſie, & Conventus, ut patet in Teſtamento ſuo ſcripto manu Thomaxini Amanini ex Inſtrumento dicte confeſſionis ſcripto manu ſupraſcripti Notarii facto dicta die, preſentibus ſupraſcriptis &c.

Dominus Franciſcus de Ungarellis de Bonon. Archip. Pleb. de Cornilia Parmen. Dioc., & Dominus Rodulphinus de Ungarellis de Bon. Procuratores Ven. P. D. Opizonis Dei gratia Parmen. Epiſcopi executores teſtam. bon. mem. Ven. Viri Mag. Jacobi Canonici Bonon. Decretorum Doct., & Auditoris contradictarum Domini Pape fatentur habuiſſe a Fr. Paulo Calignano Priore Collegii Fratr. Umiliatorum Eccleſie S. Jacobi de Savina de Bonon. dante, & ſolvente CXV. libr., quas receperant in depoſitum a Domino Mag. Jacobo.

Item XVI. lib., & XVIII., quas dictum Collegium ſolvere tenebatur.

Item unam Robam de Furiano integram.

Item ſex Vegetes de bozo.

Item duos Pilactos de varo.

Item unum Guarnellum de bruna cum varo.

Item unum Mantellum de perſo cum una radixina.

Item unum capucium cum varo.

Item V. toaglas a diſco.

Item VI. manutergia.

Item unam Toaglam a diſco gulendatam.

Item VII. capitergia.

Item VII. linteamina.

Item unam cortinam.

Item unum copertorium de vulpe.

Item unum mantellum de bruna.

Item II. ydrias.

Item III. cuſinos &c.

HH

Part. I. Pag. 378. Lit. a.

Ex Tom. 18. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

ALEXANDER IV. (a)

Petro Canonico Bononienſi, nato Nobilis Viri Ugolini Guidonis de Lambertino Civis Bononien.

Canonicatum, & Prebendam in Eccleſia Patracenſi primo vacaturam ipſi ab Apoſtolica Sede conceſſum, & ab electo Patracenſi publico Inſtrumento promiſſum confirmat.

Devotionis Tue Nobis exhibita petitio continebat, quod cum Nos dilectis Filiis..... Electo, & Capitulo Patracenſi preces direxiſſemus ſub certa forma monita, & mandata, ut Te in eorum Eccleſia reciperent in Canonicum, & in Fratrem, Tibique de Prebenda, ſi vacabat, vel quamprimum ad id ſe offerret opportunitas providerent, decernentes irritum, & inane quicquid contra mandatum hujuſmodi contingeret attentari: Idem Electus poſtmodum apud Sedem Apoſtolicam conſtitutus, ad quam in eadem Eccleſia pertinet collatio Prebendarum, Patrem tuum ſuo nomine liberaliter recipiens, in Canonicum Eccleſie ſupradicte de Prebenda hujuſmodi Tibi providere promiſit, quamprimum habuerit facultatem, prout in Inſtrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos igitur Tuis ſupplicationibus inclinati, quod per eumdem Electum in hac parte factum eſt ratum, & gratum habentes id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem Inſtrumenti predicti de verbo ad verbum preſentibus inſeri facientes, qui talis eſt.

In Dei nomine Amen. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo die Mercurii vigeſimaquinta Julii, decimaquinte Indictionis, Pontificatus Domini Alexandri Pape Quarti anno tertio.

In preſentia mei Notarii infraſcripti, & teſtium ſubſcriptorum Nobilis Vir Dominus Ugolinus Guidonis Lambertini Civis Bononienſis Procurator Domini Petri Canonici Bononien. filii ſui, ſicut conſtitit, preſentavit nomine ipſius Filii ſui Domino...... Electo Patracenſi literas Domini Pape, quarum continentia talis erat. Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis Filiis...... Electo, & Capitulo Patracenſi Salutem, & Apoſtolicam Bene-

(a) *Ex Regiſtr. II. Alex. IV. Epiſt. 524. fol. 64. an. MCCLVII. 27. Julii.*

Digitized by Google

Benedictionem. Credentes Vos illa erga Nos, & Romanam Eccleſiam devotionis ſinceritate fervere, ut preces noſtras, etiam ſi eas pro extrancis dirigamus, ſtudeatis effectui mancipare, ſperamus firmiter illas a Vobis cum porriguntur pro Nobis, & devotis Noſtris, eo promptius adimpleri, quo de ſinceriori affectu procedere dignoſcuntur. Hinc eſt, quod pro dilecto Filio Petro Canonico Bononienſi, nato dilecti filii Nobilis Viri Ugolini Guidonis de Lambertino Militis Bononien. Univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur, attente mandantes, quatenus ipſum ob reverentiam Sedis Apoſtolice, & Noſtram in Eccleſia veſtra in Canonicum recipiatis, & in fratrem, ſibique de Prebenda, ſi qua in eadem Eccleſia vacat ad preſens, vel quamcito ad id obtulerit ſe facultas, liberaliter providere curetis, non obſtante ſtatuto de certo Canonicorum numero, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roborato, aut quod idem Petrus pati dicitur in ordinibus, & etate defectum, ſeu ſi Vobis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicojus minime teneamini, quodque ad id compelli non poſſitis per Literas Apoſtolicas plenam, & expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi mentionem. Et quelibet alia prefate Sedis indulgentia cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam, aut totaliter non inſertam ipſius Petri receptio, vel proviſio impediri valeat, vel differri, preces, & mandatum noſtrum in hac parte taliter impleturi, quod devotionem veſtram digois exinde poſſimus in Domino laudibus commendare. Et ne idem Petrus hujuſmodi proviſionis fruſtrari poſſit effectu, decernimus irritum & inane, ſi ſecus de predicta Prebenda per quemcumque cootigerit attentari. Datum Laterani quarto Nonas Aprilis Pontificatus noſtri anno tertio. Qui Domious Electus predictis literis ipſis reverenter receptis ſtatim prefatum Dominum Ugolinum, nomine dicti Domini Petri quantum ad ſe pertinebat libere recepit in Canonicum, & in Fratrem, & promiſit, ſe proviſurum eidem Domino Petro de prebenda, quam cito ad id obtulerit ſe facultas, ſalvo tamen jure priorum receptorum, ſi qui jam recepti ſunt in Eccleſia Patracenſi preſcripta. Actum Viterbii in hoſpitio, in quo hoſpitatus erat dictus Dominus Patracenſis Electus. Preſentibus Domioo Sinibaldo Camerario Domini Octaviani Sancte Marie in Vialata, Diacono Cardinali, Domino Jacobino de Priodipartibus, & Domino Gruamoote Civibus, & Militibus Bononienſibus, ac Domino Andalo Milite de Mantua, teſtibus ſpecialiter ad hoc vocatis. In teſtimonium autem preſentatioois, receptionis, & promiſſionis hujuſmodi Dominus Electus preſcriptus preſenti Inſtrumento, ad majorem cautelam predicti Domini Petri, ſigillum ſuum appendi mandavit. Ego Johannes de Campulo Apoſtolice Sedis auctoritate Notarius predictis interfui, & ea de mandato dicti Domini Electi in publicam formam redegi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis &c.

Datum Viterbii ſexto Kalendas Auguſti Pontificatus Noſtri anno tertio.

II

Ex eodem Tom. 28.

ALEXANDER IV. (a)

Archiepiſcopo Athenienſi, & Epiſcopo Mothonenſi.

Ut Electum, & Capitulum Patracenſis Eccleſiæ moneant, quod Petrum Lambertinum Bononien. in Canonicum, & Fratrem recipiant.

EXhibita Nobis dilecti Filii Petri Canonici Bononienſis nati Nobilis Viri Guidoois de Lambertino Civis Booonien. petitio contioebat, quod cum Nos dilectis Filiis Electo, & Capitulo Patracenſi preces direxiſſemus, ſub certa forma monita, & mandata, ut eum in eorum Eccleſia reciperent in Canonicum, & in Fratrem; ſibique de Prebenda ſi vacabat, vel quamprimum ad id ſe offerret opportunitas providerent, decernentes irritum & inane quicquid contra mandatum hujuſmodi contingeret attentari. Idem Electus poſtmodum apud Sedem Apoſtolicam conſtitutus, ad quem in eadem Eccleſia pertinet collatio Prebendarum patrem ſuum ſuo nomine liberaliter recipiens in Canonicum Eccleſie ſupradicte, de Prebeoda hujuſmodi ſibi providere promiſit quamprimum habuerit facultatem, prout in Inſtrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos vero ſuis ſupplicatiooibus inclinati, quod per eumdem Electum in hac parte factum eſt, ratum, & gratum habentes id auctoritate Apoſtolica duximus confirmandum. Quocirca mandamus, quatenus dictum Petrum, vel Procuratorem ſuum ejus nomine a Capitulo ſupradicto recipi per Vos, vel alios in eadem Eccleſia, eique provideri faciatis, ſeu provideatis de Prebenda, ſi vacat, vel quamprimum ad id obtulerit ſe facultas juxta priorum noſtrarum continentiam Literarum, Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante quod idem Petrus alias beneficiatus exiſtit, ſeu quavis dicte Sedis indulgentia, quod de prebendis ejuſdem Eccleſie cuique per Literas Apoſtolicas non valeat provideri, & alia, per quam ipſius Petri proviſio valeat impediri. Nos ioſuper decernimus irritum & inane quicquid contra proviſionem hujuſmodi de ipſa Noſtra, vel alia quavis auctoritate contigerit attentari. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, unus veſtrum ea nihilominus exequatur.

Datum Viterbii ſexto Kalendas Auguſti. Pontificatus Noſtri anno tertio.

(a) *Ex Regiſtr. II. Alex. IV. ſub Epiſt. 524. fol. 64. an. MCCLVII. 27. Julii.*

Digitized by Google

K K

Part. I. Pag. 378. Lit. e.

Ex Tom. 28. Cod. Diplom. Eccl. Bon.

URBAN. IV. (a)

Petro dicto Caprerio Canonico Bononienſi, & Franciſco de Baxis Archipresbitero de Saluſtra Imolen. Diecesis.

Deprædato Eccleſiæ Bononienſis Theſauro, jubet, ut ſceleſtos fures inquirant, ac inventos ad Urbem quamprimum tranſmittant.

OLim ad audientiam noſtram prolato, quod quidam iniquitatis filii ad Theſaurum Eccleſie Bononienſis, ac alia bona, que depoſita erant in Sacriſtia ipſius Eccleſie cupiditatis injectis oculis ad eamdem Sacriſtiam noctis tempore auſu temerario acceſſerant, & quam conceperant nequitiam producentes in actum, quendam Sacriſtam ipſius Eccleſie, ac Nepotem eiuſdem ante fores Eccleſie prelibate, ſuggerente humani generis inimico, nequiter preſocantes illos immaniter occidere, ac ut perpetratum ab ipſis facinus ad ſue damnationis cumulum hominibus publicarent, eorumdem occiſorum corpora ſuper eiuſdem Eccleſie pulpitum imponere, illaque ibidem relinquere preſumpſerunt, Theſauro, & bonis hujuſmodi de prefata Sacriſtia ſacrilegis manibus aſportatis. Nos tantum exceſſum nolentes ſub diſſimulatione tranſire, Venerabili Fratri noſtro Archiepiſcopo Ravennatenſi per Literas Noſtras mandavimus, ut Bononiam perſonaliter ſe conferens, & legitimo Venerabilis Fratris Noſtri Epiſcopi tunc electi Bononienſis, qui ſuper hiis dicebatur ad inquiſitionem procedere incepiſſe, ſi quis habitus fuerat ſervato proceſſu, quem ſibi auctoritate noſtra faceret exhiberi ſuper premiſſis eadem auctoritate, prout ſibi videretur expediens inquireret tam ibi quam alibi, quo ad Jacobum Capellanum noſtrum Canonicum Bononienſem natum dilecti Filii Nobilis Viri Cathalani Civis Bononienſis, qui delicti hujuſmodi auctor precipuus ferebatur ſollicite veritatem, & que inveniret in ſcriptis redacta una cum predicto proceſſu ſub ſuo ſigillo fideliter introcluſa, Nobis per fidelem Nuncium remittere procuraret, prefixo nihilominus eidem Capellano termino peremptorio competenti, quo compareret perſonaliter coram Nobis facturus, & recepturus, quod juſtitia ſuaderet. Et licet eedem Litere ipſi Arehiepiſcopo, ut dicitur, fuerint preſentate, huiuſmodi tamen mandatum Noſtrum adhuc non extitit adimpletum. Sane parati enormitas criminis clamor populi validus, qui hac de cauſa, ut dicitur, contra Clerum inſultat, nec non & grave, ac intollerabile ſcandalum, quod occaſione hujuſmodi fertur exortum, noſtrum implorant officium, ut efficaciter intendamus, ad factum ipſum, prout illius ſuadet qualitas ulciſcendum; & ideo illud nolentes aliquatenus pretermittere impunitum, diſcretioni Veſtre mandamus, quatenus Vos, vel alter veſtrum per vos, vel alios tam Bononie, quam alibi, prout expedire videritis, inquiratis Auctoritate Noſtra ſuper premiſſis ſollicite veritatem, & que inveneritis in ſcriptis redacta Nobis per aliquem fidelem nuncium ſub ſigillis veſtris fideliter introcluſa remittere procuretis, tam memoratum Capellanum, quam etiam Raymundum Arehipresbiterum de Sala Bononienſis Diecesis, quem de principalibus predicti facinoris patratoribus extitiſſe, habere dicitur, communis in partibus illis infamia, & parte Noſtra nihilominus peremptorie citantes, ut infra unum menſem poſt citationem veſtram compareant perſonaliter coram Nobis recepturi, ſi ſuper hoc inventi fuerint culpabiles, ſecundum ſuorum exigentiam meritorum. Diem vero citationis, & formam, & quicquid inde feceritis per veſtras Literas preſentium ſeriem continentes Nobis fideliter intimetis.

Datum apud Urbem veterem Kalendis Decembris Pontificatus noſtri anno tertio.

L L

Part. I. Pag. 378. Lit. f.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Memorial. Com. Anſaldini Alberti Anſaldini an. 1280.

Die 3. intr. Settem.

DIſcretus, & Nobilis Vir Dominus Petrus Capretus de Lambertinis Doctor Decretorum, & Prior, & Rector Eccleſie Sancte Marie Majoris de Bonon. ſuo nomine, ſuorum Succeſſorum, & Eccleſie prelibate, diligenti deliberatione prehabita irrevocabiliter dedit, conceſſit, & aſſignavit Johanni filio Domini Galeoti de Lambertinis recipienti ſuo nomine, & vice Roberti ſui fratris Canonicis ſuis, & dicte Eccleſie Sancte Marie Majoris cupientibus literarum ſtudio proficiſci, in eorum beneficium, & prebendam, & pro eorum ipſorum vite neceſſariis, & ut poſſint literarum ſtudio inerere, & proficiſci Fructus, reditus, & proventus omnes, & ſingulos, qui percipi, & haberi potuerunt quocumque modo, vel jure de omnibus, & ſingulis domibus, & poſſeſſionibus ſuis in Terra, ſive Villa, ſeu loco, cui dicitur Roharo Bon. Dieceſ. pertinentibus ad ipſam Eccleſiam Sancte Marie Majoris, ſeu ad Eccleſiam Sancte Marie de Roharo, que nullo modo pertinent ad jam dictam Eccleſiam Sancte Marie Majoris, & ad Menſam ipſius Eccleſie; ita quod deinceps poſſint ipſas domos, & poſſeſſiones habitare, & laborare per ſe, & alios, & locare ad laborandum, & ad afictum; & de ſingulis proventibus, fructibus, & reditibus ipſarum domorum, & poſſeſſionum poſſint ad ipſorum voluntatem, & arbitrium diſponere, & eos ad ipſorum uſum percipere, & habere, comparando eiſdem fructus, reditus, & proventus predictos in beneficium, & prebendam, & partem ejus, quam eos poſſet contingere occaſione juris Canon., quod habent in dicta Eccleſia Sancte Marie Majoris, cujus ſunt predicti Johannes, & Ro-

(a) *Ex Regiſt. Urban. IV. an. MCCLXIII. 1. Decembris.*

& Robertus Canonici; ſalvo quod de prediĉtis fruĉtibus, provemibus, & reditibus prediĉti Johannes, & Robertus dare teneantur ſingulis annis in feſto Sanĉte Marie menſis Auguſti Reĉtori Eccleſie Sanĉte Marie Majoris prediĉte, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, ſexaginta corbes frumenti; & ſi alter ipſorum precederet alium inſuper viventem duret diĉta conceſſio in totum. Dum tamen annuatim dare debeat diĉto Reĉtori de prediĉtis fruĉtibus, reditibus, & proventibus oĉtuaginta corbes frumenti in feſto Sanĉte Marie Auguſti, computatis diĉtis ſexaginta corb. frumenti; qui Dominus Petrus diĉtas res ſe pro diĉtis Johanne, & Roberto conſtituit precario poſſidere. Dans diĉto Johanni pro ſe, & diĉto Roberto recipienti licentiam, & liberam poteſtatem ipſarum rerum poſſeſſionem corporalem ſua auĉtorirate accipiendi, & retinendi. Que quidem omnia, & ſingula ſupraſcripta fecit diĉtus Dominus Petrus ad prediĉtorum ſuorum Canonicorum inſtantiam, tum etiam ad inſtantiam Domini Galeoti prediĉti eorum Patris, qui tam ſibi, quam prediĉte Eccleſie Sanĉte Marie Majoris deſervivit, & ipſam Eccleſiam, & ejus iura defenſavit, & cotidie paratus eſt defenſare, ex quibus, & aliis prediĉti bene meriti ſunt. Promittens diĉtus Dominus Petrus ſuo nomine, & nomine, & vice ſuorum Succeſſorum, & Eccleſie prelibate diĉto Johanni pro ſe, & diĉto Roberto ſolempni ſtipul. diĉtam dationem conceſſam, & aſſignat. in perpetuum firmas, & ratas habere, & non contravenire ullo tempore per ſe, vel per alium, ſub pena centum libr. imperialium ſtip. ſolemn. premiſſa, & ſub obligatione bonorum ſuorum, & diĉte Eccleſie Sanĉte Marie Majoris, & pena ſolut., vel non, prediĉta omnia, & ſingula firma permaneant. Hoc tamen ſalvo, quod contraĉtus prediĉtus, & omnia, & ſingula ſupraſcripta ita demum robur, & firmitatem obtineant, ſi Venerabilis Pater Dominus ..... Bonon. Epiſcopus auĉtoritate ſua prediĉtis interpoſuerit & decretum, alioquin ex nunc, ut ex tunc prediĉtus contraĉtus, & omnia, & ſingula ſupraſcripta pro non faĉtis, & .... habeantur. Ex Inſtrumento Johachini Ardayni Not. faĉto hodie Bononie. In Camara Domini Bondi Canonici Sanĉte Marie Majoris, preſentibus Domino Ugolino Domini Guizardi &c.

M M

Part. I. Pag. 378. Lit. i.

Ex Archivo Sanĉti Dominici Bononiæ Tom. 587.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Anno eiuſdem milleſimo duceteſimo nonageſimo ſecundo, Indiĉtione quinta, die ſexto intrante menſe Julii. Cum nichil ſit, quod magis hominibus debeatur, quam ut ſupreme voluntatis liber ſit ſtilus, & licitum, quod iterum non reddit arbitrium: Idcireo Dominus Petrus Capreius de Lambertinis ſanus mente, ſet languens corpore diem extremum prevenire volens, per preſens teſtamentum in ſcriptis de bonis ſuis infraſcriptis diſpoſuit.

In primis quidem eligit ſepulturam ſuam apud Eccleſiam Beati Dominici Fratrum Predicatorum de Bononia, & diĉtos Fratres rogat, quod ſepultura ſua ſit cymiterium diĉtorum Fratrum iuxta murum Eccleſie, & pro expenſis ad diĉtam ſepulturam, ſive archam faciendam, & conſtruendam reliquid centum quinquaginta libr. bon. in diĉto opere expendendas. In die vero ſepulture ſue ad funerandum, ſive ad ſepelliendum corpus ſuum, in pannis ſericis, cera, conſorciis Clericorum, & aliis neceſſariis faciendis circa ipſum funus, reliquid centum quinquaginta libr. bonon., & eas in hoc expendi voluit. Si vero eum mori contingeret extra Civitatem Bonon., ubicumque, vult, quod Corpus ſuum Bonon. deferatur ad ſepelliendum in domo diĉtorum Fratrum, ſicut diĉtum eſt, & ſuper hoc, & pro expenſis faciendis, infraſcripto Commiſſario ſuo concedit liberam poteſtatem, prout ſibi fuerit expedire.

Item voluit, & mandavit, quod omnibus, qui poterunt legitime oſtendere ipſum teſtatorem ab eis iniuſte habuiſſe, vel dampnum eis iniuſte dediſſe, integre eis ſatiſfiat per infraſcriptum Commiſſarium ſuum ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſicut videbitur utilius eſſe pro anima ejus; & quod idem Commiſſarius vel dixerit eſſe reſtituendum, vel non reſtituendum, ratum, & firmum vult haberi.

Item ordinavit, & voluit, quod prediĉt. ſepulturam, & reliĉta pro anima ſua nichil Legatariis perſulvatur, donec faĉta preconizatione publica per omnes Capellas Bonon. uſque ad unius ſpatii ſpatium reſtitutiones cum omni diligentia, & ſullicitudine fuerint adimplete. Preterea voluit, & mandavit, quod jure legati perſulvantur, numerentur, & dentur Monaſterio S. Georgii de Ferarola Ferrarien. Dieceſis mille libr. bonon., niſi ipſe teſtator ante mortem ſuam cum diĉto Monaſterio concordaverit.

Item reliquid Marchiſino de Placitis de Cento centum libr. bonon.

Item reliquid Fratribus Predicatoribus pro una pietanza in die ſepulture ſue facienda, & pro Miſſis celebrandis pro anima ſua quaraginta libr. bonon.

Item Canonicis Eccleſie Majoris de Bonon. quindecim libr. bonon.

Item Eccleſie S. Marie Majoris de Bonon. decem libr. bonon.

Item Plebi S. Johannis in Perſiceto decem libr. bonun.

Item Canonicis Eccleſie Ferrarienſis decem libr. bonon.

Item Fratribus Minoribus de Bonon. decem libr. bonon.

Item Fratribus Heremitanis tres libr. bonon.

Item Sorori Caterine S. Marie Magdalene de Val de Petra vigintiquinque libr. bonon. pro ſuis neceſſitatibus.

Item Sororibus S. Petri Martiris centum ſold. bonun.

Item Sororibus S. Mathie centum ſold. bonon.

Item Hoſpitalibus S. Petri, S. Stephani, S. Felicis, S. Proculi, S. Martini de Appoſa, & Cruciferorum, & Domui Leproſorum de

S. La-

S. Lazaro cuilibet tres libr. bonon. reliquid.

Item voluit, & mandavit, quod ſi in aliquo teſtamento reliquiſſet, vel legaſſet Ugolino, & Nicolao filiis condam Sororis ſue Domine Ymelde, que aſcenderet ultra quingentas libr. bonon. in preſenti teſtamento uſque ad dictam quantitatem legat eis, & non ultra, & ſint contenti.

Item legavit Fratribus ſuis, ſcilicet Domino Guillelmo, & Gozo, & Nepotibus ſuis Guramonti filio condam Domini Calori primogeniti Fratris ſui, & Capricino filio condam Domini Saraceni Fratris ſui, totum illud, quod ex hereditate patris ſui Domini Ugolini Caprizi ipſi teſtatori potuit pervenire.

Item legat predictis Fratribus ſuis, & Nepotibus totum podere, quod emit a Guramonte Nepote ſuo in terra, & Curia Cavagli, & pertinenciis poderis pro equalibus poreionibus, ita tamen quod non poſſint alienare in alias perſonas, quam inter ipſos legatarios, vel heredes eorum, & de hoc ſint contenti.

Item legavit Ghino filio naturali condam Domini Saraceni Fratris ſui quingentas libr. bonon., que ſibi oentur in poſſeſſionibus inmobilibus.

Item voluit, & mandavit, quod ſervitores ſui, qui tempore mortis ſue ſecum morarentur, & ſtarent, ſi remunerati non eſſent, & ſatisfacti per ipſum teſtatorem de mercede eorum, Commiſſarius ſuus ſatisfaciat eis, ſicut eidem Commiſſario convenienter viſum fuerit.

Item libere legavit, & dimiſit Commiſſario ſuo infraſcripto, ratione videlicet Commiſſàrie, tantum de poſſeſſione ſua, quam habet in Terra Dalmanzatici, ſcilicet ex latere ſero vie, que vadit per Dalmanzaticum, & a latere inferiori, ubi ſita eſt Eccleſia dicte Terre, quod ex dicta parte poſſeſſionis idem Commiſſarius poſſit inde percipere annuatim de redditu, deductis expenſis, quinquaginta libr. bonon., de qua pecunia tota ordinavit, & voluit, quod ematur annuatim per ipſum Commiſſàrium pannus, & illum totum det, & diſtribuat in tunicis Fratrum Predicatorum de Conventu Bononie pro anima ſua, & in nullo alio uſu poſſit dicta pecunia converti, vel expendi. Quod legatum dictus teſtator precepit eſſe perpetuum, & juſſit, quod predicta pars poſſeſſionis, quam ſic dimittit, & legat in perpetuum vendi non poſſit, nec obligari, ſeu aliter de ipſa ordinari, niſi ſicut dictum eſt; de dicta autem parte poſſèſſionis, quam ſic demiſit, & reliquid ex nunc, pro ut tunc per preſens teſtameotum, dictum Commiſſàrium mitrit in plenam, & corporalem poſſeſſionem, & eum Dominum facit, ut libere eam locare poſſit, cui voluerit ad fructus percipiendos. Et ſi huic legato aliquis contradicere, vel allegare preſumpſerit de jure, vel de facto, ex tunc perveniat illum, vel illos omni legato, & hereditate ei, vel eis in iſto teſtamento contingente, & ad arbitrium dicti Commiſſarii poſſit libere diſtribui, & dari pro anima ſua. De predicto autem legato, & elemoſina, ita ut dictum eſt, diſpoſuit, & diſponere voluit, ut videlicet Conventus Fratrum Predicatorum de Bonon., & ipſi Fratres debeant intuitu pietatis ſibi pro ut decenter, & convenienter fieri poteſt, concedere Altare Beati Petri, & Pauli, quod eſt juxta Altare Majus ipſius Conventus, ad quod Altare cotidie pro anima ipſius Miſſa devote celebretur pro anima ſua.

Item quod omni anno in die ſui Anniverſarii ſolempnem Miſſam ad Altare Majus dicti Fratres celebrare debeant pro anima ipſius teſtatoris intuitu pietatis.

In omnibus autem aliis ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus ſibi competentibus pauperes Chriſti mendicantes ſibi heredes inſtituit, & intelligit pauperes, perſonas debiles, & infirmas, & qui auxilio victus, & veſtitus ſunt deſtituti. Et ad predicta omnia legata relicta, & fideicommiſſa, preſtanda, danda, & diſtribuenda, & ad omnia, & ſingula ſupradicta exequenda, & complenda, facit, & ordinat ſuum Commiſſarium Priorem Fratrum Predicatorum de Bononia, qui pro tempore fuerit, cui dat plenam licentiam, & liberam poteſtatem pro predictis omnibus, & ſingulis exequendis accipiendi tenutam, & corporalem poſſeſſionem propria auctoritate omnium bonorum ſuorum, & vendendi, & alienandi, obligandi, cautelas emptoribus de jure valituras faciendi ſine ſubaſtatione, vel aliqua juris ſolempnitate ... accipiendi, debita, & credita ſua exigendi, petendi tam in judicio, quam extra, & paciſcendi, tranſigendi, & cedendi, & procuratores unum, vel plures in predictis omnibus, & ſingulis quotiens ei viſum fuerit faciendi, & quicquid per eum factum fuerit in predictis, & ſingulis prediorum, ratum & firmum juſſit haberi ab heredibus, & legatariis ſuis; Et ſi huic teſtamento aliquis contradicere, vel allegare preſumpſerit de jure, vel de facto in judicio, vel extra privetur, & priventur ab omni legato, & emolumento ei, vel eis in iſto teſtamento relicto, & omnia bona devolvantur expendenda ad Commiſſàrii ſui voluntatem pro anima ſua. Et omne aliud teſtamentum, vel ultimam voluntatem bic retro ab eo factum, vel factam caſſàt, & irritat, & nullius valoris penitus eſſe voluit, non obſtantibus aliquibus verbis derogatoriis in ipſo teſtamento, vel in aliqua alia ultima voluntate contentis, de quibus oporteat expreſſam fieri mentionem, quia de his verbis reminiſcendo ſe penitet, & ea omnino revocat, & caſſat, & nullam vult verba illa derogatoria firmitatem habere. Et hec ultima ſua voluntas, quam valere voluit jure teſtamenti, vel ſaltem jure codicillorum, & cujuslibet alterius ultime voluntatis, quod melius valere, & tenere poteſt. Et voluit dictum teſtamentum ſuum, ſive ultimam voluntatem eſſe ſecretam, & deponi, & conſignari in Sacriſtia Fratrum Predicatorum de Bonon., & ſigillari ſigillo ipſius Conventus. Poſt predicta omnia, & ſingula item ſuperaddere voluit, quod nullus Conventus vel perſona Conventualis, neque Hoſpitalarii, vel Templarii in communi ſui Ordinis, vel in ſpetie, neque Cruciferi, ſeu alius Ordinis poſsint petere, vel habere de bonis predicti Domini Petri, occaſione clauſule ſuperioris, in qua contioetur, & continentur, quod inſtituit pauperes Chriſti heredes ſuos cum quadam determinatione ibidem expreſſa, ſet

vult

vult illos pauperes eſſe heredes, quos dictus Commiſſarius ſuus judicaverit eligendos, & hoc ſuo arbitrio reliquid, & non alios, niſi, quod ipſe Commiſſarius judicaverit eſſe pauperes Chriſti.

Ego Frater Johannes de Rochis Ordinis Fratrum Predicatorum mandato dicti Domini Petri Capreti teſtatoris propter corporalem egritudinem ſcribere impediti, hoc ejus teſtamentum ſuo mandato manu ſcripſi &c.

Ego Frater Simon de Ordine Fratrum Predicatorum preſens fui &c.

Ego Frater Franciſcus de Caſtagnolo de Ordine Fratrum Minorum &c.

Ego Frater Calvarius de Butrio Ordinis Fratrum Predicatorum &c.

Ego Frater Antonius de Ordine Fratrum Minorum &c.

Ego Zamboninus quondam Viſolini Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus interfui, & de mandato dicti Teſtatoris me coram aliis teſtibus &c.

NN

Part. I. Pag. 381. Lit. a.

Ex Arch. Excellentiſſ. Familiæ Lambertinæ Faſcic. I. Num. 21.

ANno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto Kalendis Martii Indictione tereia in preſencia Guidonis Lamberti de Mundo, & Ugoois de Rioſto, ſicque Petrus de Cento, adque Verardo de Rioſto; Martignone juravit promiſſione Henrici filii Ramberti, atque Guidoni filii ſui, quod ipſi debent fieri quietum feudum, quod Lambertinus filius nominati Guidonis adquiſivit ad Archiepiſcopum in Comitatu Ferrarie in nomine ipſius Lambertini racione, aut foreia bona fide ſine fraude. Et ſi contigerit pro racione facienda aliquod ſpendium prenominato Lambertino facere debet. Et ſi quis pro predictum feudum tuendum, vel quietandum litem vel violentiam fecerint prenominato Henrico, vel Guidone filio ſuo in comitatu Bononie predicto Guido de Lamberto de Mundo pro ſe, & Lamberto filio ſuo adjuvare promiſit. Sexto Idus Mareias, Indicione predicta in preſencia Petri de Cento, & Ugo de Arioſto, & me preſente Ugo tabellione Henricus filius Lamberti preſcripta omnia vera eſſe teſtificavit, & jure jurando affirmavit, & ſub pena decem librarum Lucenſium preſcripta omnia firma tenere promiſit &c.

OO

Part. I. Pag. 381. Lit. d, & e.

Ex eod. Arch. Excell. Familiæ Lambertinæ Faſcic. I. Num. 3.

AN. Dn. mil. cent. ſeſageſimo quinto, octavo Id. Jul., Indic. decimatertia in preſencia Comitis Rodaldi, & Comitis Ugolini, & Alberti de Corrigio, & Alberti Urſonis, & Buccalelli, & Pelavacca, & Uberti de Albaro, & Munſi de Petro de Aſinella, & Ricardini de Petro Gariſendo, & aliorum quampl urium. Facta concordia inter Dominos Lambertinum, & homines Galerie dandi obſides de hominibus Galerie quantos, & quales Dn. Lanibertus vellet pro offenſa, que videbatur facta ipſi Domino ab hominibus Galerie. Niger, Verardinus, Petrocinus de Pretovo, Arnolfus, Gratiadeus Accariſius, Johannes de Ajuco, Petrus de Salvo, Paganellus Uſeret., Signorinus, Guizardinus, Leo, Inginolſus. Ricardinus de Malzermo, Albertus de Anoilda, & alii multi. Et omnes ipſi dederunt ſe obſides predicto Domino Lambertino, & tactis Sacroſanctis Scripturis juraverunt manere bona fide in oſtazaria predicti Domini Lambertini ubicumque ipſe vellet, nec de ea exire, niſi voluntate Domini Lambertini, vel ſui certi nuntii, & hoc totum factum fuit voluntate, & concordia Populi Galerie &c.

Actum in Galeria Indictione predicta.

PP

Part. I. Pag. 400. Lit. b.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Memor. Bonjacobi quond. Ugolini Guiçardini pag. 72.

Die Sabati 23. Menſ. Decembr. 1279.

CUm lis, & queſtio verteretur, & fuiſſet diutius agitata inter Ven. Pat. Dn. Octavianum Dei gratia Bonon. Ep., & Epiſcopat. Bon., & eorum Syndicos, & Procuratores ex parte una, & Commune, & homines, & ſingulares perſonas, & Univerſitatem Terre Unzole, & eorum Procuratores, & Syndicos ex parte alia ſuper eo, quod idem Dn. Epiſcopus, & ejus Syndici dicebant, quod omnes Terras Unzole, & ejus Curie, & Diſtrictus, & Poſſeſſiones earum Comunis, & Univerſitatis predicti eſſe poſſeſſas per Comune, & homines ejuſdem Univerſitatis ſpectare jure dominii, vel quaſi & ad Epiſcopatum Bonon. renovari debere certis temporibus, modis, pactis, & conditionibus ab ipſo Domino Epiſcopo, & Epiſcopatu Bon., & pro decimis ſubtractis ipſi Domino Epiſcopo, & Epiſcopatui Bon., & dapnis, & injuriis, irrogatis eidem, & Juriſdictionibus ſubtractis eidem certam ſummam, & magnam quantitatem pecunie requirebat a dictis hominibus, & Univerſitate, & petebat a dictis hominibus, & Univerſitate decimas integraliter de omnibus fructibus terrarum, & poſſeſſionum poſſeſſar. ab hominibus dicte Univerſitatis in campis, & domibus pro ipſo Epiſcopatu, & ſuper Juriſdictione condempnandi, & puniendi maleficia, & dapna, & injurias, & ſuper proceſſibus factis per ipſum Dn. Ep., & Epiſcop., & ejus judicem, & familiam. Et ſuper honeribus non imponendis a dicta Univerſitate Caſtaldionibus, Notariis, Nuntiis, Decanis, & quibuſcumque nominibus cenſeantur, quos idem Ven. Pat. Dn. Ep. habere, tenere,

vel etiam deputare in dicta Terra Unzole de dicta Univerſitate, & ſuper Poteſtaria, & Juriſdictione ejus exercenda in dictos homines, & Univerſitatem donec eſſet Epiſcopus idem Ven. Pat. Dn. O., & ſuper Caſtro, & habitatione Caſtri dicte Terre, & pertinentiis ejuſdem, & multa alia, que dicebat ad ſe pertinere, & ad ipſum Epiſcopatum, que quidem omnia ſupradicta, & in hoc contractu contenta Comune, & homines Univerſitatis Terre predicte Unzule, & eorum Syndici, & Procuratores negabant, & contrarium aſſerebant. Set tandem ſupradicte partes amicabiliter, & concordirer ad tale pactum, & concordiam pervenerunt, videlicet quod poſſeſſiones Comunis, & hominum Terre Unzole, que hucuſque jure proprio ſunt poſſeſſe de cetero pro propriis habeantur &c. Poſſeſſiones vero, que hactenus tamquam precarie ſunt poſſeſſe ab hominibus, & Univerſitate predictis pro precariis habeantur, & pro pretio renovationis dictarum poſſeſſionum precariarum dentur, & ſolvantur ipſi Dn. Epiſcopo, vel ejus Vicario, aut Syndico pro qualibet bebulca, de his que renovate non ſunt per ipſum Dn. Epiſcopum XV. Imperiales, ſive ſint fertiles, & ſteriles, & non ultra.

Item poſſeſſiones Dn. Epiſcopi terminentur.

Item quod per homines de Unzola dentur, & ſolvantur omni anno in feſto S. Michaelis pro omnibus, & ſingulis decimis, que debentur ipſi Dn. Epiſcopo, & Epiſcopatui Bonon. centum duodecim corbes boni frumenti.

Item quod omnia maleficia, que fierent inter homines de Unzola puniantur per Dn. Epiſcopum ſecundum formam, & modum Statut. per ipſum Dn. Epiſcopum, quorum Statutorum forma talis eſt.

Si quis de Terra Unzole dederit alteri alapatam, puniatur, & condēmpnetur in C. ſold. bonon. &c.

Sic item quicumque alterum vulneraverit cum armis puniatur, ſi fuerit in Caſtro Unzole in XXV. lib. bonon., & extra Caſtrum in XV. lib. puniatur &c.

Item quicumque percuſſerit alterum cum armis non faciendo ſanguinem &c.

Item quod quicumque fecerit inſultum contra aliquem ad domum ſuam &c.

Item quod quicumque furatus fuerit bovem, vel jumentum &c.

Item quod quicumque vulneraverit aliquod animal &c.

Item quod quicumque furatus fuerit alteri beſtiam minutam &c.

Item quod quicumque beſtiam minutam vulneraverit &c.

Item quod quicumque furatus fuerit aliquod volatile &c.

Item quod quicumque aliquem ceperit per capillos &c.

Item quicumque Chriſtum, vel Matrem ejus, Sanctos, vel Sanctas blaſphemaverit &c.

Item quod ſi quis contra aliquam perſonam turpia verba dixerit &c. (a)

Et predictam juriſdictionem, & condempnat., & multe impoſitionem poſſit & debeat facere idem Dn. Epiſcopus, & quiſlibet ejus Succeſſor venientibus contra predicta ordinamenta, niſi concordaverint inſimul infra diem quintam a die maleficii perpetrati, & ſi infra dictum diem ad concordiam pervenerint, condempnare non poſſit uſque ad quantitatem XX. ſold. Imperial. &c.

Delicta vero, & Statuta, in quibus Com. Unzole juriſdictionem habere noſcuntur &c.

Item quod electio Poteſtarie ad ipſum Comune libere debeat remanere Caſtrum Unzole cum ſuis pertinentiis &c. Quando autem fuerit renovatio &c. Si quis Not. Domini Epiſcopi &c.

Item quod omnes Sententie, & Proceſſus facti contra homines Unzole occaſione quacumque ſint vana, & caſſa.

Item quod Caſtaldiones, aliique Officiales, qui fuerunt in Terra Unzole &c.

Item quod Nuntii poſſint eſſe in dicta Terra, unus aut duo ad plus; qui ſint minor. condit. &c.

Item quod Comune, & homines de Unzola dent, & ſolvant in continenti dicto Dn. Epiſcopo pro decimis quibuſcumque eidem Dn. Epiſcopo ſubtractis, & propter condempnationes, & alia quacumque de cauſa mille ducentas lib. bonon.

Item quod ipſum Comune, & homines dent, & ſolvant incontinenti pro renovationibus faciendis ad preſens CC. lib. bonon. quam pecunie quantitat. mille quadringentarum lib. bonon. idem Dn. Epiſcopus confeſſus fuit habuiſſe a predictis hominibus de Unzola cum pactis, & conditionibus, & ſtatutis, & ordinamentis ſcriptis in preſentibus inſtrumentis manu Johannis qnd. Suzii de Unzola Notar., & Forexii qnd. Cambii de Luco Notar. factis hodie in Capella Epiſcupatus Bonon. Preſentibus Dn. Marxillio Mag. Manni de Manteghellis Doctoris Decretorum, D. Jacobo de Panzonibus Vicario dicti Dn. Epiſcopi, Dn. Gerardo de Corvis, me Bonjacobo qnd. Ugolini Guizardini Not. Dn. Bonamico de Piſis Notar., Dominico Alamontis, & Dn. Martino de S. Georgio teſtibus, ut dicti contrahentes aſſeruerunt, & mihi ſcribere fecerunt &c.

QQ

Part. I. Pag. 401. Lit. k.

Ex Arch. Publ. Bon.
In Memor. Gherardini Bonazuntæ pag. 43.

Die quinto intr. Septemb. 1280.

MArtinus Baguarola Bannitor, & Syndicus Comun. Bon., ex auctoritate Conſilii Sexcentorum, & Populi ex Reformatione ſcripta manu Johannini Henrice. Not. officio Reformationum ad infraſcripta ſpecialiter conſtitutus, ut conſtat ex Inſtrumento Syndicatus ſcripto manu dicti Johannini Not. vice, & nomine dicti Comunis, & pro ipſo Comune in preſentia Dn. Stuldi, Jacopi Vicarii, Dn. Bertholdi de Filiis Urſi, Comitis

(a) *Deſidia Notarii omiſſum eſt qua pœna unumquodque delictum plectendum eſſet.*

Digitized by Google

mitis Pot. Bonon. promiſit dare, & ſolvere dicto Magiſtro Garſie Doctori Decretorum, & Canonico Compoſtellano centum quinquaginta libr. bonon. hinc ad feſtum S. Andree de menſe Novem. proximo, & hoc ideo quia dictus Mag. Garſias promiſit ipſi Syndico recipienti nomine, & vice Comunis Bonon., & Univerſitatis Scholarium Bonon. legere bene, & continuare Decretum totum a feſto S. Michaelis proximi uſque ad unum annum completum; Ex Inſtrumento ſcripto manu Johannini predicti Not. hodie facto in Palatio novo Comun. Bonon. Preſentibus Dominis Beneevenne condam Domini Pagani de Aretio Judice dicti Siuldi Vicarii, Gregorio de Guerzino, Alberiuſello Zanini de Alberghis, Nicholao Thomaſini Barberii, & Lapo Spetralli teſtibus; Et ſic predicti Magiſter Garſia, & Syndicus predictus fecerunt ſcribi, & poni in Memorial. Comunis &c.

R R

Part. I. Pag. 412. Lit. e.

Ex *Arch. Pub. Bon.*
In *Memor. Zaccharelli Rolandi Zaccharelli pag.* 35.

MCCLXXXXVII. Indictione decima die vigeſimo primo menſis Septembris.

DOminus Martinus Hyſpanus Rector Ecleſie S. Marie de Chubla Cexaragoſtane Dioceſis in Yſpania Syndicus, & Procurator Dñorum Rectorum, & Univerſitatis Scolarium ultramontanorum, & citramontanorum ad infraſcripta ſpecialiter conſtitutus, ut de Syndicatu, & Procura conſtare dixit ex publico Inſtrumento ſcripto manu Mathei Cambii Notarii, Syndicario, & Procuratorio nomine dictorum Rectorum, & Univerſitatis, & dictos Rectorem, & Univerſitatem, & quemlibet ipſorum Rectorum & de dicta Univerſitate principaliter, & inſolidum obligando ad omnia, & ſingula infraſcripta promiſit dare, & reſtituere Johanni quondam Guidonis de Mizolle de Societate Schallorum de Florentia ſtipulanti inſolidum pro ſe, & vice, & nomine Tolani Lapi, & Petri ſui Socii, & aliorum Sociorum ſuorum de dicta Societate centum quinquaginta libras bononin. hinc ad ſex menſes proximos, quam pecunie quantitatem dicto Syndicario, & Procuratorio nomine preſentialiter recepit, & habuit a dicto Johanne mutuante pro ſe, & vice, & nomine dictorum Talani, & aliorum Sociorum, & de ipſorum comuni pecunia ex cauſa mutui de pura ſorte, & gratia ſpeciali in Venetis groſſis argenteis, quos eodem nomine confeſſus fuit tantam valere, & aſcendere quantitatem bon. in dictorum Rectorum, & Univerſitatis predicte utilitatem, & comodum ſpecialiter convertendam, ſolvendam videlicet & dandam Domino Stephano Bonerii Chanonico Nerbonenſi Decretorum Doctori pro ſuo ſalario legendi Decretalia, cui Domino Stephano ad dictum ſalarium tenentur dicti Rector, & Univerſitas predicta, ut contineri dicitur ex Inſtrumento dicti Matthei Cambii Notarii, & ex Inſtrumento preſentis debiti ſcripto manu Jacobi Jacobini Notarii heri facto in domo habitationis dicti creditoris, preſentibus Domino Stephano Bonerii Chanonico Nerbonenſi Decretorum Doctore, Domino Raymundo Barocho Chanonicho Mimatenſi, Domino Bernardo Gabocto de Biteis, Bonbologno quondam Domini Bonmartini Alegralcoris, Gozo Ubertelli de Ynpoli, & Chatanio Guidonis de Rezano teſtibus &c., & ſic dicti contrahentes una cum dicto Notario venerunt, dixerunt, & ſcribi fecerunt.

Dominus Stephanus Bonerii Chanonicus Nerbonenſis Decretorum Doctor, Dominus Raymundus Barochus Chanonicus Mimatenſis, & Dominus Bernardus Gaboctus de Bicteris inſolidum reſtituere promiſerunt dicto Johanni ſtipulanti, ut dictum eſt, centum quinquaginta libras bonon. hinc ad ſex menſes proximos, quam pecunie quantitatem preſentialiter receperunt a dicto Johanne mutuante, ut dictum eſt, ex cauſa mutui de pura ſorte in Venetis groſſis argenteis, quos confeſſi fuerunt tantam valere, & aſcendere quantitatem bon. cum precario Juramento, & alia in Inſtrumento contenta, ex Inſtrumento dicti Jacobi Notarii facto dicta die & loco, preſentibus Domino Bernardo Berbillii Clerico Litenenſis Dioceſis, Domino Maineto de Monſitis de Florentia Notario, Bonbologno Bonmartini Alegracoris, Zanitino Bencevenis, Gozo Ubertelli de Inpoli, & Jacobo Raynerii teſtibus, & ſic dicti contrahentes una cum dicto Notario venerunt, dixerunt, & ſcribi fecerunt &c.

MONUMENTA
SPECTANTIA
AD PROFESSORES ARTIS NOTARIÆ.

A

Part. I. Pag. 422. Num. II.

Ex Arch. Pub. Bon.
In Memorial. Johannis Barbaroſſæ.

Die Lune 30. Octobris MCCLXXXIV.

CONſtat inter Dominum Rolandinum Paxagerii Artis Notarie Doctorem Civem Bononie ex una parte, & Magiſtrum Nicholinum filium alias Uberti Lardarii de Fraſſeneto Cumitatus Papienſis, & Magiſtrum Venantium Monti de Oſmo ex alia, litem, controverſiam, & ſeu queſtionem ſuiſſe, & adhuc durare, & etiam ſperari in futurum eſſe ſuper Jure regendi, & docendi in Civitate Bononie Artem, & Scientiam Notarie, quod Jus dicebat ipſe Dominus Rolandinus ſulummodo ſibi, & aliis Civibus Bononie, & qui per viginti annos ſteterunt, & habitaverunt in Civitate Bonooie continue, ſolvendo Colectas, & ſubeundo alia honera eum Comune, & Hominibus Comitatus Bononie, & nulli alii competere, & ſic non competere predictis Magiſtro Nicholino, & Venaotio utpote Forenſibus, & omnino alienigenis a Civitate Bononie. Dicebat etiam ipſe Dominus Rolandinus non licere ipſis Magiſtris Nicholao, & Venantio Scholares habere in dicta Scientia, & Arte Notarie, & ipſi Domino Rolandino, & aliis Civibus Bonon. regentibus in dicta Arte, ſive Scientia, quodamodo Scholares ſubtraere & auferre contra formam Statutorum, & Reſſormationum Comunis, & Populi Bononie; que quidem omnia negabant predicti Magiſtri Nicholinus, & Venantius vera eſſe, aſſereotes etiam eis competere Jus legendi, & docendi dictam Artem, habendi Scholares. Cum igitur predicte partes vellent ſuper predictis componere, & concordaire, ad talem pactionem, tranſactionem, & concordiam pervenerunt, videlicet quod ipſe D. Rolandinus ex cauſa Tranſactionis promiſit predictis Magiſtro Nicholino, & Venantio nullam queſtionem, controverſiam, ſeu litem movere eis hine ad feſtam S. Michaelis menſis Septembris proxime venturi de Lectura, & Doctrina dicte Artis facien. Scholaribus eorum, quos jam conduxerunt pro anno preſenti hinc ad dictum Feſtum ſub pena centum librarum bononin., & refectione dampnorum, & expentarum litis, & extra, & obligatione bonorum, & pena ſoluta, contractus infra permaneat firmus. Ex adverſo autem predicti Nicholinus, & Venantius utroque ipſorum ſe per pactum, & in forma obligando promiſerunt ex cauſa tranſactionis prenominato Domino Rolandino pro ſe, & ejus heredibus, & ejus Succeſſoribus ſtipulanti, & recipienti a dicto feſto S. Michaelis in antea per ſe, vel alios palam, vel occulte aliquo modo, vel ingenio ſe non intromittere de regendo, & docendo dictam Artem, & Scientiam Notarie, vel partem ejus, vel particulam, nec ipſam legent, vel docebunt in Civitate Bononie, vel Diſtrictu alicui, vel aliquibus perſonis, nec Scholares habebunt, vel habere procurabunt in dicta Arte, & Scientia abſque ipſius Rolandini liceotia expreſſa, & mandato, ſed Doctrinam, & Lecturam libere, & abſolute dimittent ipſi Domino Rolandino, & aliis veris Civibus Bononie ſine aliqua ipſorum moleſtia, vel inquietatione. Que omnia, & ſingula promiſerunt dicti Magiſter Nicholinus, & Venaotius in ſolidum dicto Magiſtro Rolandino ſtipulanti, ut dictum eſt, firma & rata habere, & tenere, & non contrafaeere, vel venire ſub pena centum librarum bononin. &c., & ad majorem omnium firmitatem juraverunt predicti Nicholinus, & Venantius predictam Tranſactionem, Concordiam, & Pactum, & omnia, & ſingula in hoc contractu contempta firmiter, & inviolabiliter obſervare &c. Ex Inſtrumento Jacobi Bencevenis Notarii facto die Sabati predicti in Capitulo Fratrum Predicatorum de Bononia, preſentibus Fratre Jacobo de Solario Aſtenſi, Jacobo Taſſi ejuſdem Ordinis Predicatorum, Magiſtro Bonacio, D. Franciſcho D. Petrizoli de Blancuciis, Thomaxio quondam Domini Bonifacii, Dominn Jacobo Domini Nicholai, & Jacobo Franciſcni teſtibus, & ſic contrahentes dixerunt, & ſcribi fecerunt.

B

Part. I. Pag. 428. Num. VII.

Ex Arch. Pub. Bon.
In Regiſt. Groſſ. Lib. II. pag. 6.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto Indict. quartadecima die tertiodecimo menſis Junii congregata Societate Dominorum Doctorum, Advocatorum, & Judicum Civit. Bonon. in Palatio Novo Comunis Bonon. de mandato Dominorum Alberti D. Odofredi Doct. LL., Nicolai de Soldaderiis, Johannis de Bilionis Rectorum dicte Societatis per Raymundum Numptium dicte Societatis, affuit preſens Dn. Rolandinus Paſſagerii coram ipſo Collegio, & infraſcriptam obtulit petitionem, ut inferius continetur: dicti *Domini* ſuper infraſcripta petitione

Digitized by Google

tione petierunt ſibi conſilium exhiberi. In primis quid placet Societati providere generalirer ſuper bono ſtatu Societatis, ſiquidem ereditur per vos utile fore faciendum. Item quid placet Societati providere ſuper petitione porrecta per Dn. Rolandinum Paſſagerium, cujus tenor talis eſt: Vohis Dominis meis Rectoribus Societatis Judicum, & toti Collegiu Doctorum Legum, Advocatorum, & Judicum Civit. Bonon. ſupplico ego Rolandinus Paſſageril, quatenus Vobis de gratia ſpeciali placeat mihi ſuper infraſcripta queſtione comune totius Collegii conſilium impertiri in Scripturam publicam, & autenticam redigendum ut queſtionis ipſius eluceat veritas omni ulteriori dubitatioue ſopita: queſtio talis eſt: Ego Rolandinus Paſſagerii dum uxorem haberem, que fere viginti annorum ſpatio incurabili & orrenda egritudine languit, ſuſcepi ex quadam muliere ſuluta filiam unam nomine Bertholomeam, preter quam nullum haheo natum, ſet eam ſincero amore, & affectu proſequor filiali. Cupio autem illam, vel in ſanctimoniali habitu, vel in ſtatu matrimonii collocare, & eidem bonis meis prout mihi libucrit providere, ſi tamen Legis Romane decreta non obſtent. Porro comparuit vir egregius de antiquiſſima & generoſa proſapia oriundus Dn. utique Bortholotus de Veneroſis comes Palatinus in Lombardia, & comes utique Ripe inſule Suzarie, & Bardine, nec non quarte partis totius Civitatis Verone Dominus, antiquis, & modernis quatuordecim, ut dicitur, Dominorum Romanorum Principum privilegiis, gratiis, & bonoribus decoratus; quorum unum fuit eidem in perſona ſua a Domino Frederico ſecundo Romanorum Imperatore temporibus noſtris indultum; reliqui vero anteriores omnes principes ejuſdem Comitis majoribus conceſſerunt; ex quibus ego Rolandinus plura oculis meis vidi, perlegi, & manibus contrectavi, Ceſareis ſigillis aureis roborata; Et quedam litteris aureis totaliter ſcripta, quorum continentia & tenor inter cetera iſta habet: Ut poſſit idem Dominus Comes eos, qui non ſunt legiptimi filii, legiptimos facere lege aliqua non obſtante, & illa precipue, que legiptimari ſpurios, niſi ex certa ſcientia non permittit; ita quod quoſcumque fecerit, poſſint ſuccedere bereditati patris, & omni alio ſuo juri tamquam veri & legiptimi cives Romani; poſſit etiam facere filios adoptivos, judices ordinarios, & Notarios, & alia plura beneficia, & honores apparet eidem Comiti ex ipſorum privilegiorum tenore competere. Veſtre igitur Dominationi, & prudentie ſupplico, & de ſpeciali gratia peto, quatenus de univerſali veſtri Collegii uniconſenſu, mihi conſilium dare velitis in formam publicam redigendum, an dicti principes potuerint hujuſmodi privilegia dicto Comiti, & ejus anteceſſoribus, & ſucceſſoribus indulgere, & indulta valeant pleno jure; & an ſi Comes preſactus ex auctoritate privilegiorum predictorum predictam filiam meam legiptimare dignabitur, ex quo legiptima fiat, ut utique poſſit ex teſtamento, vel ab inteſtato legiptimo jure ſuccedere..... dubium non eſt quin tantorum prudentum directus ad idem intuitus proſpexerit meliora, nam Salamone teſte, multitudo Sapientum orbis terrarum eſt ſanitas.

D. Pax de Pacibus LL. Doctor conſuluit quod prima differatur: de ſecunda accipiantur quatunr Sapientes, ſcilicet unus pro quolibet quarterio.

D. Julianus D. Cambii Gratiadei conſuluit quod prima differatur, & quod ſuper petitione Dn. Rolandini eat ante, & detur ei conſilium.

D. Ubaldinus de Malavoltis Doctor Legum eonſuluit quod dicte due (*petitiones*) differantur ad preſens.

Igitur auditis, & intellectis iis, qui ſuper predictis conſulere voluerunt, tandem facto partito per Dn. Johannem de Bilionis Rectorem dicti Collegii mittendo de una parte ad aliam, placuit majori parti dicti Collegii, & Univerſitatis quod ſuper petitione, & queſtione dicti Dn. Rolandini Rectores eligant quatuor Sapientes ſuper dicta petitione, & queſtione dicti Domini Rolandini Paſſagerii, qui videant, examinent, & cognoſcant quid de jure ſit in dicto negotio ſervandum & faciendum. Et facta deliberatione, & provixione ipſorum reducatur in corpore Societatis. Item placuit toti Societati, quod negotium provixionis dicte Societatis differatur ad preſens.

Die vigeſimo ſeptimo menſis Junii. Elegerunt ergo dicti Rectores infraſcriptos Sapientes. Dn. Guillielmus de Rombodevino Doctor Legum, Dn. Pax de Pacibus Doctor Legum, Dn. Julianus Dn. Cambii Gratiadei, Dn. Johannes de Gapto, & Dn. Johannes Homoboni juriſperiti. Qui Sapientes una eum infraſcriptis Rectoribus, ſcilicet Dn. Alberto Dn. Odofredi Leg. Doct., Dn. Nicolao de Soldaderiis, & Dn. Johanne de Bilionis, & ipſi Rectores cum predictis Sapientibus congregati in unum in Palatio Novo Comunis Bonon., & deliberatione ac diligenti examinatione facta ab eis, & inter eos ſuper predicta petitione, & queſtione Dn. Rolandini; examinaverunt, conſuluerunt, & providerunt, & dixerunt ſcilicet Dn. Albertus Dn. Odofredi Doct. Leg. & Rector dicte Societatis, Dn. Ubaldinus de Malavoltis Doct. Leg., Dn. Johannes Dn. Bilionis juris peritus, & Rector dicte Societatis, Dn. Julianus Dn. Cambii Gratiadei juris peritus, Dn. Johannes Dn. Homoboni juris peritus, & Dn. Johannes de Gapto juris peritus, quod poterant fieri legiptime omnia, & ſingula, que in queſtione predicti Domini Rolandini propoſita fuerunt, & eum concordaverunt ſine aliqua contradictione predicta facta per Dn. Comitem, & ipſum Dn. Rolandinum fiant, valebunt, & tenebunt pleno jure. Alii omnes idem dixerunt, & conſuluerunt, ſi conſtat privilegia ita eſſe.

Dn. Pax de Pacibus LL. Doct., Dn. Guillielmus de Rombodevino Legum Doctor & Dn. Nicolaus de Soldaderiis Rector dicte Societatis.

Ego Egidius Bartholomei Gillii de Argellata Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Notarius dicte Societatis Dn. Doctorum Advoca-

vocatorum , & Judieum Civitatis Bonon. predictis omnibus interſui , & ſubſcripſi .

C

Ex eod. Regiſtr. Groſſ. lib. II. p. 3.

Hoc eſt exemplum cujuſdam Inſtrumenti publici autentici continentis ſeriem , & tenorem privilegii a condam D. Frederico Romanorum Principe indulti , & dati Viro nobili Domino Bertholotto quondam Domini Petri de Veneroſis in Lombardia Comitis Palatini ſuper concedendis ordinariis Juriſdictionibus , & creandis tabellionibus , legitimandis ſpuriis , & aliis pluribus honoribus , & beneficiis ; cujus Inſtrumenti integri , & incorrupti , & in nulla ſui parte vicioſi tenor talis eſt .

IN nomine Sancte , & Individue Trinitatis . Fredericus ſecundus divina favente clementia Romanorum Imperat. & ſemper Auguſt. Jeruſ. & Sicilie Rex . Ut ſingulorum animos ad fidelitatis noſtre obſequia efficacius invitemus , & fidelium mentes in fide efficiantur fortiores mentis eorum , quos jam dudum in agendis noſtris rebus , & Imperii invenimus , & experti ſumus omni ſtudio exercitatos honoribus , & regiis beneficiis conſuevimus promovere , inter quos noſtrum fidelem , & familiarem Bertholoctum Comitem filium Petri Veneroſi Comitis Palatini de Ripa Inſule Suzarie , & Bardine Imperio fidelem , noſtreque Maieſtatis devotum recognoſcentes , & omnimodo obſequioſum . Attendentes de conſuetudine benivolentie noſtre largitate tamquam benemerito regia volentes reſpondere . Recompenſatione damus ei , filiis , heredibus ſuis in perpetuum , atque concedimus jure bonorabilis feudi , & inveſtiture facultatem , ac liberam poteſtatem ordinandi , & faciendi filios legitimos , qui non ſunt legitimi , & filios adoptivos , & Judices ordinarios , & Notarios , & ectiam accipere , & elluere , & extrahere duos homines condempnatos in perſona , & in pecunia de banno , & carceribus cujuslibet Comunis Civitatis , vel Caſtri ad voluntatem ſui ſine contradictione , vel moleſtatione alicujus perſone ubicumque fuerit per totum Romanum Imperium , ſine noſtra , noſtrorumque Succeſſorum , vel aliquarum perſonarum contradictione , lege aliqua non obſtante . Et illa precipue , que legitimari ſpurios , niſi ex certa ſcientia non permittit . Ita quod quoſcunque fecerit , poſſint ſuccedere hereditati patris , & omni alii ſuorum tamquam veri , & legitimi cives Romani , & omnia officia , & judicatus , & acta publica contractus conſcribere atque conficere , & omnia facere & exercere , que ad ipſa tabellionatus , & judicatus officia de jure pertinere noſcuntur in quacunque parte fuerint Imperii memorati , ſicut a Nobis ſine noſtra largitate dicta officia optinerent , ut de penna , & calamario , & Judicata poſſit & valeat inveſtire eoſdem . Et a noſtra Curia ubicumque fuerit pro in victu , & veſtitu , & nutrimento , alimonias pro ſe , ſuiſque ſervitoribus , & equis qootieſcumque ſibi placuerit condignis & ſufficientibus accipere . Et quadraginta marchas boni , & fini argenti omni anno pro adiuncta feudi ſupraſcripti . Confirmamus ectiam omnia privilegia a noſtris predeceſſoribus eidem Anteceſſoribus ſuis jam dudum indulta . Statuentet , & firmiter precipientes ne aliqua omoimodo perſona alta , vel humilis , Eccleſiaſtica , vel Secularis , hauc noſtre conceſſionis , & confirmationis formam infringere , vel ei auſu temerario debeat contraire ; quod qui facere attemptaverit , aut aliquo modo contraveoire preſumpſerit , mille trecentarum libr. bon. puri auri componat medietatem Camere noſtre , aliamque medietatem injuriam paſſis ſoluturus : ad cujus rei etiam evidentiam , robur , ac memoriam hoc ſcriptum privilegium ei induximus aurea bulla noſtre Maieſtatis communitum . Qui Bertholoctus de Ripa Inſule Suzarie , & Bardine Comes Palatinus in Lombardia dicto Domino Frederico ſecundo Imperatori juravit fidelitatem contra omnem hominem de mundo , excepto Dominum Papam , & Eccleſiam Romanam , ſecundum quod in Capitulo fidelitatis in omnibus , & per omnia continetur corporaliter ab ipſo preſtito Sacramento per eidem delato per me Conradum Metenſem Epiſcopum Imperial. Aule Canzelarium vices Domini Sigifredi Magiſtri Archiepiſcopi tocius Germanie , & Ytalie Archicancelarii infraſcripti .

Hujus rei teſtes ſunt Guttulanus Dux de Gragon. , Robertus Comes de Rudio , Guillelmus de Calvara Comes , Raymundus Comes de Rudio , Ubertus Pelavixinus Marchio , Boxius de Dovaria , Henricus de Lambertis de Ferraria , Ravenninus de Dovaria , Gandionus ejus Frater , Azo Marchio , Ugo Lupus , Anſelmus de Stringut regalis Aule Mariſcalcus , Montalupus de Bulvito , Yzilinus de Romano , Ubaldus de Carlaxanis de Lectobelano , Johannes , & Albertus Comites , & fratres , & alii quam plures .

Signum manus Frederici ſecundi Imperatoris invictiſſimi .

L. ✠ S.

Ego Corradus Metenſis Epiſcopus Imperialis Aule Canzelarius vice Domini Sigifredi Magiſtri Archiepiſcopi tocius Germanie , & Ytalie Archicancellarii recognovi . Acta ſunt hec anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto , Indictione quarta , regnante Domino Frederico ſecundo Romanorum Imperatore glorioſiſſimo , anno & regni ejus vigeſimo ſexto , Imperii vero vigeſimo ſecundo , Hyeruſ. , & Sicilie Rege .

Primo data Parme III. ydus Marzii per manum Henrici protonot. Imperial. Aule .

Anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono , Indictione ſecunda , die vigeſimo ſecundo intrante Marzio . Cum preſens exemplum ſumptum ex originali ſuo publico videlicet , & auctentico Inſtrumento integro , & incortupto , & in nulla ſua parte vitioſo , & ſine vituperatione aliqua apparente , nec non ſigillato ſigillo aureo Ceſareo , pendeute ad cordulam ſericam , in cujus facie prima inſeria Majeſtas Imperialis Domini Frederici ſedentis in throno , & ramum lilii in deſtra manu habentis , ex alio vero latere ſcriptum

eſt ,

Digitized by Google

eſt, Fredericus Dei gratia Imperaror Romanorum, & ſemper Auguſtus, Ab infraſcripio Domino Thomaxio, & infraſcripis reſtibus tabellionibus introſpecto conſiderato, & viſo, fuiſſet coram Domino Antonio de Fuxaraga Pot. Bon., & Domino Thomaxio de Caſali Sichono ejus Judice inſinuatum legitime, & per me Lamberinum Gualandi Not. infraſcriptum, & alios ſcriptos Not. ad originale ac auctenticum ſuum diligenter, & ſolempniter lectum, & aſcultatum, & plene cum ipſo originali per omnia concordare inventum; Dominus Anthonius Pot. Bonon., & prefatus Dn. Thomaxius ejus Judex, & Aſſeſſor ipſum exemplum ab exemplari ſuo in nullo, quod ſenſum vel intellectum mutet, diſcordare pleniſſime cognoſcentes, & ipſum originale integrum & incorruptum, & in nulla ſua parte vitioſum, attendentes eidem exemplo, ut de cetero legitime inſinuationis jure fruatur, & eodem, quo originale ſuum, vigore potiatur, & fidem ſuam, & Comunis Bonon. auctoritatem interpoſuerunt atque Decretum. Notarii vero, & teſtes, qui predicto exemplo ab originale ſuum legendo, & aſcultando preſentes fuerunt, ſunt infraſcripti.

L. ✠ S. Ego Henrigiptus filius quondam Feliciani Imper. auct. Judex ordinarius, & Not. hoc exemplum ex authenticu privilegio Domini Frederici olim Romanorum Imperatoris ſumptum per Lambertum Gualandi Not. infraſcriptum coram Nobili Viro Domino Anthonio de Fixirago Pot. Bonon., & Domino Thomaxio ejus Judice, & Aſſeſſor. ad dictum autenticum privilegium una cum infraſcriptis Mattiolo de Roncore, Petro Uguicionis de Bambaglolis, Gerardo de Plaſtellis, & Domino Lambertino Not. diligenter, & fideliter abſcultavi. Et quoniam illud invenimus cum dicto autentico per omnia concordare, ut eidem exemplo adhibeatur de cetero plena fides, de mandato dicti Domini Pot. me in teſtem ſubſcripſi.

L. ✠ S. Ego Petrus Uguicionis de Bambaglolis Imp. auct. &c.

L. ✠ S. Ego Mathyolus de Ronchore Imp. auct. &c.

L. ✠ S. Ego Gerardus condam Fabri de Plaſtellis Imp. auct. &c.

L. ✠ S. Ego Lambertinus Gualandi Imp. auct. &c.

D

Ex eod. Regiſt. Groſſ. lib. II. pag. 5.

Hoc eſt exemplum Privilegii ſumptum ex autentico bullato aurea bulla Sereniſſimi Principis Domini Henrici ſexti condam Romanorum Imperatoris, quo conceſſit Nobili Viro Domino Veneroſo Filio condam Domini Brandaliſii Comitis Palatini avo infraſcripti Dumini Bertholoti Comitis Palatini, & proavo Domini Brandaliſii Comitis Palatini, condam filii ſupradicti Domini Bertholoti. Tenor cujus Privilegii talis eſt.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis. Henricus ſextus divina ſavente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie, dignum eſt, & imperiali glorie decorum, ut noſtra liberalis munificentia, quoſque fideles noſtros perveniat, eoſque ultro ſpontaneos ad nutum ſue voluntatis efficiat ea propter cognoſcat tam preſens etas imperii fidelium, quam ſucceſſiva poſteritas, quod nos diſcreta circumſpetione conſiderantes fidem, ac ſinceram dilectionem fidelis noſtri Veneroſi filii Brandaliſii Comitis Palatini de Veneroſis de Ripa Inſule Suzarie, & Bardine, & quarte partis totius Civitatis Verone propter preclara ſervitia, que nobis, & imperio intrepide exhibuit, & impoſterum creditur exhibiturus, Imperiali munificentia concedimus, & confirmamus ipſi Veneroſo Comiti Palatino ad honorem militie pro ſe, ſuiſque filiis heredibus in perpetuum per totum Romanum Imperium, ſive honorabilis feudi, & inveſtiture facultatem, & liberam poteſtatem ordinandi, & faciendi filios legiptimos, qui non ſunt legiptimi, & filios adoptivos, & Judices ordinarios, & Notarios, & etiam accipere, & alluere, & extrahere duos homines condempnatos in perſona, & in pecunia de banpno, & carceribus cujuslibet Comunis Civitatis, vel Caſtri ad voluntatem ſui ſine contradictione, vel moleſtatione alicujus perſone ubicumque ſint per totum Romanum Imperium, ſine noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, & aliquarum perſonarum contradictione, vel moleſtatione, lege aliqua non obſtante; Et illa precipue, que legiptimari ſpurios niſi ex certa ſcientia non permittit. Ira quod quoſcumque fecerit, poſſint ſuccedere hereditati patris, & omni alii ſuo juri, tamquam veri & legiptimi Cives Romani, & omnia officia, & judicatus, & acta publica, contractus conſcribere atque conficere, & omnia facere & exercere, que ad ipſa tabellionatus, & judicatus officia de jure pertinere noſcuntur in quacumque parte fuerint Imperii memorati, ſicut a nobis, ſive a noſtra largitate dicta officia obtinuerint, ut de penna, & calamario, & judicatu poſſint, & valeant inveſtire eoſdem, & a noſtra Curia ubicumque fuerit, in victu, & veſtitu, & nutrimento alimonias pro ſe, ſuiſque ſervitoribus, & equis, quotieſcumque ſive placuerit cumdignis, & ſufficientibus accipere. Et quadraginta marchas boni, & puri argenti omni anno pro adjuncta feudi ſupraſcripti. Confirmamus etiam omnia privilegia a noſtris predeceſſoribus eiſdem, & anteceſſoribus ſuis jamdudum indulta. Statuimus itaque, & Imperiali auctoritate ſancimus, ut nulla omnimodo perſona alia, vel umilis, eccleſiaſtica, vel ſecularis, nullam quoque Comune hoc noſtre Majeſtatis privilegium audeat violare, nec aliquibus calumpniarum injuriis, ſeu dampnis occaxione conſtitutus, vel conſuetudinis ſtatus Civitatis aptentare preſumat, quod quis fecerit in ultionem temeritatis ſue componat mille ducentas quinquaginta libr. puri auri, medietatem fiſco applicari, reliquam partem paſſis injuriam: ad cujus rei certam impoſterum evidentiam, preſentem exinde paginam conſcribi, & Majeſtatis noſtre ſigillo juſſimus communiri. Quis Veneroſus de Veneroſis de Ripa Inſule Suzarie, & Bardine Palatinus Comes in Lombardia dicto Henrico ſextu Imperatori

jura-

Digitized by Google

juravit fidelitatem contra omnem hominem de mundo excepto Dn. Papam, & Eccleſiam Romanam, ſecundum quod in capitulis fidelitatis in omnibus, & per omnia continetur corporaliter ab ipſo preſtito ſacramento eidem delato per me Coradum Imperialis aule Canzellarium, vice Domini Odulfi Colonienſis Archiepiſcopi totius Ytalie Archicanzellarii infraſcripti. Hujus rei teſtes ſunt Guilielmus Ravennenſis Eccleſie Archiepiſcopus, Bernardus Faventis Epiſcopus, Azo Marchio Eſtenſis, Ugo Comes Lavanie, Robertus de Dureia, Henricus Mareſcalchus de Rhen. Aldribandus Ubertanus Epiſcopus, Robertus Comes de Strignt. Lambardus Comes, Goffredus Comes de Saraponte, & alii quam plures. Signum manus Henrici ſexti Imper. Roman. inviċtiſſimi.

Ego Coradus Imperialis aule Canzellarius vize Domini Odulfi Colonienſis Archicanzellarii recognovi.

Acta ſunt hec anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo quinto Indictione terciadecima, regnante Domino Henrico ſexto Romanorum Imperatoreglorioſiſſimo, Anno & regni ejus vigeſimo ſexto, Imperii vero quinto, & Regni Sicilie primo. Datum Placentie quarto Kalendas Junii.

E

Ex cod. Regiſt. Groſſ. lib. II. pag. 7.

Hoc eſt exemplum cujuſdam Teſtamenti cum die, & conſule ſic incipientis, cujus tenor talis eſt.

IN nomine Domini. Amen. Anno a Nativitate Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo Indictione undecima ſecundum curſum Civitatis Cumarum die vigeſimoſexto menſis Septembris. Quoniam umana fragilitas mortis precipue cogitatione turbata, nequedum res arduas, res plurimas recte diſcernere, nec diſponere ſapienter pudoris, accidit dum quiſpiam genere clarus & moribus de hac vita labitur inteſtatus, ideoque nos Bertholotus de Veneroſis de Ripa Inſule Suzarie, & Bardine, & quarte partis Civitatis Verone, & Comes Palatinus in Lombardia filius condam Domini Petri Veneroſi Comitis Palatini de Ripa Inſule Suzarie. Quorum Predeceſſores Divi Romanorum Principes, & nos felicis recordationis Dominus Fredericus ſecundus Romanorum Imperator actenus decoraverunt honoribus, privilegiis, & gratiis, memores conditionis humane & quod ſemper innata comunicatur fragilitas dum vite nobis inſtaret terminus, loquele, & memorie nobis integritate vigentibus, licet egri corpore, ſanus tamen mente, ſic anime noſtre providemus conſulendo tam de privilegiis, gratiis, & honoribus nobis, & anteceſſoribus noſtris a Divis Romanorum Principibus actenus illactis, & conceſſis, quam de noſtris rebus propriis mobilibus, & immobilibus, nec non quocumque titulo ad nos, ſive domui noſtre ſpectantibus, ſolempni cogitatione prehabita ſic pro ſalute anime noſtre duximus diſponendum, ut nos a rebus humanis aſſumpti perpetuo vivere videamur. In primis profitemur, & dicimus nos lege vivere Romanorum, ex quo Filium noſtrum Brandalixium unicum, quem piis patris clementia mores redunt inſignem, & generis decorat proſapia, preſenti diſpoſitione noſtra, ut ſcandali materia quelibet amputetur ipſum nobis heredem legiptimum inſtituimus in nobis noſtris bonis mobilibus, & immobilibus ubicumque ſint, & reperiri poſſint, tam in Civitate Mantue, Verone, & Ferrarie, & Bononie, & earum diſtrictibus, quam alibi in quibuſcumque partibus Lumbardie, & Ytalie per totum Romanum Imperium, tam in bonis propriis, & alodiis, quam in Feudis, & in omnibus aliis bonis quocumque modo ad nos ſpectantibus, quocumque titulo, ſive cauſa, de quibus poſſumus corpore, vel animo rectinemus... Item ipſum Brandaliſium unicum Filium noſtrum nobis heredem, & ſucceſſorem legiptimum inſtituimus in omnibus noſtris privilegiis imperialibus, que habemus, & noſtri predeceſſores habuerant a tempore Magni Regis Karuli citra, & ab ipſo Domino Rege Karulo, & ab omnibus aliis Principibus, & Romanorum Imperatoribus uſque nunc taliter quod dictus Filius noſter Brandaliſius, & ejus Filii legiptimi primogeniti poſſit, & poſſint perpetuo ſecundum formam, & auctoritatem dictorum privilegiorum legiptimare, & Notarios, & Judices ordinarios facere, & omnia facere & exercere, que in dictis noſtris privilegiis Imperialibus continentur. Transferentes in ipſum, & in dictos ſuos Filios, & heredes legiptimos omnem vigorem, poteſtatem, & juriſdictionem, quam habemus, & noſtri predeceſſores habuerant a dicto tempore citra, & etiam in alios ad quos noſtra hereditas, & privilegia de jure devolverentur racione dictorum privilegiorum etcet. Item volumus, quod hoc noſtrum valeat jure teſtamenti, & ſi jure teſtamenti valere non poteſt, ſaltim valeat jure Codicillorum, & ſi jure Codicillorum valere non poteſt, ſaltim valeat jure cujuslibet alterius ultime voluntatis, & omni modo, & jure, quo melius de jure valere poteſt &c.

Actum Cumis in Curtis Ripe in domo Jacobi de Prada, in qua moratur Gabriel, qui presbiter de Cremona vocatur, filius condam Banſeti de Cremona, preſentibus Philippo condam Zani de Chivi, Zuchone filio condam Domini Jacobi de Gaidono de Vignola, Beltramino filio condam Domini Somaxii de Caſtenate, Michaele Notario filio condam Gualdrucii Ferrarii de Canzago, Paganolo filio condam Beltrami Paterii, Finolo filio condam Domini Andree Brugnoli de Torcnio de Menaſio, Domino Rugerio Vizedomino filio condam Domini Romerii Vizedomini, omnibus Civibus Cumanis, & aliis pluribus teſtibus vocatis, & rogatis.

Ego Egidius de Rubeis de Caſſio Parmenſi Not., & Judex ordinarius Domini Comitis Bertholoti predicti auctoritate Imperiali his omnibus interfui, & hanc chartam rogatam, & de mandato dicti Domini Comitis ſcripſi, & publicavi,. & plures charte ejuſdem Teſtamenti fieri rogate ſunt per me Notarium, & per Dominum Gerardum de Caſtro Miniate Not. filium condam Ser Junte Medici in uno tenore.

MONU-

Digitized by Google

MONUMENTA

SPECTANTIA

AD PROFESSORES MEDICINÆ.

A

Part. I. Pag. 441. Num. I.

Ex Archivo S. Joann. in Monte lib. 10. num. 55.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis. Anno Domioi noſtri Jeſu Chriſti mill. cent. nonag. nono Roman. Imperi. ſine Imperatore exiſtente, pridie Kal. Nov. Indictione ſecuoda. Diem huius labentis vite pro imbecillitatis mee viribus extremum. Quapropter ego quoadam Magiſter Jacobus de Brettenoro pervenire cupiendo meas ſcilicet res omnes, ac poſſeſſiones pro anima mea, & inter Heredes, ac Legatarios, ſive Fideicomiſſarios meos per nuncupationem diſponere volendo. Primo quidem volo dari, & diſtribui ex bonis meis a Comiſſariis meis LX. lib. bon. pro anima mea, ut inſerius declaravero, quæ LX. lib. bon. volo quod ſint accepte de Vinea mea de Pozale, & de jumeotis meis, & inſuper volo dari pro anima mea XII. lib. bon., que mibi debent Monache S. Columbani; ex quibus XII. lib. relinquo predicte Eccleſie XL. ſol., Domino Epiſcopo X., Caoonicis S. Petri X. ſol., Presbitero Algiſio X. ſol., unicuique ex Conventis Bon. X. ſol. bon., unicuique ex Monaſteriis Bononie V. ſol., Presbitero Ruſtico de S. Thecla V. ſol., Presbitero Eccleſie S. Viti V. ſol., Petrizoppo X. ſol., Joaoni ſuo ſocio V. ſol., Celeſtino V. ſol., unicuique ex Filiis meis ſpiritualibus III. ſol., Ardizoni X. ſol., unicuique ex Converſis S. Victoris, & S. Joannis in Monte tam maſculis, quam feminis, tam in Civitate, quam extra III. ſoldos pro linteaminibus emendis. Relinquo Cruciferis XX. ſol., Miſell. XX. ſol., Ponti Sillari IV. ſol., Ponti Claderne IV. ſol., Ponti Idicis V. ſol., Ponti Majori XX. ſol., Ponti Novo Reni XX. ſol., unicuique aliorum Pontium, qui ſuot per ſtratam uſque ad Muzzam III. ſol. relinquo. Alberto nepoti meo ſi redierit X. lib. bon. jure Legati lego .... ei dedi quando ipſe ivit in Alexandria, & lucrum earumdem ei relinquo. Et ſi ipſe meus nepos redierit .... ſine liberis deceſſerit, tunc volo perveoire de eo, quod ei legavi X. lib. Veron. Eccleſie S. Victoris ..... & Eccleſie S. Joannis in Monte. Juliane nepti mee V. lib. boo. lego .... tempore vero mee ſepulture debeant dare comeſtionem totius Conventi S. Victoris, & S. Joannis in Monte, & faciant venire totum Clericatum Bon. ad meam ſepulturam. Camaldulenſi Eccleſie X. ſol., S. Marie de Roccamadore V. ſol., S. Chriſtine V. ſol., Heremite S. Victoris X. ſol., S. Marie Bethleem X. ſol., Presbitero Alberto de Caſtenaſio X. ſol., Ponti de Caſtenaſio V. ſol., Bonaventure corrigiam meam argentatam relinquo, Ugolino Raſpatori XX. ſol. bon. relinquo, Heremite S. Joannis in Moote Pelizzonem meum maiorem, & ejuſdem Servienti minorem meum Renonem relinquo. Dompno Joſepho Priori Culitram meam Placentini, Dompno Ubaldo Cultram meam albam, Presbitero Mainardo Corrigiam meam cum Cultello, quam mihi dedit Dominus Archiepiſcopus, relinquo. Omnia alia mea Indumenta volo dividi inter Clericos S. Joannis in Monte, & S. Victoris, arbitrio Domini Prioris, & meorum Comiſſariorum. Comiſſarios hujus mee ultime voluntatis eſſe volo Presbiterum Mainardum, & Presbiterum Jooonem, & Dompnum Chriſtianum, & Dompnum Guizzardum de Farraone, & unicuique predictorum meorum Comiſſariorum X. ſol. bon. relinquo. De vino, & blava, & fructibus campi mei de Vigorſo, & campi mei de Caſaraltula, & vinee mee de Rio volo perficere librum, quem feci incipere ad honorem Dei, & Sancti Victoris, & librum, quem volo incipere ad honorem Dei, & Sancti Joannis in Monte, ſcilicet Blibiathecam. Eccleſiam Sancti Victoris mihi heredem inſtituo in campo meo de Caſaralſula, & in predicto libro, ita quod campus ſemper permaneat pro menſa Fratrum ejuſdem Eccleſie. Eccleſiam Sancti Joannis in Monte inſtituo mihi heredem in campo meo de Viduri; & in Pluviale uno, & Salterio, & in Blibiatheca, cum facta fuerit, boc modo, quod campus ſemper volo, quod permaneat pro menſa Canonicorum Sancti Joanois in Monte; ita quod aliquis Prior, vel Canooicus, nec aliquis alius, qui ſit in predictis Eccleſiis, habeat poteſtatem vendeodi, vel alienandi predictos campos, niſi fecerit cauſa permutacionis, quod cambium ſit ipſis Eccleſiis, vel Eccleſie utilius, quod cambium ſemper debeat permanere pro menſa, vel pro meolis predictorum Fratrum, ut ſupra dictum eſt. Et inſuper vineam meam de Rio jure inſtitutionis relinquo Eccleſie Sancti Joannis in Monte, ſcilicet uſumfructum ipſius vinee volo quod permaneat pro manuteoendo laborerio Paradiſi Sancti Joannis, & Pluviale, & Salterium, & Blibiam volo quod ſemper permaneant in predicta Eccleſia, ut Clerici ejuſdem Eccleſie babeant me in commemorationem. Uſufructum vero omnium mearum rerum, & poſſeſſionum in me reſervo, vel retineo donec vixero pro benefaciendo pauperibus, & pro meis indumentis; ſcilicet de meis vaccis majoribus volo perficere Blibiam Sancti Joannis, & ſi de vaccis non pote-

poterit explere, de aliis meis bonis volo quod expleatur; & quidquid de rebus meis mobilibus, & legatis ſupradictis ſupererit, volo dari, & diſtribui pro anima mea, arbitrio Comiſſariorum meorum inter Eccleſias, & Sacerdotes, ac Pauperes Chriſti, & ubi melius, & utilius eis viſum fuerit. Si vero aliquis Prior, vel Canonicus, qui pro tempore fuerit in predictis Eccleſiis, alienaverit predictum campum de Caſaraltula, vel campum de Vidur., vel Pluvialem, vel aliquem ex predictis libris, aut de uſufructu mihi reſervato me moleſtaverit, ſtatim volo quod predictas poſſeſſiones, & libros, & pluvialem, & vineam debeant pervenire Alberto nepoti meo, & Juliane nepti mee, vel ad eorum liberos, nulla ratione obſtante; & do eis poteſtatem jus vendicandi directo, & utiliter quemadmodum, & ego poſſem. Et hec eſt mea ultima voluntas, que ſi non valeret jure teſtamenti, valeat ſaltim jure codicillorum, vel quelibet, & jure ultime voluntatis.

Prenominatus Mag. Jacobus de Brettenoro hanc ſuam ultimam voluntatem, ut ſupra legitur ſcribere rogavit, reſervato ſibi uſufructu, ut ſupra dictum eſt, licentia Prioris, & Fratrum.

Teſtes Dompnus Joſeph Prior Sancti Victoris, Presbiter Mainardus &c.

Actum in Camera Prioris apud S. Joannem in Monte. Indict. predicta &c.

Ego Wuillielmus Sacri Palatii Not. &c.

B

Part. I. Pag. 441. Num. I.

Ex Archiv. S. Jo: in Monte lib. II. n. 39.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſ. ducenteſimo quarto, nullo Imperatore in Ytalia regnante, quinto Kal. Novembr. Indictione ſeptima. Cum Mag. Jacobus de Brettenoro conſecrare fecit Altare Beati Michaelis Archangeli, & Beati Thome Martiris, & Pontificis poſitum in Paradiſo Eccleſie Sancti Joannis in Monte a Dn. Gerardo Sancte Bonon. Eccleſie Epiſcopo, in qua conſecratione dictus Magiſter Jacobus pro remiſſione omnium ſuorum peccatorum, & pro anima patris, & matris ſue dotavit predictum Altare vineam ſuam de Caſtillonì, quam habet juxta vineam heredum Pippini, & vineam Eccleſie Sancte Marie in Solario, titulo dotis dedit Domino Gerardo Priori Eccleſie Sancti Victoris, & Sancti Joannis in Monte recipienti procuratorio nomine pro predicto Altare, Ita quod poſt obitum ipſius Jacobi uſumfructum ipſius vinee ſemper permaneat pro manutenendo laborerio ejuſdem Paradiſi; ita quod aliquis Prior, vel Canonicus, qui pro tempore fuerit in predictis Eccleſiis non valeas vendere, vel alienare predictam vineam ullo modo, neque de jure, neque de facto. Quod ſi contra factum fuerit, quilibet & de predicta Eccleſia poſſit predictam vineam vendicare ab omni poſſeſſore, nulla ratione obſtante, ita quod ſemper permaneat pro laborerio jam dicti Paradiſi manutenendo. Hanc autem dotem, & dationem jam dictam Dominus Gerardus Epiſcopus conſenſu ſuorum Fratrum, qui ibi erant, laudavit, & firmavit, & ſtatuit, quod aliquis Prior, vel Canonicus, aut Clericus, ſive Laicus, qui pro tempore fuerit in predictis Eccleſiis preſcriptam vineam aliquo modo alienare preſumpſerit a Summo Deo Omnipotente ſit maledictus, ſicuti fuit Dathan, & Abiton, quos terra vivos deglutivit, & inſuper anathematis vinculo feriatur.

Prenominatus Magiſt. Jacobus ut ſupra legitur ſcribere rogavit, retento ſibi uſufructu predicte vinee donec vixerit.

Dn. Henricus Sancte Bononienſis Eccleſie Archidiaconus, presbiter Algiſius, & presbiter Judex, & Bonaguiſa, & Magiſter Odo, & filius Albezi de Muſillo, & Ugolinus Baruſaldi, & Ugolinus Lamberini Canonici S. Petri, & presbiter Andreas Capellanus Domini Epiſcopi, & Petrus de Pozolo.

Dn. Lopieuius, Magiſt. Baverius Murator. Magiſter Bellonus, Leonardus Firmanus Notar. Matheus Corvolini, Petrus Miniator, & Notar., & Tebaldini Scriptoris, & quam plures alii huic conſecrationi, & donationi, & confirmationi interfuerunt, & hujus rei teſtes rogati ſunt.

Actum apud Eccleſiam S. Joannis in Monte in Paradiſo ejuſdem Eccleſie. Indictione predicta octava, & hoc ſpecialiter actum eſt, quod aulivis preſcripte vinee ſemper permaneat pro luminaria Altaris Beati Michaelis Archangeli.

Ego Wuilielmus Sacri Palatii Not. huic conſecrationi, & donationi, & confirmationi interfui, & ut ſupra legitur auctoritate, & mandato Domini Gerardi Epiſcopi &c.

Preterea dixit Mag. Jacobus, quod ille, qui habuerit preſcriptam vineam ſemper debeat dare pro refectione Fratrum quinque ſold. bonon. in Anniverſario ipſius Jacobi pro anima ejuſdem Jacobi poſt mortem ejuſdem.

C

Part. I. Pag. 445. Lit. b.

Ex Arch. Pub. Bon.
In Regiſt. Groſſ. Lib. I. pag. 317.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quartodecimo, die Dominico quinto intrante Octubr. Indictione ſecunda. Pactum recordationis ad memoriam retinendam factum ad id, de quo fit in eo mentio firmitat. Cum propter habitationem, & moram proborum virorum Urbes, & Loca augmententur, & honoris ſuſcipiant incrementum. Acceſſit Dn. Ugo de Luca Medicus ante Dn. Rodolſum Guidonis Bergognonis Comitem Pot. Bonon., & Dn. Albertum Gerardi de Giſla Procuratorem Comunis Bonon. nunc ſui vicem gerentem, & Dn. Graciani Jeremientium ejus ſocii. Cupiens effici Civis Civitatis Bonon., & pro Citadantia hec inſraſcripta ſibi a Comuni Bon. fieri poſtulabat

bat in hunc modum. Petit Dn. Ugo Lucenſis Medicus a Comuni Bonon., ut ſibi, & ſuis heredibus Comune Bonon. concedat in feudum ſexcentas libr. bonon. Ipſe autem in hunc modum pro his vult ſervire Comuni Bonon. annuatim ſex menſes continue vult habitare cum ſua familia in Civitate Bonon., & ultra per duos menſes arbitrio Poteſt., qui pro tempore fuerit. Si autem aliquo caſu eſſet extra Civitatem, eo tempore, quo tenetur ſtare in Civitate, tunc teneatur venire ſuis expenſis, ſi neceſſe fuerit, & omnes Bononienſes jurantes ſequimentum, & eorum familiat in Civitate habitantes, & omnes Comitatinos vulneratos, & ruptos; ruptos ſcilicet intelligitur de caſtretis, & contritis, & de carne contrita, facientes ſe deferri ad Civitatem medicare, & curare, exceptis habentibus crepaturam inſeriut, unde ſequitur ernia tempore precedente; & non vult, quod aliquis predictorum ei aſtringatur pacto ſibi ſalarium dare, exceptis Comitatinis, a quibus liceat eis in hunc modum percipere, ſcilicet a pauperibus nichil; a mediaſtinis vero ad unum plauſtrum lignorum; a divitibus vel XX. ſold. vel plauſtrum feni, & hoc fiat in arbitrio dictorum Comitatinorum, utrum voluerint ſibi dare fenum, vel XX. ſold. bonon., & hoc ſi graviter fuerit vulneratus, vel habuerit hos fractum, vel delocatum, ſcilicet quod liceat perere ex pacto de iſtis infirmitatibus a Comiratinis. De aliis ſupradictis infirmitatibus teneatur ut Civibus. Si autem Civitas guerram baberet, vel ſi Cives inter ſe guerram baberent, quod Deus advertat, toto tempore guerre vult habitare in Civitate. Si autem extra Civitatem eſſet illo tempore, vel illis menſibus, quibus liceret ei habitare extra, & aliquis Bononienſis, vel Comitatinus vulneratus eſſet, vel ruptus, vel haberet hos ruptum, vel delocatum, vult teneri ad veniendum ad eum medicandum, dum tamen ab eo percipiat uſque ad octo libr. bonon., & non ultra pro ſuo viatico veniendi, & redeundi, niſi egritudo ſui fratris, vel ſororis, vel filii fratris, vel fratris uxoris eum impediret. Et in omni exercitu Bonon. vult eſſe ſuis expenſis, & medicare, & curare omnes, qui eſſent in exercitu. In ſervitio Comunis Bonon. ſcilicet forenſes durante exercitu. Si vero non haberet aliquem heredem, qui medicando ſciret deſervire feudum Comuni, tunc revertantur ad Comune ducentas libr. de predictis. Poſſeſſiones empte de reſiduis CCCC. libr. remaneant in feudum filiis ſuis, vel deſcendentibus maſculis legitimis, qui teneantur ſervire Comuni Bonon., ut alii vaſalli tenentur ſervire Dominis ſuis; Et vult, quod tota jam dicta pecunia ponatur in emptionibus predictorum in Comitatu, vel Civitate Bonon. decenter, ſine predictis ſexcentis libris, & debet conparare, vel habere propriam domum in Civit. Bonon. ab anno novo proximo ad unum annum. Pecunia autem debetur ſibi dare a Comuni Bonon. hinc ad Kalen. Junii proximi, & compara poſſeſſionum debet dicto termino fieri. Et ſi compara poſſeſſionum non poſſet fieri eomode termino jam dicto, debeat fieri a termino Kalend. Junii jam dicto ad unum annum. Si tamen pecunia dicta debeat dari interim quibuſdam de Civitate Bonon., qui retineant eam pro Comuni, & pro eo, & ipſe Mag. Ugo habeat utilitatem denariorum tamdiu, & in eo termino teneatur emere. De qua emptione Comune Bonon. unum Inſtrumentum habeat, & Mag. Ugo aliud. Que omnia ſupraſcripta, ut in ſupraſcripto Inſtrumento continentur dictus Mag. Ugo juravit, & promiſit per ſe, ſuoſque heredes attendere, & ſervare, & non contravenire ſub pena dupli totius ſupraſcripte pecunie, & obligatione ſuorum bonorum, ſtipulante Domino Redolfo Guidonis Bergognonis Comite Pot. Bonon., & Domino Alberto Gerardi de Giſla Procuratore Comunis Bonon. gerente nunc ſui vicem, & Domini Graidani Jeremien. ejus ſocii abſentis, recipientibus nomine Comunis Bonon. promiſſa, pecunia ſoluta, nichilominus per ſe, ſuoſque heredes teneatur obſervare predicta. Renunciat in hoc facto ſuri privilegio, & omni alii legis auxilio, quod ſibi in hoc facto in preſenti, vel in futuro poſſet prodeſſe. Et Dn. Redulſus Comes Bonon. Pot., & dictus Albertus Gerardi de Giſla Procurator Comunis pro ſe, & ejus Socio nomine, & vice Comunis Bonon. promiſerunt eidem Magiſtro Ugoni ſtipulanti attendere, & obſervare pro ſe, & pro Comuni Bonon. omnia, quæ in ſupraſcripto Inſtrumento continentur, & ſolvere pecuniam ad terminum, & ad terminos ſupra ordinatos, ſicut in ſupraſcripto Inſtrumento continetur, ſub jam dicta pena dupli totius ſupraſcripte pecunie, ſtipulatione eidem Magiſtro Ugoni a Poteſt., & Procuratore predicto, nomine, & vice Comunis Bonon. promiſſa, penaque ſoluta nichilominus Comune teneatur obſervare predicta. Que omnia facta ſunt, & ſtabilita voluntate Conſilii, in Palatio Comunis ad ſonum campane eadem die coadunati.

Actum in Palatio Comun. Bonon. Indictione predicta, preſato Domino Redolfo, Guidone Bergog. Comite Pot. Bonon., & Procuratore, & dicto Mag. Ugone ſcribere mandantibus &c.

D

Part. I. Pag. 452. Lit. e.

Ex Archivo S. Dominici Bononiæ T. 308.

IN Chriſti nomine. Amen. Anno a Nativitate ejuſdem Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo Indictione undecima die Veneris dec. Sept. menſis Octubris. Notum ſit univerſis preſentes literas inſpecturis, quod Nos Fr. Thedericus divina miſeratione Cervienſis Epiſcopus recepimus litteras Sanctiſſimi Patris Domini Nicholaj Pape III. cum Bulla Papali plumbea pendente, non vitiatas, nec cancellatas, nec in aliqua ſui parte abolitas, vel ſuſpectas, ſed in ſua prima figura, & vera Bulla formam hujuſmodi continentes. Nicholaus Epiſcopus Servus Servorum Dei: Ven. Fratri

tri Thedericho Epiſcopo Cervienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quia preſentis vite conditio ſtatum habet inſtabilem, & ea, que viſibilem habent effectum, tendunt viſibiliter ad noctem; Tu hac ſalubri meditatione premeditans diem tue peregrinationis extremum, diſpoſitione teſtamentaria deſideras prevenire. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, ut de bonis tuis undecumque non per Eccleſiam, ſeu Eccleſias licite aquiſitis, que ad te pertinere omnimode dinoſcuntur, libere teſtari valeas, ac de bonis mobilibus Eccleſiaſticis, tue dum viveres diſpenſationi, ſeu adminiſtrationi comiſſis, & que non fuerint Altaris miniſterio, ſeu alicui ſpeciali divino cultui, vel uſui deputata, vel que Ordinis Fratrum Predicatorum, quem fuiſti profeſſus, non exiſtant, pro decentibus, & honeſtis expenſis tui funeris, & pro remuneratione illorum, qui tibi ſervierunt, ſive ſint conſanguinei, ſive alii juxta ſervitutis meritum, teſtari, ac diſponere poſſis, & alias prius tue Eccleſie ere alieno deducto, ne ipſa Eccleſia remaneat debitis obligata, de ipſis in pios uſus, ac licitos convertendis tibi auctoritate preſentium plenam, ac liberam concedimus facultatem. Volumus tamen, ut in eorumdem Eccleſiaſticorum diſpoſitione bonorum juxta quantitatem reſidui erga Eccleſias, a quibus eadem percepiſti, te liberalem exibeas, prout conſcientia tibi dictaverit, & ſaluti anime tue videris expedire. Datum Rome apud S. Petrum ſexto decimo Kalendas Madii Pont. noſtri anno ſecundo.

Predicte itaque auctoritate licentie ſani mentis, quamvis debiles corpore, preſens teſtamentum nuncupativum ſine ſcriptis voluntatem noſtram ultimam diſponimus, & facimus in hunc modum. In primis recomandamus animam noſtram Deo, & Beate Marie ſemper Virgini, & Beatis Confeſſoribus Paterniano patrono noſtro Eccl. Cervienſis, & Nicholao, ac Dominico Patronis Eccleſie Frat. Predicatorum de Bonon.

Item ſepulturam noſtram eligimus in Eccleſia Beati Dominici in ſepulcro, quod in presbiterio novo a latere ſiniſtro fecimus fabricare, & ſi contingat nos extra Bononiam mori, volumus, quod corpus noſtr. deferatur ibidem.

Item pro exequiis faciendis relinquimus centum libr. bonon., & duos baldacninos, qui portentur ſubtus, & ſupra corpus noſtrum in die ſepulture.

Item volumus, & mandamus, quod pridie ſepulture noſtre erogeontur pauperibus C. libr. bonon. in Eccleſia Beati Dominici congregandis; Et ſi quid ſuperfuerit de predictis C. libr. in Eccleſia diſtribuendis, illud reſiduum ponatur in opere Eccleſie, ſi fuerit oportnnum.

Item relinquimus, & legamus Sororibus S. Agnetis de Bonon. podere de Caſaraltula, eiſdem modis, & condictionibus, quæ continentur in Inſtrumento donationis, quam fecimus eiſdem Sororibus inter vivos &c.

Item podere noſtrum de Arehuveco, vel Fraſſino legamus Sororibus predictis S. Agnetis &c.

Item relinquimus, & legamus pro pietanzia Fratrum Predicatorum Bonon. in die ſepulture noſtre facienda XV. libr. bonon. ipſo die totaliter expendendas, & celebretur Miſſa in Conventu &c.

Item jure legati relinquimus eidem Conventui Bonon. unum Paramentum completum cum Mitra friſata cum friſio aureo bruſtito, & faldiſtorio nigro.

Item jure legati relinquimus Fratri Ugoni Ordinis Predicatorum nepoti noſtro Legendas Sanctorum, & Monaldinam, & XV. florenos de auro annuatim quamdiu vixerit, quos debeat recipere, & habere de fructibus poſſeſſionum emptarum Luce, que empte fuerunt de pecunia in elemoſinam eis datam pro Sororibus de Aogelis de Luca eum condictionibus, & modis, qui continentur in contractu emptionis ipſarum poſſeſſionum, ſeu conceſſione &c.

Item Eccleſie S. Petri Majoris de Luca XX. libr. luchen. pro una planeta.

Item pauperibus Maſſe Fiſcalie Cervienſis Dioceſis, ſpecialiter Maſſe Nove C. libr. bonon. diſpenſandas per manus Prioris, & Lectoris Fratrum Predicatorum de Ferraria, qui pro tempore fuerint, magis indigentibus dictorum locorum pro anima noſtra &c.

Item pauperibus puellis de Cervia maritandis, vel in Religione ponendis C. libr. Ravennatorum.

Item Conventui Fratrum Predicatorum de Piſtorio XX. libr. Lucan.

Item Conventui Fratrum Predicatorum de Piſis XL. libr. piſanorum.

Item Conventibus Fratrum Minorum de Bononia L. libr. bonon., & de Luca L. libr. lucanorum &c.

Item Fratri Johanni Faventino Ord. Predicatorum, qui aliquando fuit Lector Bononie XXV. libr. bonon. &c.

Item relinquimus Thederico filio Domini Veltri, & Ugoni, & Veltrutio Fratribus, & Filiis Domini Francifci libros noſtros de Medicina &c.

Item Veltro Sornacii conſobrino noſtro C. libr. lucan.

Item pro opere S. Criſtofori de Luca X. libr. lucan.

Item decem Fratribus Ordin. Fratrum Predic. de Conventu Bonon., & totidem de Conventu Luchano magis indigentibus, cuilibet tres libr. bonon. pro una tunica, inter quos Frater Phyglocarus Converſus de Provincia Lombardie, qui aliquando manſit nobiſcum, ſit unus.

Item Eccleſie S. Marie de Muradellis Civit. Bonon. pro uno paramento Altaris VI. libr. bonon.

Item Eccleſie S. Petri de Maſſa Cervien. Dioceſis X. libr. bonon. pro reparatione S. Petri predicti &c.

Item volumus, & mandamus, quod poſtquam fideicomiſſarii hujus noſtri teſtamenti fuerint congregati, dare teneantur, & debeant infra octo dies pauperibus Jeſu Chriſti quinquaginta corbes frumenti, & quindecim corbes vini, ſi tamen repertum fuerit tempore mortis noſtre. In qua quidem diſtributione recomendatos eſſe volumus pauperes vicinos noſtrus de Burgo richo. Suppellectilia vero, ſicut ſchrinea, bancha, diſ-

ehos,

chos, vegetes, vaſa Cochine, jure legati relinquimus Domino Magiſtro Veltro fratri noſtro, & Veltrucio nato condam Fratris Uberti fratris noſtri, & eorum heredibus.

Item Magiſtro Bertholatio Medico noſtro, & familie noſtre relinquimus X. libr. bonon.

Item Magiſtro Pantie de Luca Medico noſtro, & familie noſtre relinquimus X. libr. bonon.

Item Centonio aphotecario noſtro relinquimus poſt mortem noſtram omne id, & totum id, quod nobis teneretur occaſione confeſſionis cujuſdam Inſtrumenti LXX. libr. bonon. ſolvendarum nobis in quolibet anno quatuor libr. bon. donec &c.

Item jure legati pro anima noſtra relinquimus Fratri Franciſco Ord. Predicatorum Salumbrien. Epiſcopo intuitu perſone non Eccleſie, & pro ſervitiis multis nobis, & Eccleſie noſtre collatis, domum noſtram de Ciconiis poſitam in Burgo richo juxta domum Domini Epiſcopi Bethelemitani, & juxta heredes condam Domini Dalphyni cond. Domini Fratris Michaelis Prioris, & juxta Laurentium cond. Ugolini Brentatorem, & juxta viam publicam &c.

Item Fratri Branchaleoni Ord. Predicatorum Sotio noſtro annuatim in vita ſua X. libr. bonon. percipiendas de vinea, quam donavimus, & conceſſimus Sororibus S. Mathie poſt obitum noſtrum poſſidendam &c.

Item jure legati pro anima noſtra relinquimus Fratri Stephano ejuſdem Ordinis Sotio noſtro annuatim in vita ſua X. libr. bonon. percipiendas de podere, quod emptum fuit, & donatum Sororibus S. Marie Magdalene Valpetre prope Bononiam poſt obitum noſtrum poſſiden. &c.

Item jure legati relinquimus Eccleſie Cervien. Mitram noſtram laboratam de auro, & lapidibus, baculum Paſtoralem eburneum, Faldiſtorium unum rubeum, Miſſalem, & duo Vaſcula pro Chriſmate, unum argenteum, & alium cryſtallinum.. Dinarium breviarium, Altare Viaticum de porfilo rubeo, Naviculam argenteam cum coclearío, & teribulo, & ampullis, & uno calice argenteis, & unum paramentum completum pulchrius, quod inventum fuerit in paramentis noſtris & duo paria cophynorum. Ita quod predicte res deponantur in Sacreſtia Fratrum Predicatorum de Bononia, & poſtea tempore competenti aſſignentur Succeſſori noſtro poſtquam fuerit canonice confirmatus &c.

Item jure legati relinquimus eidem Eccleſie Cervien. domum noſtram magnam, quam de novo edificari fecimus, poſitam in contrata Barberie in Capella S. Barbatiani, ſeu S. Margarite juxta Dominum Paulum Goſberti ex una parte, & juxta heredes cond. Domini Fratris Fini cond. Domini Theugii ex alia &c.

Item jure legati relinquimus Conventui Fratrum Predicatorum de Luca calicem argenteum Capelle noſtre, & Bibliam noſtram in duobus voluminibus &c.

Irem relinquimus, & condonamus Fratribus de Barbiano XXX. libr. bonon. de eo, quod nobis annuatim reddere tenentur &c.

Item relinquimus, & condonamus Sororibus de Miſericordia libr. XXX. bonon. de ea ſumma, quam nobis dare tenentur &c. In omnibus aliis autem bonis noſtris mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus utilibus, & directis, realibus, & perſonalibus, noſtros heredes inſtituimus, & eſſe volumus equalibus portionibus Conventum Fratrum Predicatorum de Bononia, & Conventum Fratrum Predicatorum de Luca, & predictam Eccleſiam Cervien. Volumus autem, & mandamus, quod Conventus Fratrum Predicatorum de Bononia edificari faciat, & compleri quamcito poteſt comode fieri opus, & teſtudinem per nos inceptam ſupra presbiterium majoris Altaris S. Nicholay per manum Fratris Marchyſini de Principibus, & Fratris Branchaleonis de Rodaldis de Bonon., & Fratris Stephani Sotii noſtri, quibus hoc ſpecialiter opus faciendum, & perficiendum comittimus, & ad complendum dictum opus expendant redditus poderis de Fraſino, quod ſuperius reſtituimus Sororibus S. Agnetis per ſe, & nichil precipiant dicti Conventus Fratrum, & Sororum de redditibus ipſius poderis de Fraſino donec dictum opus fuerit perfectum, ſed perveniat ad manus dictorum Fratrum Branchaleonis, & Marchiſini, & Stephani in dicto opere expendend., & ſi contingat &c.

Datum., & actum Bononie in Burgo Richo in domo noſtra in camera noſtra, preſentibus teſtibus vocatis, & rogatis Vener. Patre Domino Fratre Franciſco Ord. Fratr. Predic. permiſſione divina Salumbrienſi Epiſcopo, Fr. Simone &c.

Ego Johannes Damiani Imp. auct. Not. iis omnibus interfui, & mandato dicti Domini Epiſcopi Cervien. teſtatoris ſcripſi &c.

E

Part. I. Pag. 454. Lit. a.

Ex Arch. Pub. Bon.
Ex Memor. Johannis Bonacoſe Cavallerii
1279.

Die 13. Decembr.

VEn. Pat. D. Thederichus Epiſcopus Cervienſis habens plenam, & irrevocabilem poteſtatem a Canonicis, & Capitulo ipſius Eccleſie Cervien. ſuper hiis, que in preſenti inſtrumento continentur, ſicut apparet ex inſtrumento, ſive inſtrumentis inferius ſcripto, ſive ſcriptis manu Ugolini Fr. Tranchedi Not. pro evidenti utilitate ipſius Capituli Epiſcopatus, & Eccleſie Cervienſ. dedit, & conceſſit Dn. Branchaleoni qnd. Dn. Andalo recipienti, & ſtipulanti vice, & nomine Andree fil. qnd. D. Caſtelani Andalonis ipſius filii, & nepotibus maſculis ex eo deſcendentibus in enfiteuſim Caſtra Plancaduli, Belvederis, & Saxi Guatari, ſalvo jure dominii proprietatis Epiſcopatus, & Eccleſie Cervienſ. cum omnibus, & ſingulis juribus, & actionibus ad eundem Dn. Epiſcopum, & Epiſcopatum Cervienſem ſpectantibus in dictis Caſtris, ſive Terris occaſione ipſorum, ſalvis conditionibus inſtrumento con-

ceſ-

ceſſionis inſertis; & hoc nominatim pro quatringentis lib. bonon., quas idem Dn. Epiſcopus confeſſus fuit habuiſſe dando etiam, & preſtando predictus enfitheotecarius, & predicti deſcendentes ab eo filii, & nepotes maſculi pro annua penſione porchum unum in menſe Marcii, ſeu infra indictionem tunc currentem pretii trium libr. bonon. Hoc etiam acto, quod finita tertia generatione, ſcilicet mortuis filiis, & nepotibus predictis, ſi filii maſculi legitimi deſcendentes ab eis vellent renovare, renovabuntur eis dicte res ſecundum ſolitum, & uſitatum Provincie Romaniole renovationis modum. Ita tamen, quod non liceat eis, nec eorum filiis, & nepotibus dictas res vendere, vel contractum aliquem facere alicui perſone, ſed poſt tranſitum eorum, & ſuorum filiorum, & nepotum, quando Domino placuerit, predicte res ad jus, & dominium Epiſcopatus Cervie, cujus eſt proprietas ſine moleſtia revertantur, niſi dicti heredes vellent ſe renovare, ſicut dictum eſt. Hoc etiam acto, quod ſi infra menſem predictum non ſolvant, ut dictum eſt, porchum propter hoc non cadant a Feudo niſi prius fuerit requiſitum. Hoc etiam acto inter eos, quod preſens conceſſio non prejudicet Archiepiſcopatui Piſano, ſive juri ipſius, ſi quod habet in rebus ſupradictis, vel aliqua eorum ex inſtrumento dicte conceſſionis facto, ſcripto manu D. Bonviſini D. Bolognitti Notar. facto hodie Bonon. in Burgo Richo in domo, ſive camera Dn. Epiſcopi Cervien., preſentibus Dn. Marſilio de Mantighellis Doct. Decret., D. Martino Sulimani LL. Doct., D. Petro Dn. Ariverit de Carbonenſibus, Dn. Bonifacio de Abayſio, Dn. Johanne Notar. de Merolinis, & Salvitto Gualandini &c.

F

Part. I. Pag. 461. Lit. e.

Statuta Octaviani Epiſcopi ann. 1262. condita, fruſtra in Archivo Metropolitanæ Eccleſiæ Ravenn. pluries conquiſita ſunt. Fortaſſe alibi vidit Cl. Sartius, & facile memoriæ lapſu indicavit Archivum Metropolitanæ Ravenn. Extat ibi aliud venerandæ antiquitatis monumentum, in quo mentio eſt de Octaviano Epiſcopo, & Sinigardo Archipresbitero, quodque loco alterius hic exhibemus.

Ex Archivo Archiepiſcopali Ravennæ Capſa G num. 2801.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Prona preceps ad malum audatia freno divini timoris confracta humilium innocentiam multipliciter inquietat credens ad ſuum pervenire perfectum excidium aliorum. Cui Venerabiles Patres Al. Mutinen. R. Livien. T. Imolen. M. Ceſenaſ. Joannes Foropopilien. Jacobus Faven. Joannes Cervien. C. Regin. Joannes Saxenaſ. F. Adrien. O. Parmen., & M. Comaclen., ſeu Epiſcopi, & Magiſter Sinigardus Archipresbiter Bonon. procurator Domini O. Bonon. Electi volendo ſalubriter obviare, attendentes quod temeritas impunita temeritates cumulat puniendas, & quos timor Dei a malo non revocat, choerceat ſaltem ſeveritas diſcipline Venerabili Patri Domino . . . . . Dei, & Apoſtolica gratia Sancte Eccleſie Ravennat. Archiepiſcopo committunt totaliter vices ſuas, ut ipſe auctoritate omnium eorumdem, & ipſorum ſingulorum poſſit excommunicationis & ſuſpenſionis in perſonas, & interdicti in Civitates, Caſtra, & loca alia ferre ſententias, ſi comunia, & ſpeciales perſone ipſorum invaſerint, violaverint, ſeu detinuerint, ſive vi, vel clam occupaverint bona, poſſeſſiones, caſtra, terras, homines, jura, rationes, & juriſdictiones Eccleſie Ravenne, ac Eccleſiarum ipſorum Epiſcoporum, & aliarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, venerabiliumque locorum totius Archiepiſcopatus Ravenne, & ſi Statutarii Civitatum, & locorum eorumdem Statuta feciſſent, vel facerent in futurum, per que jura, & juriſdictiones, & alia ſupradicta ipſarum Eccleſiarum impediri, vel minus poſſent in ipſos, & ipſorum quemlibet, & inobſervatores ipſorum, ac terras eorum dictas auctoritate ipſorum poſſit ferre ſententias, niſi predicti occupatores, detentores, violatores, & turbatores, ac ceteri alii ab injuriis, moleſtiis, & occupationibus hujuſmodi deſtiterint, & Statutarii, & obſervatores Statutorum de ipſorum Capitulariis Statuta eadem abrad.... curaverint niſi infra duos menſes poſtquam monitionem ſuam duxerit faciendam. At ſi propter aliquorum malitiam, ſeu potentiam ipſius Domini Archiepiſcopi monitio ad ſupradictos pervenire non poſſet, idem Archiepiſcopus ipſam fieri faciat in aliquo loco publico, de quo ad ipſos veriſimiliter valeat pervenire, quam illam firmitatem habere volunt, ac ſi eis, & in ipſorum preſentia eſſet facta. Firmantes ad invicem, quod quilibet eorumdem Epiſcoporum ſententias ferendas occaſione invaſionum, ac aliorum ſupradictorum per eumdem Dominum Archiepiſcopum denuntiare, & publicare per ſe, ac alios ſibi ſubjectos ad mandatum ipſius D. Archiepiſcopi teneatur, vel Eccleſie Raven. Qui vero inobediens fuerit circa denuntiationem, & publicationem hujuſmodi ipſius inobedientie facto ab ingreſſu Eccleſie, & divinis officiis per unius menſis ſpatium ſit ſuſpenſus. Contra quem prefatus Dominus Archiepiſcopus ad penam aliam prout ipſius protervitas meruerit procedere valeat, ad quod iidem Epiſcopi jam dicto Domino Archiepiſcopo voluntate propria ſe ſubmittunt; ita tamen, quod propter hoc nihil juriſdictiunis dictorum Epiſcoporum ullatenus adimatur.

Facta fuit hec commiſſio in provinciali Concilio per eumdem Dominum Archiepiſcopum congregato in Sancta Majori Eccleſia Ravennat. de mandato Summi Pontificis ſuper facto Tartarorum, ubi prefati Epiſcopi erant preſentes, & ut ſupra legitur in omnibus voluerunt. Sub anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo, tempore Domini Alexandri PP. quarti die quarto exeunte Marcio Indictione quarta, preſentibus teſtibus ad hec vocatis Domino Comite Rugerio de Bagnacavallo, Domino Aymerico Card., & Domino Guezo cantore Eccleſie

Raven,

Raven., Joanne Samantino de Forolivio, Alberto Archipresbitero Urian. Brix. Dioceſ. Drudone cantore Sancte Eccleſie Rav., Jacobitio elerico dicti Domini Archiepiſcopi, Fratre Jacobo de Regio hoſpitalis Sancti Joannis Jeroſolimitani, & Ugone Not. Livien., & aliis &c.

L. ✠ S. Ego Bartholomeus fil. quondam Cambii Not. Imperiali auctoritate Not. dictis interfui, & mandatu predictorum Dominorum Epiſcoporum ſcripſi.

Ego Octavianus Bononie Electus volens omnia ſuperius ſcripta quantum ad me ſpectat ratione Bonon. Eccleſie, & Epiſcopatus Bon. & juriſdictionis incompetentis valere, & plenum robur obtinere in omnibus conſenſum preſtitum per Dominum Magiſtrum Sinigardum Archipresbiterum Bon. meo nomine, & Bon. Eccleſie, & Epiſcopatus Bonon., & omnia, que fecit in ſupradictis, & quibuslibet ſupradictorum approbo, & rata, & firma habeo, & eis omnibus propria manu ſubſcribo.

G

Part. I. Pag. 461. Lit. d.

Ex *Archivo Metrop. Bonon. Faſcic.* III. *num.* 28.

IN nomine Domini. Amen. Anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo, Indictione quinta, die ultimo Junii, tempore Domini Urbani Pape IV. Cum lis, & queſtio verteretur, vel verti poſſet inter Dn. Magiſtrum Sinigardum Archipresbiterum, & Capitulum Bononien. Eccleſie nomine dicti Capituli ex parte una, & Priorem, & Conventum S. Jacobi de Savina Ordinis Heremitarum (*ſic*) nomine Fratrum, & Conventus Fratrum Bonon. predicti ex altera ſuper jure parochiali, & parochianis Eccleſiarum S. M. Magdalene, & SS. Egidii, & Leonardi..... ad dictum Capitulum Bononien. pertinentium, & ſuper pactis, & moderationibus quondam ſuper predictis, & circa predicta factis, & habitis tam pro preteritis temporibus, quam & pro futuris.... volentes predicte partes ſuper iis parcere laboribus, & expenſis ad talem concordiam devenerunt, videlicet, quod Dn. Bolvitius qnd. Accurſii Not. Sindicus, & Procurator Archipresbiteri, & Capituli Bonon. habens ad compromittendum ſuper hiis ſpetiale mandatum, nomine dicti Capituli ex parte una, & Fr. Guido de S. Mauricio Sindicus, & Procurator dictorum Prioris, & Fratrum, nomine dictorum Prioris, & Capituli Fratrum S. Jacobi de Savina, habens ad compromittendum ſuper iis ſpeciale mandatum, ex altera, compromiſerunt ſe in Ven. Patrem Dn. Octavianum Dei gratia Bonon. Electum tamquam arbitrum, ut de jure ſine ſtrepitu juditii predictis omnibus, & ſingulis, & ſuper iis, que predicta contingunt, poſſit procedere ſummarie, & cognoſcere, ſervata juris ſolemnpnitate, vel non ſervata, ſicut ei videbitur, & ſecundum juris ordinem diffinire, & pronuntiare ſemel, & pluries cum ſcriptura, & ſine ſcriptura diebus feriatis, quibus ſponte renuntiaverunt, & non feriatis, ſicut ei videbitur, promittens ſe ratum habitur. per ſe, & ſuos ſucceſſores omni tempore quicquid per ipſum Dominum Electum ſententiatum, pronuntiatum, vel diffinitum fuerit ſub pena quingentarum libr. bonon..... & ipſi arbitro promiſſa, & non contravenire ratione aliqua, ſive cauſa modo aliquo, vel ingenio, nec opponere, quod... que ferretur ſit iniqua, ſeu quod reducatur ad arbitrium boni viri, nec alicujus lexionis occaſione reſtitutione aliqua implorare ſub pena quingentarum libr. bonon. a..... non ſervante, vel ſervare nolente parti ſervanti, vel ſervare volenti ſolvenda, & obligatione bonorum dicti Capituli, & Conventus, & dampnorum, & expenſarum refectione, qua ſoluta, vel non..... & omne id, quod pronuntiatum fuerit, robur obtineat perpetue firmitatis.

Et inſuper Dompnus Guido Abbas Monaſterii S. Michaelis de Medicina, & Presbiter Johannes Clerici (*ſic*) S. Leonardi, & Dn. Petrus Rector Eccleſie S. Marie Magdalene preſentes hiis omnibus, & ſingulis conſenſerunt.

Preterea D. Fr. Lanfrancus Prior generalis predicti Ordinis Heremitarum preſens predictis omnibus conſenſit, & ſuam auctoritatem & aſſenſum preſtitit.

Actum Bononie in balcone a latere ſero camare Dn. Bononienſis Electi, preſentibus Magiſtro Bernardino Vicario Domini Bononienſis electi, Dn. Johanne Priore S. Marie Majoris, Domino Presbitero Rolando de Senerico &c.

Ego Matheus quondam Jacobi Palatini auctoritate Imperiali Not. predictis preſens exiſtens ea omnia juſſu predictorum ſcripſi, & in publicam formam redegi.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo Indictione quinta, die ultimo Junii ſuper balcone, qui eſt a ſero camere Domini Bononien. Electi, facto compromiſſo.... Venerab. Patrem Dn. Octavianum Bonon. Electum, preſentibus omnibus, qui compromiſſo interfuerunt. Idem Vener. Pater Dn. Octavianus Bonon Electus ſtatuit terminum, Bolviſio Not. Sindico Dominorum Archipresbiteri, & Capituli Bonon., & Fratri Guidoni de Sancto Mauritio Sindico Prioris, & Fratrum Heremitarum Sancti Jacobi de Savina juxta circlam Civit. Bonon., ut dent ſibi omnia inſtrumenta, & jura, que habent, & quibus volunt uti uſque ad diem Dominicum proximum venturum.

Eodem anno, & Indictione, die nono intrante Julio precepit Dominus Electus predictis Sindicis, quod cras poſt nonam ſint in eodem locu cum Sapientibus ſuis ad allegandum adhuc.... ſi volunt coram Sapientibus electis per eum, & per.... & ad ſententiam audiendam.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Super queſtione, que vertitur inter Belviſium Not. Procuratorem, & Sindicum Capituli Bonon., & Fratrem Guidonem de Sancto Maurieio Sindicum, & Procuratorem Eccleſie, & Fratrum Heremitarum Sancti Jacobi de Savina juxta circlam

Civi-

Civitatis Bonon. utrum pactum factum per Vener. Patrem Dn. Fratrem Jacobum Bononien. Epiſcopum per ſe, & Capitulo Bononien. Eccleſie ex una parte, & quemdam Fratrem Eccleſie, & Ordinis predictorum Fratrum S. Jacobi de Savina nomine dictorum Fratrum ex altera, & utrum moderatio facta per dictum Venerab. Patrem Bononien. Epiſcopum ſupra dicto pacto valeat, & teneat, & ſit equa, vel nun. Conſilium Dominorum Oldofiedi, Bonrecuperi de Porro, & Jacobini Gratiadei Legum Doctorum, & Domini Navarri Canonici Burgenſis eſt tale, ut dictum pactum, cujus pacti teoor talis eſt, & .c. valeat, & teneat, & valuerit, & tenuerit, & quando moderatio facta a predicto Venerabili Patre Domino Fratre Jacobo quondam Bononien. Epiſcopo, cujus moderationis tenor talis eſt, & .c. valeat, & teneat, & ſit equa, & juſta, & fuerit, & debeat obſervari cum equa, & juſta ſit, & cum ab ea non fuerit appellatum in hoc ſcilicet debeat obſervari, ut Fratres dicte Eccleſie Sancti Jacobi de Savina non recipiant ad ſepulturam Parochianos Eccleſiarum S. Marie Magdalene, S. Leonardi, & Sancti Egidii, & in omnibus aliis, que in dicta moderatione continentur, non obſtante indulgentia generali conceſſa dictis Fratribus, & Ordini Heremitarum Sancti Jacobi de Savina a bone memorie Domino Innocentio Papa IV., cum in dicta Indulgentia impetranda de predicto pacto non fuerit facta mentio, & non obſtante alia Indulgentia conceſſa predictis Fratribus, & Ordini a bone memorie Domino Alexandro Papa IV. cum dicta Indulgentia, & ejus generalitas ſit redigenda ad id, de quo ſpecialiter agebatur, ſcilicet ad preſentationem Prioris dicte Eccleſie, & viſitationem, & correctionem, non autem complectatur ſepulturam, ſcilicet ut dicti Fratres Parochianos dictarum trium Eccleſiarum recipere poſſint ad ſepulturam contra formam dicte moderationis.

Ego Matheus quondam Jacobi Palatini aule Imperialis Not. ſedens ad pedes Venerab. Patris Domini Octaviani Bonon. Electi, & .... hoc conſilium ipſi Domino Electo per predictos quatuor Sapientes datum in comuni concordia de ipſorum mandato ſcripſi, & eis legi ſemel, ſecundo, & tertio ſicut jacet, & de ipſorum mandato publicavi &c.

H

Part. I. Pag. 461. Num. II.

Ex Archivo S. Michaelis in *Buſco Tom. 6. num. 39.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto. Indictione ſecunda, die decimatertia exeunte Aprilis Magiſter Synicardus Archipresbiter Bonon. Eccleſie Phyſice Profeſſor, deſiderans quamdiu vigeat in corporeis membris quies, & ratio regit meotem condictionis humane immuſabile debitum prevenire cum ſepe adeo rationem langor obnubilet, ut non ſolum temporalium rerum, verum etiam ſui ipſius cogat ipſius langoris vehementia oblivíſci, licet infirmus eſſet corpore, cogoitus a me Not. ſubſcripto eſt, & bona ſua per preſent nuncupativum teſtamenrum ſuum ſine ſcriptis diſpoſuit in hunc modum. In primis pro Dei amore, ac honore, & ſuorum remedio peccatorum, animeque ſue ſalute reliquid Majori Eccleſie Beati Petri Bonon. pro una Cappellania jam ordinata per eum ad Altare Beati Andree ipſius Eccleſie perpetuo habenda, & ſervanda petiam unam terre aratorie, decem, & otto tornat. poſitam in Curia Sancte Marie Indoni in loco, qui dicitur Languinellum, & eſt poſt h., & quedam alia, que in dicto ſuo teſtamento diſpoſuit, ſic diſpoſuit his verbis expreſſim. Item voluit, & diſpoſuit quod domus ejus poſita in Parochia Sancti Michaelis de Bocaziis, quam emit quondam a Domino Munſarello Ulietti juxta vias a tribus lateribus, & juxta heredes Rolandini de Carariis nullo tempore in perpetuum poſſit vendi, vel obligari, aut alienari, vel alio quocumque modo, vel contractu in alium tranſferri, ſet debeat dicta domus perpetuo annuatim per Priorem Conventus Fratrum Sancti Michaelis de Buſcho, qui pro tempore fuerit, locari ad penſionem, & penſio exigi per eum, vel per ejus procuratorem, qui Prior debeat quolibet anno die ... Comiſſariis ipſius teſtatoris pro anima ſua ipſam penſionem diſtribuere, & errogare hoc modo; videlicet medietatem ipſius penſionis exibere Conventui Fratrum Minorum Bonon., & aliam medietatem ſuo Conventui Sancti Michaelis de Buſcho, ut ipſi Conventus predictam penſionem habeant, & in refectionem Fratrum ſuorum convertant, & teneantur dicti Conventus in die Anniverſarii ejus ſingulis annis exequias facere pro anima ipſius teſtatoris. Si autem Fratres Sancti Michaelis de Buſcho voluerint in dicta domo recondere Bladum, vel alia pro eorum comoditate, voluit, quod poſſint habitationem, & uſum ipſius domus habere, dando, & ſolvendo quolibet anno, quo eam habere, & uti voluerint pro ſe, & decem libr. bonon. Conventui Fratrum Minorum Bonon. tempore ſui Anniverſarii pro refectione ipſorum Fratrum. Quod ſi Prior Sancti Michaelis de Buſcho hoc noluerit, vel renuerit facere, ſuccedat ei in hoc Hoſpitale Sancti Petri, & Procurator ejuſdem Hoſpitalis, qui iſta ſibi, & Hoſpitali ſuo pro dimidia, & Fratribus Minoribus pro alia dimidia habeat, ut dictum eſt, & debeat procurare, & in hoc beneficio & jure predictos Conventus Minorum, & Sancti Michaelis de Buſcho, ſi Prior ipſius Conventus predicta fecerit; alioquin loco ſui dictum Hoſpitale Sancti Petri ſibi heredes inſtituit, & rogat Fideicomiſſarios ſuos, & hujus ſui Teſtamenti executores conſtituit, & reliquid ad predicta omnia facienda, & exequenda Priorem Sancti Michaelis de Buſcho, & Priorem Sancti Bartholomei Porte Raven., qui pro tempore fuerint, & Fratrem Carum, & Fratrem ...... Nepotes ſuos, & Dominos Ugolinum de Marano, Albertum de Pizzigottis &c. In omnibus aliis ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, & juribus,

ribus, & actionibus &c. Julianum Federicum, & Synicardum filios quond. Raynerii ſui fratris pro tertia parte equaliter inter eos di videnda, & Synicardum filium quond. Thomaxii ſui fratris pro alia tertia parte, & Bonaventutam, & Jacobuzium filios Domini Aldegherii fratris ſui pro reliqua tertia parte ſibi heredes inſtituit.

Lectum fuit teſtamentum predictum, in quo predicta continentur, in chamera ipſius Domini Archipresbiteri apud Eccleſiam B. Petri Bonon. in preſentia Dompni Petroboni presbiteri Sacriſte dicte Eccleſie &c.

Ego Leonardus quond. Bonavent. Leonardi Imp. auct. Not. &c.

I

Part. I. Pag. 469. Lit. a.

Ex Arch. Pub. Bon.
In Mem. Azolini Cambi de Vitris pag. 15.

An. MCCLXXXV. Indictione XIII. die Sabbati XXI. Julii.

CUm hoc eſſet, quod Dn. Magiſter Thadeus de Florentia Artis Medicine Profeſſor proficiſci intenderet ad Civitatem Mutine preſentibus, & mandato Dominorum Allegratuti condam Domini Mezovilani de Mezovilanis Capelle Sancti Michaelis de Lebroxeto, & Uberti de Pavanenſibus Capelle Sancti Benedicti de Porta Nova, & Yvani de Bataglutiis Capelle Sancte Marie Majoris cauſa curandi Nobilem Virum Dn. Gerardum de Rangonibus Civem Mutinenſem cognoſcentes mandatorem non obligari de caſu, niſi ſpetialiter hoc pacto conveniat. Volens ſibi Dominus Magiſter Thadeus ſpetialiter providere, & predicti volentes ad infraſcripta ſpetialiter obligari, predicti omnes, ſcilicet Allegratuti, Ubertus, & Yvanus, & quilibet eorum inſolidum conſentientes ſe principales debitores promiſerunt ſolempni ſtipulatione interpoſita predicto Magiſtro Thadeo ſe facturos, & curaturos, quod Dn. Magiſter Thadeus liberum habeat iter, & expeditum in eundo, & redeundo, & ſtando remoto omni obſtaculo, & impedimento, ita quod ab aliquibus non impedietur, vel moleſtabitur in avere, vel perſona, promittentes eundem ſanum, & ſalvum in avere, & perſona conducere ad Civitatem Bonon. cum omnibus rebus ſuis, & bonis ſuſcipi, habeant in ſe expreſſim, & nominatim periculum incurſus hoſtium, & latronum, & cujuslibet alterius caſus, qui quocunque modo contingere poſſet. Volentes ſe obligari, & ſe obligantes ad omnem conſervationem indepnitatis predicto Magiſtro Thadeo hoc etiam inter eos, quod dictus Magiſter Thadeus nullo modo detineatur invictus in Civitate Mutine, quod libere, & expedite redire poſſit, quandocumque ei placuerit. Et predicta promiſerunt ex eo quod dictus Magiſter Thadeus preſentibus, & mandato predictorum profecturus eſt ad Civitatem Mutine cauſa curandi predictum Dn. Gerardum Rangonem: que omnia promiſerunt attendere, & obſervare ſub pena mille libr. imperialium in ſingulis capitulis contra predictos omnes, & ſingulos comitenda; & nichilhominus in eum caſum, in quo predicta non obſervarent, promiſſerunt predicto Magiſtro Thadeo dare, ſolvere, & reſtituere in Civitate Bonon., & in quocumque loco, terra, & foro, & mercato tria millia libr. bonon., quam pecunie quantitatem confeſſi fuerunt ſe ex cauſa depoſiti a predicto Magiſtro habuiſſe, & recepiſſe ex inſtrumento Rolandini Adirani Not. hodie facto Bonon. ante domum Domini Lambertini Ramponis Legum Doctoris. Preſentibus dicto Domino Lambertino, Domino Thomaxio de Thencharatiis, Domino Magiſtro Nicolao Medico, Paulo Batiſſori, & Neri Galutio, & Simone condam Domini Martini Not., & me Zenone ſic, dicti contrahentes preſentes dicto Notario dixerunt, decreverunt, & ſcribi mandaverunt.

K

Ex eod. Arch. Pub. Bon.
In Mem. Franciſchi Donati an. MCCLXXXVIII. XIII. Madii pag. 112.

DOminus Veneticus condam Domini Alberti de Cazanimicis de Capella Sancti Bartholi in Palazo, Dominus Anthoniolus condam Domini Gerardi de Galluciis de Capella Sancte Marie Rottunde de Galluciis in ſolidum promiſerunt Domino Magiſtro Thadeo condam Domini Alderotti, qui fuit de Florentia Artis Fiſice Profeſſori Civit. Bonon. comoranti ipſum conducere, & conduci facere ſanum, & tutum in avere, & perſona in eundo, redeundo, & ſtando omni eorum periculo indempnem, & eorum expenſis a Civitate Bononie uſque ad Civitatem Mutine, & ipſum omnino indempnem conſervare ab omni periculo, & gravamine, quod eidem quocumque modo accidere poſſet credendo ſimpliciter de omni dampno, & periculo in ſuis omnibus rebus, que dixerit eidem illatum fuiſſe, vel amiſiſſe, ſeu arreptum fuiſſe, ſuo nudo, & ſimplici verbo ſine aliquo honere ſacramenti, vel alterius probationis, & dictum ſuum, ex nunc approbando pro plena, & legitima probatione; & predictam promiſſionem, & obligationem fecerunt ex eo, quia dictus Magiſter Thadeus eorum precibus, & mandato iturus eſt ad Civit. Mutine cauſa videndi, & medendi pro poſſe Nobilem Virum Dominum Guidonem de Guidonibus confitendo, & etiam adſerendo in ſolidum habere in depoſitum a dicto Domino Magiſtro Thadeo tria millia libr. bonon., quam pecunie quantitatem in ſolidum eundem reſtituere promiſerunt in Civitatem Bonon., & alibi, ſecundum quod ſibi placuerit ad ſuam voluntatem.

Ex Inſtrumento Rolandini Adriani hodie facto Bonon. ante Portas dicti Domini Venetici, preſentibus Domino Alberto Novello de Cazanimicis, & Dno Dompno Johanne de Cazanimicis Archipresbitero Sancti Anxiani, Nerio condam Domini Raynerii Gallucii, Federico Symonis Piſtoris, Domino

Jacobo de Thebaldis, Alberto condam Domini Cazanimici de Cazanimicis, & Franciſco Donati Not. teſtibus; Et ſic dicti contrahentes una eum dicto Notario dixerunt, & ſcribi fecerunt.

L

Part. I. Pag. 470. Lit. a.

Ex *Arch. Pub. Bon.*
In Memor. Petri de Fioranis pag. 47.

Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto Indictione octava, die Dominica vigeſima menſis Martii.

MAgiſter Gentilis de Cingullo filius D. Benvenuti Doctor in Logicha contraxit ſocietatem cum Magiſtro Guillielmo filio quondam Domini Guidonis de Dexara Aſtenſis Dioceſis, qui moratur in domo D. Venture Prepoſiti in Capella S. Archangeli, & qui Dominus Gentilis moratur in domo Domini Iacobini de Munariis in Capella S. Antholini, infraſcripto modo, & infraſcriptis pactis, & Capitulis inter eos initis, & factis; videlicet quod promiſit dictus Magiſter Gentilis per ſtipulationem dicto Magiſtro Guillielmo Doctori in eadem ſcientia a principio ſequentis ſtudii legere extraordinarie in Phyloſofia in ſcholis dicti Magiſtri Guillielmi, & de lucro de Phyloſofia dare quartam partem dicto Magiſtro Guillielmo, & non legere ordinarie Logicam uſque ad tempus trium annorum, & verſa vice dictus Magiſter Guillielmus per ſtipulationem promiſit dicto Magiſtro Gentili legere ordinarie in Logicha uſque ad tempus trium annorum, & preſentare de quolibet Scolari ſtante in duodena ſua, vel repetitorum ſuorum, & Societatis non auſugentis duodenas comunes propter paupertatem triginta ſolid. bonon., & repreſentare lucrum habitum de Scholis ſacta ſolutione Scholar., & preſentare illud, quod ab aliis Scholaribus pauperibus non ſtantibus in duodena habebit, & dare eidem Magiſtro Gentili tertiam partem totius iſtius lucri hiis habitis pactis inter eos, quod uterque eorum permittat alterum juvare bona fide, & cum nullo aliorum Magiſtrorum Bonon. exiſtentium, vel ſupravenientium pacifci in leſionem alterius, & ſi fuerit aliquis Scholarium ſtantium in duodena, qui auſugeret ita quod dictus Magiſter Guillielmus non poſſit habere ſolutionem pro illo, vel pro illis, non teneatur aliquid reppreſentare, & ſi aliquis non vellet dare ſalarium teneatur dictus Magiſter Guillielmus ipſum compellere coram aliqua perſona, que de Jure audire habeat, & ſi non poſſet convincere predictum quia judicaret de pauciori, id tantum teneatur preſtare, & id dividere, ſecundum quod dictum eſt, dando eidem tertiam partem, & hoc quidem intelligatur de Scholaribus venientibus ad ſtudium ante feſtum Nativitatis. De venientibus poſt feſtum teneatur aſſignare lucrum, quod habebit bona fide, & dare ſibi ſecundum predictam portionem. Item ſi contingeret dictum Magiſtrum Guillielmum non poſſe aliquo tempore legere cauſa alicujus infirmitatis corporis, vel alia rationabili cauſa, & non haberet perſonam decentem, que pro ipſo poſſet legere, quod dictus Magiſter Gentilis debeat legere pro eo uno menſe, & ſi contingeret dictum Magiſtrum Gentilem legere ultra menſem, teneatur dictus Magiſter Guillielmus ſibi dare duas partes lucri ſibi contingentis pro illo tempore, ita quod ſi Magiſter Guillielmus habuiſſet pro menſe libras novem, teneatur ſibi dare ſex. Item quod pacta iſta teneant utroque Magiſtro faciente ſuum officium, ita quod altero omnino deficiente a ſuo officio, ita quod alter iret domum, & inreverſurus, ceſſent pacta ultra. Item quod ſi Magiſter Guillielmus accipiat pro Scholari quadraginta ſolidos, ſi aſcendet ultra, teneatur dare de lucro ulteriori dicto Magiſtro Gentili tertiam partem ejus, quod ultra quadraginta ſolidos acceperit, & ſi fieret ſtatutum per aliquem ad hoc deputatum, quod Magiſter Guillielmus non poſſit accipere triginta ſolidos, tunc Magiſter Guillielmus teneatur dare tertiam ejus partem, quam tunc capere poſſet ſecundum formam illius Statuti. Item pactum ad invicem fecerunt, quod nullus eorum poſſit ire ad aliquem alium locum cauſa ſtudendi ibi ante tempus ſtatutum, ſcilicet trium annorum ſi alter ſtaret in terra uterque teneatur legere ſuas lectiones. Item quod neuter poſſit recedere de terra non reverſurus, niſi haberet fortem, & urgentem cauſam. Item hec pacta non teneant legente alio Magiſtro ſuperante dictum Magiſtrum Guillielmum in Scholaribus, ita quod haberet medietatem Scholarium, vel paulo plures. Item quod Repetitores Magiſtri Gentilis, qui eſſent, vel vellent eſſe, ſi ipſe legeret tractentur a dicto Magiſtro Guillielmo quantum ad honera ſicud ſui proprii, & Scholares eodem modo. Item ſi videbitur dictis Magiſtris retinere Scholas Magiſtri Gentilis rettinebunt, & ſolvantur de comuni lucro. Item quod Magiſter Gentilis habeat horam in Scholis Magiſtri Guillielmi preter horam ordinariam quaodocumque vult. Item ſi aliquis Scholarium non intenderet ſtare multum in ſtudio, quod dictus Magiſter Guillielmus capiat de dicto Scholari id, quod poterit habere, & dare tertiam partem lucri Magiſtro Gentili, & in omnibus iſtis, ſi quod eſſet verbum ambiguum interpretetur ſecundum dictum Magiſtri Tadei, & ſi dictus Magiſter Tadeus non eſſet, vel arbitrari non poſſet, interpretetur verbum, vel pactum ambiguum, vel obſcurum per Guardianum Fratrum Minorum, qui pro tempore fuerit. Item quod dictus Magiſter Guillielmus teneatur dare tertiam partem ejus, quod receperit in Nativitate predicto Magiſtro Gentili, reſſiduum vero ante feſtum Paſcnatis Reſurrectionis Domini, & promiſerunt non contravenire ſub pena centum librarum in ſingulis capitulis, & ſi aliquis veniret contra predicta, vel aliquod predictorum, privetur pignoribus ſuis datis Magiſtro Tadeo pro predictis omnibus, & ſingulis ſupradictis obſervandis, que pignora, ſeu extimatio ipſorum, quam faciunt comuniter, & concorditer quinquaginta librarum bononin. pervenire debeat ad a-

lium,

lium, & ſi contingeret dictum Magiſtrum Guillielmum quarto anno ſtare in Civitate Bononie, & legere inter eos dicta pacta debeant omnia, & ſingula obſervari, que in dictis, & pro dictis tribus annis dicta, & ſcripta ſunt ſupra pervenire debeat ad alium, qui in tribus, ita tamen quod Magiſter Gentilis illo quarto anno non legat.

Actum Bononie in domo Domini Bonagratie in qua moratur Magiſter Tadeus, preſentibus Magiſtro Tadeo, & Magiſtro Joanne de Aſiſio, & Magiſtro Franciſco de Maſſa teſtibus &c., & ſic dicti contrahentes una cum dicto Notario venerunt, dixerunt, & ſcribi fecerunt.

M

Part. I. Pag. 470. Lit. b, & c.

Ex *Arch. Pub. Bon.*
In Memor. Gerardoni Bencevennis de Caſula an. 1292. pag. 52.

DN. Magiſter Thadeus Medicus, & Dn. Magiſter Bartholomeus de Varignana ſponte convenerunt, & compromiſerunt ſe in Dominum Hugolinum de Montezanico Vicarium Domini Sinibaldi Archid. Bonon., & in Magiſtros Hoſpinellum abſentem, Nicholaum de Brayna, Lucianum, & Bonaventuram de Pergamo, & .... ut alte, & baſſe ad eorum omnimodam voluntatis diſpoſicionem, ordinacionem, & arbitrium poſſint, & valeant arbitrare, laudare, & diffinire de eorum lite, & queſtione, diſcordia, & rangure, qui eſſet, & eſſe poſſet inter eoſdem Magiſtros Dn. Thadeum, & Bartholomeum ex eo, quod dictum eſt ipſe Magiſter Bartholomeus recepiſſet Scholares ipſius Magiſtri Thadei, & quod ipſe Dn. Hugolinus, & Magiſtri poſſunt procedere temporaliter, & ſpiritualiter contra ipſum Mag. Bartholomeum, & pro ut eis videbitur equum & juſtum ipſum punire, & condemnare propter delictum, ſive exceſſum attentatum, & perfectum contra honorem dicti Domini Arcidiaconi, & Domini Ugolini Vicarii predicti, & Collegii Magiſtrorum cum omnibus, & ſingulis pactis, cauſis, penis, promiſſis, & obligationibus in dicto Compromiſſo contentis. Inſuper Dn. Johannes qnd. Domini Guillielmi de Mulnariis precibus, & mandato dicti Domini Magiſtri Bartholomei, & Dn. Dinus condam Domini Nicholai de Tebaldis precibus, & mandato Magiſtri Tadhei predicti fidem habentis, & ſe principalem conſtituentis, & inſolidum promiſerunt dicto Domino Ugolino, & aliis arbitris ſuprascriptis recipientes pro ſe ipſis, & Collegio ſupradicto, & quod ipſi obſervabunt, & adimplebunt, & effectui demandabunt omnia, & ſingula, que dicta laudata, & arbitrata, ſententiata, precepta, & declarata fuerunt ſub pena ducentar. libr. bonon., ex Inſtrumento Arnolti qnd. Johannis Not. heri facto Bonon. in Civitate Bonon. in domo ubi moratur Dn. Hugolinus predictus, preſentibus Magiſtro Monte de Prato, Zanellu de Mantua Profeſſore Artis Medicine &c.

N

Part. I. Pag. 470. Num. XI.

Ex Archivo Sancti Franciſci Bononie lib. H num. 80.

IN nomine Domini Amen. Anno ejuſdem mileſimo ducenteſimo nonageſimo tertio Indictione ſexta die vigeſimo ſecundo menſis Jannarii intrantis. Egregius Vir, & diſcretus Magiſter Tadeus quondam Domini Alderotti, qui fuit de Florentia, Artis Fiſice Profeſſor & Doctor, in plena, & bona ſue mentis diſpoſitione conſiſtens, & bono ſenſu animavertit, quod carnis ingreſſus ſue ſemper operatur egreſſus, & quod dies quilibet juxta ſummam ſapientis eſt velut ultimus ordinandus ejuſdem auctoritas proteſtatur comodatur fore vite hominem, & nunc donatum, & quod cuncta mundana motu tranſitorio tranſeunt, & diſcurunt. Conſiderans etiam prefixi ſibi temporis hora, ſuarum rerum diſpoſitionem preambulam ſtatuit pervenire. Saluti anime providendo, nec non honorificentie corporali. Et ne itaque inter heredes ſuos ob diviſionem rerum hereditariarum faciendam ſcintilla diſcordie, ſeu materia litigii ſubnaſcatur per ſuarum rerum, & bonorum miniſtratoriam factionem. Poſtquam naturale debitum reddiderit plenam certitudinem ſucceſſoribus innuat veritatis in hunc modum ſuum nuncupativum, ſive ſcriptis ordinavit, & compoſuit Teſtamentum, in quo quidem in primis reliquid pro anima ſua, & ſuorum Parentum decem milia lib. bon. expendendas, & diſtribuendas per infraſcriptos modos, de quibus primo voluit, quod duo milia quingente lib. bon. expendantur & ex eis emantur poſſeſſiones fruttifere, que ſint perpetuo, & eſſe debeant jure proprietatis, & dominii pauperum vergonzoſorum Civit. Bon., & diſtrictus, que poſſeſſiones emantur, compoſſideantur, & teneantur per Fratres, & Ordinem Fratrum de Penitentia de Bonon. nomine dictorum pauperum vergonzoſorum, & gubernentur, & earum fructus diſtribuantur per Miniſtros Fratrum dicti Ordinis de Penitentia Civit. Bonon., qui fuerint pro tempore cum conſilio, & conſenſu Prioris Predicatorum, Guardiani, vel Cuſtodis Fratrum Minorum de Convent. Bonon., qui pro tempore fuerint, vel majoris partis ipſorum, qui debeant locare, & affictare dictas poſſeſſiones, & earum fructus recipere, & inter pauperes vergonzoſos infirmos, & debiles, & ſenes magis indigentes Civit. Bonon., & diſtrictus diſtribuere ſingulis annis perpetuo, dando viginti ſol. bonon. ad plus pro quolibet paupere, & quod dicti Miniſtri Fratrum de Penitentia poſſint, & debeant ſingulis annis habere, & retinere viginti lib. bonon. de fructibus dictarum poſſeſſionum, de quibus viginti lib. poſſint ipſi Miniſtri Fratrum de Penitentia diſtribuere, & dare Sororibus eorum Ordinis infirmis, debilibus, & ſenibus decem lib. bon., & alie decem lib. convertantur ad uſum infirmorum ſenum, & debilium Fratrum Minorum, & Fratrum Predicatorum, ſcilicet centum ſol. pro quolibet Conventu dictorum

Digitized by Google

Fratrum Minorum, & Predicatorum, & voluit, & mandavit, quod de ipſis fructibus dictarum poſſeſſionum alicui loco religioſo, vel perſonis religioſis aliquid dari non poſſit, quibus aliquid reliquid in preſenti Teſtamento, in genere, vel ſpecie, nec de Ordine ipſorum, niſi ſecundum quod ſupra dictum eſt. Item voluit, & mandavit, quod quatuor milia lib. bonon. de predicta ſumma ſupra relicta pro anima expendantur, & ex eis emantur poſſeſſiones fructiſere per Commiſſarios ſuos infraſcriptos pro Conventu Dominarum Sancti Franciſci Strate Sancti Stephani, ſi dictis Dominabus, & Conventui earum placuerit, de fructibus quarum poſſeſſionum teneantur dicte Domine de Sancto Franciſco, & Conventus ipſarum tenere, & habere perpetuo ad honorem Dei Omnipotentis, glorioſe Virginis Matris ejus, Beati Franciſci, & Sancte Clare, & ad reverentiam Ordinis predicti in domibus ipſarum juxta, vel prope ipſum Monaſterium tredecim Fratres Minores pro divino ibidem officio celebrando, quibus omnibus Fratribus ipſe Domine, & Conventus ipſarum expenſas omnes facere teneantur & debeant ſecundum ritum Ordinis eorum. Item de fructibus dictarum poſſeſſionum, que ementur de predicta pecunia ſingulis annis perpetuo ipſe Domine, & Sorores Sancti Franciſci de Strata Sancti Stephani teneantur, & debeant dare quinquaginta lib. bon. pro expenſis unius Fratris de Ordine Minorum de Provincia Bonon., qui ſtare debeat in Studio Pariſienſi in Theologia ultra numerum Fratrum Studencium, qui ibidem ſtudere ſoliti ſunt, & ſtabunt pro dicta Provincia, vel erunt, & tanto tempore, quanto Studentes ibi per Provincias ſtare ſoliti ſunt, & ſtabunt, & illo Fratre revocato alius continuo ſuccedat in ipſo Studio, & ſic perpetuo fieri debeat nichil obmiſſo, cui, vel quibus dicte Domine de Sancto Franciſco dare teneantur dictas quinquaginta lib. bonon. pro expenſis, & neceſſariis eorum, ut predictum eſt. Et voluit ipſe Teſtator, quod ille Frater Minor Scolaris, & alii ſucceſſuri elligantur, & elligi debeant ſecundum quod conſueverunt alii de dicta Provincia elligi, qui morantur Pariſiis ad ſtudendum, & ſecundum quod pro tempore elligentur, & ſic fieri debeat, & non alio modo, & voluit, & mandavit, quod ille Frater, & alii ſucceſſuri ſic elligendi, elligi debeant magis pauperes, & magis indigentes, qui non habeant aliquorum Secolarium auxilium, nec habere poſſunt, & pro predictis omnibus, & ſingulis ſic exequendis, complendis, faciendis, & obſervandis dicte Domine de Sancto Franciſco, & earum Conventus ſe, & bona dicti Monaſterii obligentur Commiſſariis dicti Teſtatoris per eum modum, & formam, quo, & qua magis poterunt cum Conſilio Sapientum, ad hoc ut predicta obſervare, & facere non deſiſtant. Et ſi dicte Domine de Sancto Franciſco nollent, vel non acceptaverint predicta, vel ſi acceptaverint, & ſteterint per biennium, quod dictos Fratres non........ ut predictum eſt. Tunc & in eo caſu voluit, & mandavit ipſe Teſtator, quod de illis quatuor millibus lib. bon. ematur unus locus per dictos ſuos Commiſſarios pro Fratribus de Sancta Maria in Strata, ubi fiat una Eccleſia prope Bononiam ad unum milliare, ubi ſtare debeant continue ſex Fratres Clerici, quorum quatuor ad minus ſint Presbiteri, & alii in Ordinibus Sacris conſtituti de Ordine ipſorum pro Divino ſemper Officio celebrandu ibidem pro anima ipſius Teſtatoris, & Parentum ſuorum. Et ſi dicti Fratres de Sancta Maria in Strata predicta non acceptaverint, ordinavit, & voluit, quod medietas dicte quantitatis quatuor millium lib. bon. diſtribuatur, & detur per Commiſſarios ſuos inter pauperes vergonzoſos, debiles, pauperes, & infirmos Civitatis Bononie, & diſtrictus. Et illos intelligit, & declarat pauperes vergonzoſos, debiles, & infirmos, quos dicti ſui Commiſſarii ellegerint, & voluerint, & dixerint eſſe. Et alia medietas dicte quantitatis quatuor millium lib. bon. debeat inveſtiri, & ex ea emi poſſeſſiones fructiſere, & earum fructus, & redditus debeant expendi, & erogari in uſus pauperum vergonzoſorum, debilium, & ſenum, & infirmorum per miniſtros Fratrum Ordinis de Penitentia Civitatis Bononie, & diſtrictus, qui pro tempore fuerint, cum conſilio, & conſenſu Prioris Predicatorum, Guardiani, vel Cuſtodis Fratrum Minorum de Conventibus Bononie, vel majoris partis ipſorum, qui debeant ipſas poſſeſſiones locare, & affictare, & earum fructus recipere, & alia omnia, & ſingula facere, & exercere, que dicta ſunt ſupra in primo capitulo, ubi reliquid duo millia quingente lib. bon., de quibus emantur poſſeſſiones fructiſere, fructus quarum expendatur, & diſtribuatur ſecundum quod..... dicitur, & ſic eodem modo ſerveiur in iſta medietate dicte quantitatis quatuor millium lib. bonon. Item voluit, & reliquid Conventui Fratrum Predicatorum de Bononia ducentas lib. bon. de predicta ſumma, & quantitate ſupra pro anima relicta pro neceſſitate Fratrum illius Conventus, & ſpecialiter pro infirmis, ſenibus, & debilibus, qui non habent aliquorum ſecularium auxilium...... Item Conventui Fratrum Minorum de Bononia trecent. lib. bon. de ſumma predicta, & quantitate ſupra relicta pro anima reliquid ſpecialiter pro beneſaciendo, & ſubveniendo in neceſſitatibus infirmorum, debilium, & ſenium Fratrum illius loci, & Conventus. Item de predicta ſumma, & quantitate decem millium lib. bon. relictarum pro anima reliquid Sororibus Sancte Marie de Cyſtello, Sororibus S. Johannis Baptiſte, Sororibus S. Mathie, Sororibus S. Marie Magdalene de Val de Preda, Sororibus S. Agnetis, Sororibus S. Marie de Valverde, Sororibus S. Marie de Miſericordia, Sororibus S. Laurencii, Sororibus S. Petri Martiris, Sororibus S. Franciſci, Sororibus S. Salvatoris, Sororibus de Repentitis, Sororibus S. Andree de Ponte majori, Sororibus Sancti Auguſtini, Sororibus S. Marie de Virginibus, Sororibus S. Guillelmi, Sororibus S. Crucis de Mercato, Sororibus S. Marie de Puglola, Sororibus S. Marie Nove, Sororibus S. Marie de Caſtro Britonum, Sororibus S. Marie Magdalene de Strata S. Donati, & Fratribus S. Margarite

de

de Barbiano, Fratribus S. Gregorii, Fratribus S. Jacobi de Strata S. Donati, Fratribus de Monte Carmelo de Mercato, & Fratribus Apoſtolorum, cuilibet Conventui dictorum Fratrum, & Sororum pro quolibet Fratre, & Sorore Profeſſo, & Profeſſà quatuor ſol. bon. reliquid; videlicet, ut quartam partem ejus legati habere debeant in ſeptimo die poſt obitum ipſius Teſtatoris, & aliam quartam partem in trigeſimo die, & aliam quartam partem in centeſimo die poſt obitum ipſius, & aliam quartam partem in Anniverſario ipſius. Item Fratribus de Ricardina, Fratribus de Varegnana, Fratribus de Creſpelano, Fratribus de S. Johanne in Perſiceto, Fratribus de Caldararia, Fratribus de Argelata, & Fratribus S. Benedicti de Planorio omnibus de Ordine Minorum, cuilibet Fratrum cujuſlibet dictorum locorum reliquid decem ſol. Bon. Item ipſis Fratribus Conventui S. Benedicti de Planorio reliquid unum ſuum Salterium, & unum ſuum Librum Evangeliorum, & unum Humiliarum, quos Libros dicit ipſe Teſtator habere penes ſe, & in domo ſua. Item reliquid, & legavit Eccleſie S. Martini de Cazzanemicis centum ſol. bon., qui ponantur, & expendantur in ornamentis ipſius Eccleſie, ſecundum quod videbitur Magiſtro Maglo. Item cuilibet Hoſpitali Civitatis Bononie, & Suburbiorum quinque ſol. Bon. Item Fratri Raymondiuo de Ordine Fratrum Mioorum pro ſuis neceſſitaribus decem lib. bon., Fratri Bartholomeo Magiſtro de Ordine Minorum decem lib. bon., Fratri Ugolino de Caſtello, Fratri Bonaventure de Faonano, Fratri Petro Pizinino, Fratri Jacobino de Gallia, Fratri Gerardino de Mutina, & Fratri Maynerio omnibus de Ordine Minorum cuilibet eorum centum ſol. bon. de predicta ſumma reliquid. Item de dicta ſumma, & quantitate ſupra relicta pro anima Sororis Freſcucie filie Bonſanzulli de Florentia, que eſt de Ordine Sororum de Penitentia, centum lib. bon. reliquid. Item Caſdie filie Battaglerii de Florentia quinquaginta lib. bon. de predicta ſumma, & quantitate reliquid. Item Bandino quondam Synibaldi de Florentia viginti quinque lib. bon. reliquid, qua quantitate pecunie eſſe voluit penes Commiſſarios ſuos, donec una, vel due Filie, quas habet, fuerint uxorate, & tunc detur eis in ſubſidium uxorandi, & ſi non fuerint uxorate hinc ad tres annos, aut ſi morirentur infra terminum dictum trium annorum, tunc ipſa quantitas diſtribuatur per Commiſſarios ſuos inter pauperes Chriſti ſecundum quod eis melius videbitur pro anima Teſtatoris; & ſi infra dictum terminum fuerint uxorate pro matrimonio complendo habere debeant dictam quantitatem. Item Domine Marie, que conſuevit vendere Panes de Capella S. Martini de Cazzanimicis decem lib. bon. reliquid. Item Dominabus Symone, & Barthole ſuis Neptibus cuilibet earum viginti quinque lib. bon. de predicta ſumma, & quantitate reliquid, que quantitas detur eis pro augmento dotis. Item reliquid Filie Benvenuti ſui ſervientis, que non videt bene lumen, duodecim lib. bon. de predicta ſumma, & quantitate relicta pro aoima ſupra reliquid Codeſerro ſuo ſervienti viginti quinque lib. bon., ſi tempore obitus ipſius Teſtatoris ſteterit ſecum. Nicole de Callia viginti quinque lib. bon., ſi tempore obitus Teſtatoris ſteterit ſecum. Zarmiuo de Anziſſà ſuo familiari quinquaginta lib. bon., & Beatrixie ſue ſervienti ultra ſalarium ſuum otto lib. bon., ſi tempore obitus Teſtatoris ſteterit ſecum. Item voluit, & reliquid, quod viginti de Scolaribus ſuis elligantur magis pauperes, & indigentes per Magiſtrum Maglum, & Magiſtrum Anſelmum, qui cum fuerint electi per Commiſſarios ſuos debeant indui de Panno Albo, eorum cujuslibet indumentum ſit valoris, & precii ſex lib. bon., & predicta fieri debeant de predicta ſumma ſupra pro anima relicta. Item voluit, & mandavit, quod omnes ſui familiares maſculi, qui ſtabunt ſecum tempore ſui obitus, & Socii ſui, & Bidelli induantur, & habere debeat quilibet eorum de predicta ſumma ſupra relicta pro anima unam veſtem albam precii, & valimenti ſex lib. bon. pro quolibet, & qualibet veſte. Item Conventui Fratrum Minorum illius Civitatis, in qua ipſe Tadeus Teſtator obierit, decem lib. bon. de predicta ſumma, & quantitate ſupra relicta pro anima reliquid, dandas, & erogandas in quolibet infraſcriptorum terminorum, videlicet decem lib. pro qualibet vice, ſcilicet in ſeptimo die, trigeſimo, centeſimo, & Anniverſario ſuo pro refectione ipſorum Fratrum, ad hoc ut pro anima ejus ad Dominum orent. Et in ea Civitate, ubi obierit ſepulturam ſuam eſſe voluit apud Eccleſiam Fratrum Minorum illius Civitatis, in qua quidem ſua ſepultura, & in expenſis, que fient in ea, & circa eam, & ejus occaſione expendi voluit, & dari mandavit de ſupradicta pecunia relicta pro anima quingentas lib. bon. Item voluit, & mandavit, quod de ſupradicta pecunia, & ſumma relicta pro anima dentur Magiſtro Guidoni de Monte Pulzano ſeptem lib. bon., Magiſtro Johanni de Ancona tres lib. bon., & Magiſtro Johanni de Tortona tres lib. bon. Reſiduum vero, quod ſuperabit, & ſuperat a dictis legatis, & relictis de predicta ſumma, & quantitate decem millium lib. bon. relictarum pro anima, juſſit, & voluit dari, & diſtribui per Commiſſarios ſuos inter pauperes Chriſti Civit. Bonon., & Diſtrictus, ſcilicet Viduas pauperes, Orfanos pauperes, infirmos pauperes, miſerabiles perſonas, & Vergonzoſus pauperes, & ad Domicellas pauperes uxorandas, & hoc pro ſatisfactione, & recompenſatiune male ablatorum, & illicite acquiſitorum, de quibus non eſt ei memoria. Et voluit, quod non poſſint predicti ſui Commiſſarii dare alicui de predictis perſonis ultra quantitatem viginti ſol. bon., niſi pro puellis pauperibus, & multum indigentibus uxorandis, quibus poſſint providere, & dare in ſubſidium matrimonii complendi, & pro ipſo matrimonio faciendo, vel complendo uſque ad quantitatem vigintiquinque lib. bon. pro qualibet earum, & non poſſint Commiſſarii ſui, vel debeant aliquid dare de ipſo reſiduo concedere, vel erogare alicui de predictis Conventibus ſupraſcriptis, Religionibus, nec aliquibus aliis de Ordinibus predictorum in ſpecie, vel ge-

nere

nere ultra id, quod ſupra dictum eſt in eis, & voluit, & mandavit ipſe Teſtator, quod omnia, & ſingula predicta, & infraſcripta, que commiſſa ſunt, vel erunt in hac ultima voluntate Commiſſariis ſuis, illa omnia, & ſingula exequantur, & faciant ſimul, & non ſeparatim, ſcilicet, quod non poſſint inter ſe dividere, ut quilibet habeat partem ſuam ad diſtribuendum, ſet omnis, vel major pars eorum ſint in concordia. Voluit inſuper, & expreſſe mandavit ipſe Teſtator, quod Zeus Bonaſalti de Piſis, qui nunc eſt in Carceribus Janue, habere debeat omni anno, quo diu ſteterit, & fuerit in ipſis Carceribus, quindecim florinos auri pro ſuis neceſſitatibus, & illos ſibi conſignare, & dent, vel dari faciant in ipſis Carceribus omni anno heredes dicti Teſtatoris, & ſi exiverit, & liberatus fuerit ab ipſis Carceribus quandocumque heredes ſui infraſcripti dicto Zeo dare, & ſolvere teneantur, & debeant infra ſex menſes liberationis ipſius ab ipſis Carceribus ducentas libr. bon. Quod ſi heredes ſui non fecerint, & facere obmiſerint, gravat ipſos heredes, & quemlibet eorum in duplum tam de florinis, quam de ducentis libr. bon. ſibi ſolvendis. Item voluit, & mandavit, quod libri ſui Avicenne, qui ſunt in quatuor voluminibus, & libri Galieni, qui ſunt in quatuor voluminibus perpetuo remanere debeant Fratribus Minoribus, & eſſe in domo eorum de Bononia ad uſum Fratrum Minorum, qui ibi erunt pro temporibus, ita quod ipſi libri non poſſint aliquo modo vendi, vel alienari, vel obbligari, nec inde extrai, vel portari. Item reliquid jure legati Fratribus ſuis Sancte Marie Metaphiſicam Avicenne, & Ethicam Ariſtotelis, & ſextum librum de Naturalibus Avicenne de majori volumine. Item Magiſtro Nicholao de Faventia jure legati reliquid Gloſas ſuas omnes, quas ipſe Magiſter Tadeus ſuper libris Medicinalibus, & Almanſorem ſuum, ſi tempore obitus ipſius Teſtatoris tunc ſteterit ſecum. Item reliquid jure legati Magiſtro Johanni de Aſiſio ſuo ſocio Sarapionem ſuum, & ſextum de Naturalibus Avicenne de minori volumine, & eſt vetus, ſi tempore obitus ipſius Teſtatoris ſteterit ſecum. Domine vero Adale uxori ſue jure legati quinquaginta libr. bon. reliquid, & totam Cameram ſuam, & lectum ſuum cum omnibus ſuis apparatibus, & veſtes ſuas omnes, & pannos tam de lana, quam de lino, & ſerico cum omnibus ſupelectilibus, que ſunt, & eſſe conſueverunt in Camera ſua, cujuſcumque condictionis exiſtant, & etiam annulos, centuras, & zoglas, exceptis vaſis argenteis, vel auri. Item reliquid eidem Domine Adale habitationem unius ſue domus, quam habet Florencie in Contrata Sancte Crucis, & uſumfructum unius petie terre poſite in territorio Florentino in loco, ubi dicitur Ronceni juxta filios Domini Jacobi Morandi, quam habitationem, & uſumfructum domus, & terre ipſam Dominam Adalam habere voluit quamdiu honeſtam, & vidualem vitam duxerit, & honorem ſervaverit maritalem, ſi non aliam vitam ſibi elegerit, habeat, & habere debeat dotem ſuam, que fuit trecentarum libr. de Piſanis in florinis, & quinquaginta libr. Piſanorum occatione donationis propter nuptias facte inter eos tempore contracti Matrimonii, & predicta legata tantum ſcilicet quinquaginta libr., & Cameram ſuam, & lectum cum ſuis apparatibus, & veſtes, & pannos tam de lana, quam de lino, & ſerico, & etiam annulos, zenturas, & zoglas, & non ultra. Commiſſarios ſuos eſſe voluit, & executores omnium predictorum, & ſingulorum, & infraſcriptorum, & ſibi ellegit, & eſſe voluit ad omnia predicta, & ſingula predictorum, & infraſcriptorum Dominum Thomaxinum de Plantavignis, Dominum Ugolinum de Montazanigo, Dominum Novellonum Megloris de Florentia, & Dominum Amedeum Poete, quibus Commiſſariis dedit, & conceſſit liberam, & plenam licentiam, auctoritatem, & poteſtatem, quod eorum propria auctoritate abſque oppoſitione heredum ſuorum, vel alicujus Judicis, Poteſtatis, vel alterius ſuperioris poſſint accipere apprendere de bonis ipſius Teſtatoris mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus, & omnia, & particulariter ad eorum omnimodam voluntatem, & ex nunc prout ex tunc adveniente caſu, & tempore, quo debeant Commiſſariam predictam exercere, conſtituit eos ſuos procuratores in rem ſuam, ut poſſint ea Bona, & Jura vendere, alienare, & obbligare, & contractus facere ex eis, prout eis placuerit, de evictione cavere, & heredes ipſius, & bona obbligare, & pecunias exigere, ſolutiones recipere, ſolventes liberare, & abſolvere, & omnia, & ſingula facere, & exercere in Judicio, & extra, que ipſe idem Teſtator nunc facere poſſet uſque ad integram ſatisfacionem omnium predictorum ſingulorum infraſcriptorum & ex nunc dictorum Commiſſariorum nomine, ſe poſſeſſores conſtituit, volens etiam, & mandans, quod de Bonis ſuis ſolvatur, & reſtituantur omnia, & ſingula male ablata, & illicite acquiſita per ipſum Teſtatorem omnibus, & ſingulis, a quibus acquiſiviſſet, vel habuiſſet, & etiam ad predicta male ablata, & illicite acquiſita Commiſſarios ſuos eſſe voluit predictos ſupranominatos, ut poſſint, ſi eis placuerit, predicta effectui demandare, facere, & complere ſecundum bonam conſcientiam ipſorum, & de hoc, quod fecerunt in predictis, & quolibet predictorum, non poſſint, vel debeant aliquo modo, vel racione aliqua ab aliquo, vel aliquibus inquiri, vel regri, aut moleſtari, nec alicui rationem reddere teneantur, nec poſſint compelli. Porro voluit, & mandavit, quod ſi aliquis error fuit in ratione, quam olim habuit facere ipſe Teſtator tempore rumorum vaſtationis Bonon. cum illis de Marano, & illis de Plantavignis ſatisfiat eis ſimiliter quod dixerint Frater Oſtexanus, & Dominus Thomaxinus de Plantavignis uſque ad quantitatem viginti quinque lib. bon., & quod Ventura, & Fuſcus de Colombario Comitatus Floren., qui fuerunt ſui laboratores abſolvantur ab omni eo & toto, quod ſibi tenerentur quacumque de cauſa, vel modo quocumque. In omnibus aliis ſuis Bonis mobilibus, & Immobilibus, juribus, & actionibus, & rationibus

ſibi

ſibi competentibus, & competituris ſibi heredes inſtituit, & eſſe voluit Dominam Minam ſuam filiam pro tertia parte, computando in illa tertia parte dotes ſuas integras, quas dixerit fuiſſe mille florini auri, & Thaddeum ſuum filium pro alia tertia parte, & Opizum ſuum Nepotem filium quondam Bonaguide ſui Fratris pro alia tercia parte cum condictionibus, & modis inferius denotatis, & ſcriptis, videlicet, quod Opizus predictus de parte ſibi contingente dare teneatur, & debeat Beatrixie ſue ſorori, & filie quondam dicti Bonaguide quatuor centum vigintiquinque lib. bon. ad maritandum eam, vel Religionem intrandum. Et quod dictus Opizus quamdiu dictam pecuniam non ſolvat, teneatur, & debeat, & alimenta congrua dare, & preſtare dicte Beatrixie ſue ſorori. Item quod ipſe Opizus teneatur, & debeat alimenta preſtare, & dare Domine Billie ſue matri, vel dari ſibi centum florinos auri ad voluntatem dicte Domine; & ſi contigerit dictum Opizum decedere ſine filiis maſculis legitimis, voluit ipſe Teſtator, & ordinavit, quod medietas hereditatis contingentis ipſi Opizo proveniat ad Fratres Penitentie Civit. Flor. pro pauperibus Vergonzoſis Civit. Flor., & diſtrictus, emendo poſſeſſiones pro dictis pauperibus Vergonzoſis, & quod ex fructibus dictarum poſſeſſionum dicte dimidie per Fratres predictos Penitentie fiant expenſe ipſis pauperibus infirmis Vergonzoſis, & dicti fructus expendantur, & diſtribuantur inter dictos pauperes per dictos Fratres Penitentie, qui nunc ſunt, vel pro tempore fuerint. Alia vero dimidia partis dicte hereditatis dicti Opizi perveniat ad Dominas, & Sorores, & ad Conventum ipſarum Dominarum, & Sororum Minorum Ordinis S. Clare Civit. Flor., fructus cujus dimidie, dicte Domine, & Sorores, & Conventus ipſarum, teneantur, & debeant expendere, & erogare in neceſſitatibus Fratrum Minorum morantium in Conventu Flor., & qui pro tempore morabuntur infirmorum, ſenium, & forenſium, & non aliter, vel aliquo alio modo. Item voluit, & mandavit fieri debere de dicta Domina Mina, que ſi moriretur ſine filiis maſculis legitimis, diſtribuatur ſua pars hereditatis predicte modo, & forma, quo, & qua dictum eſt ſuper de Opizo. Et ſi Tadeus ejus filius deceſſerit ſine filiis maſculis legitimis, voluit, & mandavit, quod dimidia ſue partis predicte hereditatis ſibi contingentis perveniat, & pervenire debeat ad Fratres Penitentie Civit. Bon. pro pauperibus Vergonzoſis, & infirmis, & in neceſſitatibus infirmorum, & vergonzuſorum convertatur, ita quod fructus dicte dimidie ſingulis annis perpetuo expendere, & erogare teneantur tam preſentes, quam qui pro tempore fuerint ſecundum modum ſuperius dictum. Alia vero dimidia hereditatis predicte perveniat, & pervenire debeat ad eoſdem Fratres Penitentie, fructus cuius dimidie expendere, dare, & erogare teneantur, & debeant ſingulis annis perpetuo Fratribus Minoribus, infirmis, & ſenibus, qui nunc ſunt, vel pro tempore fuerint in Conventu Bonon. forenſes, & non aliter, vel aliquo alio modo. Si vero predictus Opizus, & Tadeus, vel alter eorum deceſſerit habendo unam filiam tantum, vel plures, voluit, quod quelibet illarum habere debeat quingentas lib. Bon. ad maritandum, vel Ordinem intrandum, & ſuperfluum dicte hereditatis diſtribuatur predicto modo; quibus Fratribus, & Sororibus tam Civit. Bon., quam Civit. Flor. conceſſit, & dedit plenam licentiam, et liberam tribuit poteſtatem, ſi contigerit predictos Opizum, et Tadeum, vel aliquem ex eis decedere ſine filiis maſculis legitimis apprehendendi, et accipiendi hereditatem, et Bona decedencium, vel decedentis auctoritate propria, et ex nunc transfert in eos, et eas dominium, et poſſeſſionem, ita quod poſſint accipere, et a quocumque tenente vendicare, et recuperare. Denuo voluit, et mandavit Teſtator predictus, quod pecunia, et res mobiles, que ſupererunt, et ſuperabunt abſolutionibus dictorum ſuorum legatorum, & omnium predictorum, que ſupraſcripta, & dicta ſunt, libere ſine aliqua contradictione alicujus, vel aliquorum perveniant, & pervenire debeant ad dictos ſuos Commiſſarios, & quod ipſi Commiſſarii libere percipere, habere, & recipere poſſint pecuniam, & res mobiles dicti Teſtatoris, & expendere debeant, & ex ea pecunia emere poſſeſſiones nomine heredum ſuorum predictorum, ſcilicet nomine cuilibet eorum pro tercia parte, ubi melius videbitur dictis ſuis Commiſſariis pro utilitate cuiuslibet eorum dictorum ſuorum heredum, & quod predicte poſſeſſiones empte per dictos ſuos Commiſſarios ad heredes ſuos perveniant, & eorum ſint, emptione facta, ſalvis ſemper condictionibus ſupraſcriptis, & inſcriptis, quibus voluit ſubiacere. Item voluit, & mandavit quod poſſeſſiones, que pervenirent ad quemlibet ex dictis ſuis heredibus, penes dictos ſuos heredes, & eorum filios legitimos debeant remanere, ita quod non liceat alicui ex eis heredibus ipſas poſſeſſiones, vel aliquam partem ipſarum vendere, vel alienare, aut obbligare, vel aliquo alio modo in alium transferre, ſed ſibi, & ſuis filiis legitimis ab ipſis procreatis quilibet eorum partem ſibi contingentem conſervare teneatur, & debeat, ut in eos permaneant, & ut ex eorum fructibus alimenta percipiant, & habeant; & ſi aliquis ex dictis ſuis heredibus, vel aliqui alii impedirent Commiſſarios ſuos predictos, aut facerent, vel tractarent de jure, vel de facto quocumque modo, quominus predicta pecunia, & res mobiles non pervenirent ad dictos ſuos Commiſſarios, & quod deeſſe poſſunt non emerentur, & non conſervarentur, ut ſupra dictum eſt, privat illum, vel illos, qui contrafecerint, vel fecerit ab omni eo, quod ſibi reliquid; & voluit, quod pars contrafacientis perveniat ad pauperes Chriſti eligendos, & nominandos per Commiſſarios ſuos predictos, quos pauperes ipſe Teſtator nunc eligit, & vult eſſe illos, quos predicti ſui Commiſſarii elegerint, & nominaverint eſſe pauperes Chriſti, & in hoc caſu, & in aliis, de quibus de pauperibus Chriſti ſupra mentio facta eſt, & inter illos pauperes dicti Commiſſarii diſtribuant, pro ut eis melius videbitur, faciendum pro anima dicti Teſtatoris.

toris. Cuilibet Commiſſariorum ſuorum dictorum quinquaginta lib. bon. reliquid pro patte eorum laboris; de ſuperfluo rogat eos. Dominus eis retribuat pro eo, & ipſas quinquaginta lib. bon. retinere poſſint, & habere de Bonis ipſius Teſtatoris, facta primo executione hujus ſue ultime voluntatis. Item voluit, & mandavit, quod ſi aliquis ex heredibus ſuis impediret alium, vel alios choheredes in parte hereditatis ſibi contingentis aut faceret, vel curaret id, propter quod alius, vel alii heredes non habeant pacifice, & quiete partem hereditatis ei, vel eis relictam, privat illum, qui contrafaceret, vel fecerit, vel impediverit ſua parte hereditatis, & in eo caſu pars contrafacientis vult quod perveniat, & pervenire debeat ad alios choheredes. Si vero dicta Domina Adala uxor dicti Teſtatoris pregnans ſit, vel fuerit ex iſto preſenti legitimo Matrimonio, & feminam unam pepererit, vel plures, quelibet earum equis portionibus ſibi heredes inſtituit cum heredibus ſupradictis. Si vero filium maſculum tantum unum, vel plures pepererit, illum vel illos equis portionibus ſibi heredes inſtituit univerſaliter in omnibus aliis ſuis bonis prioribus heredibus in hoc caſu excluſis. Sal vo quod iſti filii unus, vel plures heredes ultimo inſtituti teneant dare dicto Tadeo ſuo filio quingentas lib. bon., & dicto Opizo alias quingentas lib. bon., de quibus per Commiſſarios ſuos predictos ematur poſſeſſio cuilibet eorum, & per eis, que poſſeſſio condictionibus ſubjacere voluit ſupradictis; & ſi dictus ſuus filius naſciturus, vel naſcituri ut predictum eſt ex iſto legitimo matrimonio morerentur ſine filiis legitimis quandocumque, in eo caſu ipſa hereditas perveniat, & revertatur ad priores dictos ſuos heredes, ſcilicet dictam Dominam Minam, Tadeum, & Opizum cum iis condictionibus, & modis ſuperius notatis, & ſcriptis. Item ſi eum dicto, vel dictis filiis maſculis ex iſto matrimonio procreatis naſcituris naſceretur una femina tantum, teneantur ipſi maſculi eam dotare in mille lib. bon., & ſi fuerint plures, quamlibet illarum in quingentis lib. bon. Et hanc ſuam ultimam voluntatem, & diſpoſitionem aſſeruit eſſe, & ipſam diſpoſitionem juſſit, & voluit valere jure Teſtamenti; que ſi non valeret jure Teſtamenti, ſaltem valere voluit jure codicillorum, & alterius cujuſcumque ultime voluntatis, qua melius valere poteſt, & quamquam ultime diſpoſitio voluntatis ſcripture publice teſtimonio fulciatur, cujuslibet ſuſpicionis ſublatis eventibus, non minus utile, quam neceſſarium fore ſibi voluit providere, ne per aliquem, vel per aliquos auſu falſo temerario, & contra veritatem poſſet, vel poſſit Teſtamentum aliquod falſum ordinari factum ante iſtud ſuum preſens, & verum Teſtamentum, vel etiam poſt iſtud, per quod iſtud Teſtamentum poſſet infringi, dixit, & proteſtatus fuit, & bene recordatus ſe feciſſe temporibus retroactis plura Teſtamenta Bononie, Florentie, Ferrarie, Rome, Mediolani, Venetiis, & in pluribus aliis locis, & in eis, vel in aliquibus, ſeu aliquo eorum expreſſe dixiſſe, quod volebat illud, vel illa Teſtamenta prevalere omnibus aliis Teſtamentis per eum factis, & ordinatis, & faciendis, & appoſuit in ipſis, vel ipſis certam formam, & modum, & certa verba, dicens, nullum aliud Teſtamentum factum, vel faciendum, valeat, niſi ſervetur meo talis forma, & modus, & talia verba hic expreſſe contenta, de quibus forma, & modo, & verbis in ipſo, vel ipſis contentis non recordatur, & ideo ſpecialem mentionem non facit, ſed ipſis non obſtantibus, & etiam non obſtante quod in hoc preſenti Teſtamento non ſint appoſite, vel inſerte, voluit hoc Teſtamentum, ut predictum eſt, omnibus aliis factis per eam hinc retro preferri, & etiam prevalere; & ſi quod Teſtamentum factum reperirietur in futurum poſt iſtud Teſtamentum, vult illud non valere, & ex nunc caſſat, & irritat omnino, niſi appoſitum, & ſcriptum fuerit, & reperirietur in fine ipſius Teſtamenti.

Ego Magiſter Tadeus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti condidi hoc Teſtamentum, cuius anima requieſcat in pace; & hanc ſuam ultimam voluntatem voluit eſſe ſecretam, & ſecreto teneri, & depoui in Sacriſtia Fratrum Minorum Conventus Bonon., & voluit debere ſigillari ſigillo Conventus Fratrum Minorum de Bonon., vel Guardiani dicti Conventus. Acta ſunt omnia predicta, & lecta Bonon. in Sacriſtia Fratrum Minorum Conventus Bonon., preſentibus Domino Fratre Pelegrino de .... Fratre Johannino de Luiſinis, Fratre Franciſcho de Schiva Sacerdotibus, Fratre Landulfo de Cazaniticis, Fratre Amedeo de Aſti, Fratre Jacobo de Civit......... de Apulia, Fratre Jacobino de Gallia, & Fratre Johanne de Imola omnibus de Ordine Minorum, teſtibus vocatis, & rogatis. Coram quibus teſtibus ipſe Magiſter Tadeus Teſtator predictus dictam ſuam ultimam voluntatem, & preſens Teſtamentum in dicta Sacriſtia Fratrum Minorum depoſuit, & conſignavit Fratri Jacobino de Gallia nunc Sacriſta Sacriſtie predictorum Fratrum Minorum de Conventu Bonon. Propterea voluit, & mandavit ipſe Teſtator, quod quilibet dictorum Teſtium, qui interfuit predictis, & qui ſcriptus ſupra eſt, habere debeat triginta ſolid. bonon., ſi fuerint inventi tempore mortis dicti Teſtatoris.

✠ Item Eccleſie S. Petri Epiſcopatus Bononie, ſive Laborerio ipſius Eccleſie centum ſolid. bonon. reliquid pro reſtitutione, & ſatisfactione decimarum, de ſuperfluo veniam poſtulavit a Domino.

Et ego Bonaventura Viviani Imperiali auctorit. Not. predictis omnibus interfui rogatus a dicto Teſtatore, & quia ipſum cognovi predicta ſcripſi &c.

O

Part. I. Pag. 477. Lit. h.

Ex Archivo Sancti Dominici Bononie Tom. VII.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Anno Nativitatis ejus milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octavo. Indictione undecima, die duodecima intrante Februario Do-

Domina Bonafillia filia qnd. Ugolini Medici uxor Tuſchi Beccarii de contrata Vignatii S. Proculi Bonon. a me Notario infraſcripto cognita, compos mentis, & corporis, ſuum per nuncupativum, & ſine ſcriptis teſtamentum, & ſuorum bonorum diſpoſitionem fecit, & ordinavit, ut inferius continetur. In primis pro anima ſua reliquid viginti libr. bonon. expendendas arbitrio Comiſſariorum ſuorum circa ſepulturam ſuam, quam elegit aput Eccleſiam Fratrum Predicatorum Bonon. Item Conventui Bonon. eorumdem Fratrum reliquid viginti libr. bonon. Item legavit Fratri Bartholomeo Magiſtri Johannis Bononien. de Ordine Predicatorum ſexaginta libr. bonon. pro libris emendis ab ipſo ad uſum ſuum in vita ſua, quos libros poſt mortem ipſius Fratris Bartholomei voluit diſtribui inter Fratres Studentes de Bononia oriundos per Priorem Provincialem Lombardie, qui tunc temporis erit. Item Fratri Ramberto Primaditio dicti Ordinis legavit quinque libr. bonon. pro libris ſibi emendis. Item Fratri Monete ejuſdem Ordinis reliquid tres libr. bonon. Item Fratri Petro Zuechello de Laudo dicti Ordinis reliquid tres libr. bonon. Item Fratri Franciſco Piſcitti dicti Ordinis quinque libr. Item Fratri Gaudino converſo dicti Ordinis tres libr. bonon. Item Sororibus Monaſterii Sancti Johannis Baptiſte reliquid tres libr. pro una pitantia. Item Domino Rolando Canonico Sancti Salvatoris propinquo ſuo reliquid quinque libr. bonon. Item Sorori Gilie de Sancto Petro Martire legavit quadraginta ſolid. bonon. Item Sorori Richeldine de Miſericordia reliquid quadraginta ſolid. bonon. Item Sorori Heliſabeth Sancte Marie Magdalene legavit quadraginta ſolid. bonon. Item Sorori Bartholomee de Pulliola Sorori Magiſtri Danielis legavit tres libr. bonon. Item Monaſterio Sancti Proculi reliquid viginti ſolid., quibus voluit eſſe contentum. Item Marie, que moratur, & diu ſtetit cum ea reliquid tres libr. bonon. Item Domine Lucehiſie comatri ſue reliquid quinque libr. bonon. Commiſſarios ſuos, & hujus ſui teſtamenti executores conſtituit, & eſſe voluit Priorem Fratrum Predicatorum Bonon., qui pro tempore fuerit, & Magiſtrum Danielem Doctorem Medicine: Quibus ſuis Commiſſariis dedit, & tribuit plenam licentiam, & omnimodam poteſtatem apprehendendi omnia bona ſua, & exigendi omnia jura ſua predictis omnibus ſolvendis, & adimplendis, & omnia, & ſingula faciendi, & exercendi, que in predictis adimplendis, & faciendis fuerint opportuna. Item reliquid Domino Tuſcho viro ſuo triginta libr. bonon., pro quibus voluit eum eſſe contentum cum jure ſibi competenti, & in dote, & de dote ipſius ratione extimationis mobilie habite tempore contracti matrimonii inter eos ex forma Statuti Commun. Bonon. Et ſi ipſe vir ejus peteret aliquid aliud, vel detrahere vellet de dote ſua ultra dictam quantitatem aliquo jure, privavit eum dicto legato, & ad heredes ſuos illud voluit pervenire. In omnibus aliis ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, & juribus, & actionibus ei competentibus, & competituris Conventum Fratrum Predicatorum Bonon. ſibi pro anima ſua heredem inſtituit, et reliquid. Et hanc eſſe voluit ſuam ultimam voluntatem, quam ut ſuperius continetur obſervari precepit, et valere voluit jure Teſtamenti, et ſi non valeret, vel non valebit jure Teſtamenti, ſaltem valere voluit jure Codicillorum, et jure cujuſcumque ultime voluntatis, quo melius valere poteſt, volens, et jubens ipſum Conventum eſſe contentum dicta hereditate omni eo, quod ſupererit de bonis ſuis a predictis legatis, et relictis, et quod ratione falcidie non poſſint aliquid detrahete, vel defalcare de bonis ſuis, nec legatis predictis ratione dicte inſtitutionis; et ita ſcribi voluit etc.

Actum in domo Monaſterii S. Johannis Baptiſthe, in qua morantur Fratres, qui morantur ibidem, cotam Fratre Bartholomeo de Ronzaoo, et Fratre Franciſco predicto de Ordine Predicatorum predictam cognoſcentibus teſtatricem. Preſentibus Fratre Bernardo, et Fratre Daniele Ordinis S. Auguſtini de Columbario, qui morantur ad Monaſterium S. Johannis predictum, Domino Petro qnd. Andree de S. Helena de Burgo Predalate, Martino fil. qnd. Gerardini Marehitini de Unzola, qui morantur in dicto Burgo, Zanehello, qui vocatur......... de Bergamo, qui moratur ad dictum Monaſterium, Benedicto qnd. Gilii, et............ fil. qnd. Bonezunte de Galeria, qui morantur in Burgo S. Yſaye, teſtibus rogatis a dicta teſtatrice, que voluit hanc ſuam ultimam voluntatem ſeeretam eſſe, et deponi aput Sacreſtiam Fratrum Predicatorum Bonon. ſigillandam ſigillo Prioris ejuſdem Conventus etc.

Ego Bonvicinus qnd. Leonardi Firmani Imperiali auct. Not. etc. ſupraſcriptam ultimam voluntatem Teſtatricis predicte ipſius aſſenſu, et voluntate ſcripſi etc.

Part. I. Pag. 479. Lit. f.

Vid. Append. Pag. 155. Lit. M.

P

Part. I. Pag. 480. Lit. b.

Ex *Arch. Pub. Bon.*
In Libro Reformationum Q.

Poſt alias Reformationes, ſive Conſilia, quæ ſub eodem die ponuntur, hoc quoque legitur.

Ann. MCCLXXXXVIII. die 18. Aprilis.

ITem quid placet Conſilio providere ſuper infraſcripta peticione, cujus tenor talis eſt. Vobis Excelſo Viro Domino Capit. Sapientibus Viris Dominis Anzianis, et Conſulibus Populi Bonon. ſupplicat Magiſter Boninſegna filius Domini Benvenuti Bonifacii Judicis de Populo Bononie, Doctor, et Magiſter in Arte Fiſice, et Aſtrologie, et aliis artibus examinatus, et continuatus in hiis in Regno Sereniſſimi Regis Jeroſolimitani, et Sicilie, ut publice patet per literas ſigillatas

ſigillis pendentibus cere rubee Excelſi Ducis Domioi Roberti Primogeniti, et Vicarii Generalis dicti Domini Regis in dictis Regnis, noviter reverius ad Civitatem Bonooie de Regno Sereoiſſimi Regis Friderici, et de dicto Regno Domini Regis Karli, quod amore, et honore ipſorum Regum, et Ducis, et pro hooore, et utilitate Comun. Boooo. velitis providere, et firmari facere in veſtro Coolilio Populi, quod nomeo, et pro oomine ipſius Magiſtri Boninſegne ponatur preſentialiter, et ſucceſſive in brevi ubi et ſaculo ponuotur oomina Medicorum Civitatis, qui dicuntur (*Judices*) Domini Pot. ad providendum offenſas, et injurias factas hominibus Civitatis, et Diſtrictus Bononie, et quod ipſe gaudeat, et gaudere debeat Privilegiis, et Beneficiis, quibus gaudeot dicti Mediei, et Doctores dictarum Artium, ac ſi ſcriptum eſſet nomen ejus in Collegiis ipſorum Medicorum, Doctorum, et Magiſtrorum, non obſtante quod dicatur quod ſit juoior triginta anois, vel alia quacumque cauſa, et maxime cum a prudentibus Viris publice eoarrentur, quod ſcientia et bonitas perfecti Doctoris conſueverit adimplere etatis defectum.



MONU.

Digitized by Google

MONUMENTA
SPECTANTIA
AD PROFESSORES PHILOSOPHIÆ, HUMANIORUM LITERARUM, ET THEOLOGIÆ.

A

Part. II. Pag. 489. Lit. a.

Ex Tom. I. Petri de Vineis pag. 492. cap. LXVII.

Epiſtola Friderici II. Imperat., qua mittit Magiſtris, & Scholaribus Bononienſibus libros Ariſtotelis, de Græco, & Arabico in Latinum per eum noviter translatos.

IN extollendis regie preſecture faſtigiis, quibus congruenter officia, leges, & arma communicant, neceſſaria fore credimus ſcientie condimenta: ne per hujus Mundi ſuaves, & mulcebres ſemitas, nube ignorantie commiſcente, vires ultra licitos terminos effrenate laſciviant, & juſtitia circa debiti regulas diminuta langueſcat. Hinc nos profecto, qui divina largitione populis preſidemus, generali, qua omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, & ſpeciali, qua gaudent aliqui utilitate proficere, ante ſuſcepta noſtri regiminis onera, ſemper a juventute noſtra queſivimus, formam ejus indeſinenter amavimus, & in odore unguentorum ſuorum ſemper aſpiravimus indeſeſſe. Poſt Regni vero noſtri curas aſſumptas, quamquam operoſa frequenter negotiorum turba nos diſtrahat, & civilis ſibi ratio vendicet ſolicitudinis noſtre partes, quidquid tamen temporis de rerum familiarium occupatione decerpimus, tranſire non patimur otioſum, ſed totum in lectionis exercitatione gratuite libenter expendimus, ut anime clarius vigeat inſtrumentum in acquiſitione ſcientie, ſine qua mortalium vita non regitur liberaliter. Dum librorum ergo volumina, quorum multifarie, multiſque modis diſtincta chirographa, noſtrarum armaria divitiarum locupletant, ſedula meditatione revolvimus, & accurata contemplatione penſamus, compilationes varie ab Ariſtotele, aliiſque Philoſophis, ſub Grecis, Arabiciſque vocabulis antiquitus edite, in ſermocinalibus, & mathematicis diſciplinis noſtris aliquando ſenſibus occurrerunt. Quas adhuc originalium dictionum ordinatione conſertas, & vetuſtarum veſtium, quas eis etas prima conceſſerat, operimento contectas, vel hominis defectus, aut operis, ad Latine Lingue notitiam non perduxit. Volentes igitur, ut veneranda tantorum operum ſimul auctoritas, apud nos non abſque commodis communibus, vocis organo traducere innoteſcat: ea per viros electos, & in utriuſque lingue prolatione peritos inſtanter juſſimus, verborum fideliter ſervata virginitate, transferri. Quia vero ſcientiarum generoſa poſſeſſio, in plures diſperſa non deperit, & diſtributa per partes minorationis detrimenta non ſentit: ſed eo diuturnius perpetua ſeneſcit, quo publicata ſecundius ſe diffundit: hujuſmodi celare laboris emolumenta noluimus, nec eſtimavimus nos eadem retinere jucundum, niſi tanti boni nobiſcum alios participes faceremus. Conſiderantes verumtamen, quorum conſpectibus, quorumque judiciis operis cepti primitie poſſent decentius deputari: ecce vobis potiſſime, velut Philoſophie preclaris alumnis: de quorum pectoribus promptuaria plena fluunt: libros aliquos, quos curioſum ſtudium translatorum lingue non potuit fidelis inſtruere, conſulto providimus preſentandos, vel deſtinandos. Vos igitur viri, qui de ciſternis veteribus aquas novas prudenter educitis, qui fluenta melliflua ſitientibus labiis propinatis: libros ipſos, tamquam exennium amici Ceſaris, gratanter accipite: & ipſos antiquis Philoſophorum operibus, qui vocis veſtre miniſteriis reviviſcunt, quorumque nutritis famam, dum dogmata ſternitis ſapienter, ut expedit, aggregantes eos in auditorio veſtro, in quo gratia virtutum fructificat, erroris rubigo conſumitur, & latentis Scripture varietas aperitur, cum mittentis favore communiti, tum clari tranſmiſſi operis meritis perſuaſi, ad communem utilitatem ſtudentium, & evidentis fame noſtre preconium, publicetis.

B

Part. I. Pag. 499. Lit. a.

Ex Biblioth. PP. Convent. Cæſenæ Plut. II. Cod. IV. poſt Sum. Raymundinam.

MAgiſter Moneta, & Magiſter Paganus, & Frater Albericus Placentinus, & Frater Bartholomeus Bon. Fratres omnes predicti Ordinis Predicatorum de communi concordia, & voluntate conſuluerunt, quod in contractibus ſocidarum Boum initis hinc retro ad quartam partem lucri, & dampni, & non fuerunt alia inſerta in contractu, quod ille, qui conceſſit Boves, teneatur reſtituere ad ſalutem anime ſue tres partes frumenti, quas recepit, ſive quod recepit a Ruſtico

 pro

pro tribus partibus, de quibus non erat periculum concedentis Boves, ſed Ruſtici. Et quartam partem frumenti teneatur ſibi dare ſicut fuit ſuum periculum pro quarta parte de Bove mortuo, vel deteriorato quocumque caſu fortuito etiam divino judicio. Ruſticus patiatur periculum trium partium, & teneatur ad ſolvendum illas tres partes Domino, cum ſit quodamodo mutuum, & habet naturam mutui pro illis tribus partibus dampnorum. Item conſuluerunt omnes predicti fratres, quod contractus ſocide poſſit fieri licite ſine macula pecati in hunc modum. Talis conceſſit tali Ruſtico ad laborandum ad quartam partem lucri, & dampni duos Boves precii xx. librarum Rav. Suſcipiens in ſe dictus Ruſticus tres partes periculi. Dominus vero quartam partem quocunque caſu fortuito dicti Boves perierint etiam divino judicio; & pro quarta parte laborerii dictorum Boum promiſit Ruſticus deferre ad domum Domini X. corbes frumenti, & promiſit Dominus ſe eſſe contentum de dicta quantitate etiam ſi plus poſſet habere; & ſi contigerit, quod dictus Ruſticus non poſſit dare dictam quartam partem eo quod Ruſtico non remanerent XXX. corbes frumenti pro tribus partibus laborerii Boum illius anni deductis laboribus, & expenſis circa Boves, & opera predicti laborerii propter ſterelitatem vel infirmitatem Ruſtici, vel Bovis, vel alio caſu fortuito, quod non teneatur dictus Ruſticus. Sed tamen teneatur pro rata, & ſi nichil lucretur in nichilum teneatur, ſed teneatur Dominus reddere ſibi extimationem operarum laboris dicti Ruſtici, & laboreris pro quarta parte, ſi Ruſticus perdidiſſet operas ſuas, & pro dicta probare teneatur Ruſticus per duos bonos, & legales viros ſuos vicinos qui jurent de credulitate, & ipſe idem Ruſticus juret quod ita ſit rei veritas.

Talis fuit confeſſus habuiſſe a tali X. lib. Rav. ad laborandum in tali arte ad quartam partem lucri, & non dices ibi de dampno addito, & cum fuerit ad locum, ubi dicitur promittens reſtituere eidem dictam pecunie quantitatem cum dicta quarta parte lucri, ſive eo minus quantum fuerit quarta dampni dices, ſive cominus quantum fuerit totum dampnum divino judicio, vel caſu fortuito ſine ipſius debitoris culpa, vel dolo in dicta mercatione ſecutum. Ego puto addendum & eo minus quantum fuerit, quod de ſuo expendit pro quarta parte, & quantum capit quarta pars extimationis operarum. Vel ſic, & eo minus quantum capiet quarta pars operarum, & expenſarum de ſuo factarum circa negociationem cum dicta pecunia exercendam. Vel non ponas illud verbum, ſcilicet divino judicio, vel caſu fortuito. Sed dicas ſic: ſive eo minus quantum fuerit totum dampnum, ſine ipſius debitoris culpa, vel dolo in dicta mercatione ſecutum, & ſic poterit laborator deducere extimationem operarum, & impendia, que de ſuo fecit.

C

Part. I. Pag. 513. Num. II.

Ex Arch. Pub. Bon.
In Regiſt. Groſſ. lib. I. pag. 339.

Exemplar cujuſdam Inſtrumenti ſcripti per Julianum Leonardi Not., qui eſt cum Domino Cancellario, ſic incipientis: Juramentum factum a Magiſtro Bene Florentino.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo decimo octavo, Indictione ſexta, die primo intrante Octubri. Coram examine Domini Albergiti Pandemillo Poteſtatis Bononie in preſentia Domini Valfredi ſui Judicis Domini Laurencii Romani Domini Vidonis Tantidinarii, Domini Jacobi Parvi, Domini Malaiigne, Domini Alberti Guidonis Graſſi, Domini Ugolini Primadicii, & aliorum multorum de Curia tam militum, quam judicum, & notariorum in hunc modum: Juro ego Magiſter Bene non dare operam ullo modo, quod Studium Civitatis Bononie aliquo tempore alibi transferatur. Et ſi ſcivero aliquem dantem operam ad hoc, ut Studium Bononie alibi transferatur, bona fide prohibebo, atque vetabo, & ſi cum effectu vetare, vel prohibere non poſſem, Poteſtati Bononie quam citius potero manifeſtabo. Et alibi ullo tempore in Gramatica facultate non regam, nec Scholas habebo, ſalvo tamen, quod ſi promotus eſſem ad officium Clericale in Civitate Florentie: Ut liceat mihi legere Clericis illius Eccleſie tantum, in qua eſſem ad ordinem Clericalem promotus. Factum fuit hoc Juramentum in Sala Palatii Comunis Bononie &c.

Ego Julianus Leonardi Imperialis Aule Judex, atque nunc Comunis Bononie Not. huic juramento interfui, & ut ſupra legitur &c.

Ego Petrus Pizolus Bolognoli Domini Octonis Imperatoris, & Comunis Bononie Not. ſicut ſcriptum vidi per manum Juliani Notarii ita ſcripſi, nec addens, vel minuens, niſi ſignum, quod non feci. L. ✠ S.

D

Part. I. Pag. 524.

Eſt Codex ſæculi XIV. apud Cl. Trombellium Abbatem S. Salvatoris Congregationis Rhenanæ. Scriptus eſt adeo confertis, & inter ſe colligatis literis, ut vix alicubi legi poſſit. Sed de hac difficultate nec mihi, nec ulli alteri dolendum magnopere eſt, cum, ut jam diximus, inepta plane, & ridicula ſint illa Grammaticæ præcepta, quæ in hoc Codice traduntur, quamvis eorum Auctor celeberrimus per ea tempora haberetur. Ex paucis, quæ modo, ſpeciminis loco, ſubjicimus, de cæteris dijudicari facile poterit. Itaque Pag. 3. hæc habentur:

SI autem loquimur de Accuſativo, qui regitur ex parte poſt, tunc eſt triplex eo quia eſt vel tempus ſpecificationis, vel eſt tranſitionis, vel eſt tempus localis. Si loqui-

mur

mur de termino ſpecificante tunc ſic dicat. Cuius cauſa accuſativi queritur, que aſſignatur per modum ſpecificantis eſſe importatum per verbum, vel per participium in ſupino al..... illud accuſativi cauſa, ut Petrum eſſe bonum, & Petrum entem bonum. Si vero loquimur de accuſativo, qui eſt temporis tranſitionis, tunc ſic dicere debemus. Cujus cauſa accuſativi queritur, que aſſignatur per modum termini, in quem aditur tranſit., vel que aſſignatur per modum finis tranſitus actus. Si vero loquimur de tertio, ad quem aditur modo, vel ordiantur, tunc ſic dicere debemus. Cujus cauſa accuſativi queritur, que aſſignatur per modum termini localis, vel finalis, ad quem aditur modo, vel ordiatur. Et nota quod terminus, ad quem poteſt duobus modis importari uno modo per unum modum ſignificandi, & talis accuſativus ſine propoſitione poteſt a verbo imperfecto regi, ut puta accuſativus ſupini, ut vado amatum. Si vero importetur per duos modos, ut per propoſitionem, & terminum in quem, & tunc eſt per propoſitionem, ut vado ad Bononiam, & ſic de ſimilibus. Item nota, quod de accuſativo, qui eſt terminus tranſitionis, talis datur regula. Omne verbum vel participium ſignificans per modum tranſeuntis in alterum &c.

Pag. 20.

ITem nota, quod quando datur thema per participium, quod non invenitur, tunc debemus recurrere ad infinitum verbi illius participii cum hoc verbo ſum, es, eſt, & hoc dupliciter, quod vel ſit latinum cum relativo, vel ſine. Si ſit latinum cum relativo, ſi ſubſtantivum illius participii, per quod datur thema, habet reſpectum ad aliud verbum quam ad participium, fiet latinum ſubſtantivi ponendo relativum cum illo infinito illius participii loco ſuppoſiti, ſi eſt verbum paſſivum, vel loco terminationis, ſi eſt aliud quam paſſivum, ut in iſto themate. Lo Maeſtro ſervito va a la piaza. Magiſter cui aliquem facit ſervire, vel cui ab aliquo fuit ſervirl, vadit ad plateam; vel in iſto alio. Lo Maeſtro amato va ala piaza. Magiſter, quem fuit amari, vadit ad plateam. Vel ſine relativo, ſi ſubſtantivum participii non habebit reſpectum, niſi ad illud participium in themate ponendo illud ſubſtantivum loco ſuppoſiti illius infiniti, ſi eſt paſſivum, vel loco terminationis, ſi erit aliud quam paſſivum, & ordinare illud infinitum ad ſuppoſitum illius verbi fuit. Ut in iſto themate. Lo Maeſtro è aprezato da li Scolari. Magiſtrum fuit licere a Scolaribus. Vel iſto modo. Lo Maeſtro è aſſàlito da li Scolari. Scholares fuit aggredi Magiſtrum. Ego quia pars eſt &c.

E

Part. II. Pag. 2. Lit. b.

Ex Archivo Sancti Benedicti Fabriani.

De Sancto Silveſtro Abbate Congregationis Silveſtrine Fundatore.

ORiundus namque vir Dei ſervus Silveſter fuit ex Patria Auximana, nobili quidem Patre inter alios Civitatis ejuſdem, ſed fide, & virtutibus non minus extitit decoratus: Nam ſicut exterius corporali etate creſcebat, ita intus magis ac magis virtutibus, & bonis operibus reſulgebat. Pater vero ejus nomine Giſlerius lege civili peritus Silveſtrum ejus filium ſue adoleſcentie tempore Bononiam, & Padum tranſmittens, ei impoſuit, ut inſudaret ſtudio legalis ſcientie. Quod ſtudium poſtmodum ſapienter relinquens, eo quod cor ejus nequaquam accenderet ad divina, cepit ad pure Theologie fluenta totis deſideriis anhelare. Igitur relicto legum ſtudio, tanto ardore ſe dedit divinarum literarum Scholis, ipſarum notitiam cupiens adipiſci, ut in eiſdem parvo tempore commoratus, tam ſcientie floribus, quam ſubtilitate ingenii pariter ditaretur. Sed cum adhuc per pueriles, & adoleſcentie tranſiret annos, non earundem etatum laſcivias, nec negligentias ſectabatur; nec pernicioſas fabulas, nec vaniloquia, nec & ſcurilitates ſectabatur: ſed tantum ea, que ad edificationem dicebantur diligenter auſcultans non oblivioni tradebat, imo tenaci memorie comendabat. Auriebat tunc aquam ſapientie ſalutaris de fontibus Salvatoris animo ſitibundo, quam poſtea gutture mellifluo eructavit ad utilitatem, & comoda ſingulorum. Hec, & multa alia laude digna vir venerabilis, & Deo devotus Benvenutus, qui Civitati Auximane nunc preeſt Officio Paſtorali, & eidem in ſcholis ſocius extitit, veridifica narratione perhibuit.

Ita Ven. Andreas Jacobi de Fabriano coævus dicti Sancti Fundatoris in ejus Vita cap. 5., quæ Autographa in Archivo Sancti Benedicti Fabriani aſſervatur. Obiit S. Silveſter die 26. Novembris 1267: Ejuſque Hiſtoricus anno 1298. fuit Abbas Generalis renunciatus; ac Romæ in Monaſterio Sancti Gregorii, cujus reformationi juſſu Joann. XXII. operam navabat, deceſſit anno 1326. die prima Auguſti.

De Beato Joanne a Baculo Sancti Silveſtri Abbatis Diſcipulo.

PArentes autem ejus, & Fratres gloriabantur, quia de Jonanne bonum dicebatur ab omnibus, & circa Eccleſias, & cultum divinum ejus intentio, & converſatio attentius verſabatur: & ut animum ſuum poſſet ad ſapientiam transferre, pro poſſe ſecularium hominum converſationem ſugere nitebatur; orationi, & lectioni vacando continue. Animantur predicti Parentes, & Fratres in ſtudioſo Johanne; & ad Grammaticalia capiendum inter eos deliberato conſilio Bono-

niam

niam tranſmiſerunt. Qui propter literarum, & Grammaticalium ſtudium pervigilem curam anime non poſtponens, predicationibus, & ſermonibus, qui fiebant in Religioſorum, & aliorum Eccleſiis, eum poſſe aderat, deeſſe nolebat, ſed ad illos currebat, ut ad cibum famelicus. Nam circa ſtudium Grammaticalium ſie operam dedit, ut in brevi tempore ipſorum ſufficientiam reportaret. Sed cum multa ibidem a conſervanda puritate retrahentia videret invitus, cepit timere ut debuit, & etiam cogitare eum tedio quid eſſet ſibi potins eligendum, recedere, an morari. Si recederet, timebat offenſam Parentum, & Fratrum, qui ejus procurabam honorem, & comodum: ſi remaneret, damna puritatis, & caſum anime fortius formidabat. Perplexus ſic itaque ad orationem ſe dedit, ut de celo ſuper hoc ſibi conſilium mitteretur. Cujus orationi cito appropinquavit divina miſeratio de ſupernis, que latus ejus percutiens in tibia ipſum apoſtemate peſſimo vulneravit, & excitavit exterius ad meliora, & magis pro anima neceſſaria requirendum. Cogitat prudens juvenis ſe eſſe exauditum de eelo, & gaudet interius, licet in corpore exterius doloris immenſi pungatur aculeo: patienter tamen portat corporis infirmitatem, ut anime ſanitatem conſervet. Studet hec celeriter notificare Parentibus, & Germanis, ut mittatur cito pro eo. Et quia per ſe pedeſter reverti non poterat, vulneris, ſive plage qualitatem notificat, & ut aſellum, aut animal aliud pro ipſo mittere procurarent. Receptis autem literis dicti ſui Parentes, & Fratres triſtantur plurimum; triſtantur etiam convicini; & Nicolam ejus germanum, qui Johannem artius dirigebat, cum aſino ad ipſum reducendum Bononiam tranſmiſerunt.

Idem Author in Vita predicti Beati, quæ autographa aſſervatur in Archivo ut ſupra &c. Obiit autem B. Joannes die 24. Martii 1290.

Prædictæ Hiſtoriæ hoc eſt initium: Johannes igitur predictus originem traxit de humili villa Paterni, Fabriani diſtrictus: Pater ejus vocabatur *Bonellus*, Mater vero *Superela* &c.

Ex tribus antiquiſſimis Membranis continentibus Vitam Beati Hugonis diſcipuli S. Silveſtri Abbatis, exiſtentibus in Archivo Monaſterii SS. Crucifixi Saxiferrati; & relatis in Actis Canonizationis Sum. num. 3., Proceſſ. fol. 316.

HUgo quippe beatiſſimus de Oppido Serre Sancti Quirici extitit oriundus, & Domini Actonis filius: Et quemadmodum puerulus tempore in corporeis artubus ſuccreſcebat etatis, ita morum, & virtutum juge ſuſcipiebat incrementum; idemque indolis, & ſiquidem docilis erat, ob idque ut literarum ſtudiis inſudaret, ipſius Genitor eum profecto imbuendum Bononiam deſtinavit; ibique poſt moram temporis admodum pauci, & .... peritia eepit plurimum proficere: ſed cum ibidem multos ire per abrupta vitiorum cerneret, peneve omnigenis vitiis exuberantes, cogitatu ſedulo auſhumare cepit, ſic in ſuis alloquens precordiis, incaſſum laboro, ſi ex earum ſtudio cor meum illeſum ſervare nequibo. Igitur literarum ſtudio deſpecto, ſublimioris profectus ardore ſuccenſus nutu Dei, divinaque ſie diſponente clementia ad locum S. Joannis de Saxoferrato venit feſtinus, ibique Silveſtrum beatiſſimum noſtri Ordinis inceptorem peculiari gratia humilitatis ornatum reperit &c.

F

Part. II. Pag. 50. Lit. a.

Ex *Tom. 28. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.*

GREGORIUS X. (a)

Fratribus Hieronimo de Eſculo, Raimundo Berengary, Bonagratie de Sancto Johanne in Perſeccto, & Bonaventure de Mugello Apoſtolice Sedis Nuntiis.

Ut Grecorum Imperatori ſuadeat, quod Apocryſarios ſuos ad Concilium Lugdunenſem mittat.

CUm Vos ad Magnificum Virum Paleologum Imperatorem Grecorum illuſtrem cum Nobis ſub certa forma literis deſtinemus, in quibus inter eetera continetur, ut ſi velit ad proſecutionem illorum, de quibus in eiſdem literis agitur, ante indictum a Nobis Generale Concilium, vel in ipſo Concilio ſolemnes Apocryſarios ad Nos mittat, ne forſan idem Imperator ſe hujuſmodi Apocryſarios ſecuritate non habita commode mittere non poſſe cauſetur, Vobis omnibus, vel tribus, aut duobus ex Vobis, ſi reliquos impediri contingat, concedendi eiſdem Apocryſariis ſecuritatem veniendi ad Sedem Apoſtolicam, ibi morandi, & exinde ad propria redeundi, prout videritis expedire, plenam, & liberam auctoritate preſentium concedimus facultatem, ſecuritate hujuſmodi tantummodo uſque ad dictum Concilium duratura. Ex tune enim, ſi Apocryſarios ipſos ad eamdem Sedem venire contigerit, eis ſuper hoc Sedes eadem plenius providebit.

Datum apud Urbem veterem Nonis Novembris Pontificatus Noſtri anno primo.

Ex eo-

(a) *Ex Regiſt. I. Greg. X. Epiſt. 40. fol. 62. an. MCCLXXII. 5. Novemb.*

G

Ex eodem Tomo.

GREGORIUS X. (a)

Fratribus Hieronimo de Eſculo, & Bonagratie de Sancto Johanne in Preſeceto Ordinis Fratrum Minorum.

Ejuſdem argumenti.

LAbores veſtros humano penſantes affectu ad Vos propter eos multa compaſſione movemur, ſed dum levamus conſideratio-nis oculos altius, & attendimus Vos in illius ſervitio laborare, cui numquam ſine remuneratione ſervitur, Vobis ſuper illis non dubitamus potius congaudendum. Verum non intendimus in talibus plene doctos inſtruere, ſed hortari potius, ut laborum magnitudinem certa ſpes immenſe retributionis alleviet, & laborantium zelum accendat, ut ad obtinendum votivum ſuſcepte Commiſſionis exitum laborent inſtantius, & ſi augmentum poſſit ipſorum ſollicitudo recipere, inſtantia majoris attentionis intendant recepturi a Domino illud, ut pretangitur, ineſtimabile retributionis indubitate premium, & Apoſtolici favoris augmentum perinde non immerito habituri. Ceterum apud Magnificum Virum Paleologum Grecorum Imperatorem illuſtrem Vos ſpecialiter inſtare volumus, ut cum ſuis Nuntiis venturis ad Concilium ſic celeriter Vos remittat, quod, auctore Domino, eidem Concilio poſſitis perſonaliter intereſſe.

Datum Lugduni ſeptimo Kalendas Decembris Pontificatus noſtri anno ſecundo.

MONU-

(a) *Ex Regiſt. I. Greg. X. Epiſt. de Curia II. fol. 107. MCCLXXIII. 25. Novemb.*

MONUMENTA

SPECTANTIA

AD CLASSEM ARCHIDIACONORUM

ECCLESIÆ BONONIENSIS.

A

Part. II. Pag. 12. Lit. d.

Ex Archivo Metropolitanæ Bononiæ. In Libro Axium pag. 20.

BONIFACIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto Filio G. Archidiacono Eccleſie Bon. ſalutem, & Apoſtolicam Bened.

CUm in Civitate Bonon. Studium per Dei gratiam vigeat generale, cui Archidiaconi Bon., qui ſunt pro tempore, preeſſe noſcuntur, ac in eodem Studio conſiſtentes, qui licentiantur in aliqua facultate licentiam hujuſmodi ab Archidiaconis recipiant ſupradictis, propterea que plurimum expedit, ut tu, & ſucceſſores tui Archidiaconi Bonon., qui pro tempore ſuerint, reſidentiam faciatis in eadem Eccleſia perſonalem, Nos auctoritate preſentium indulgemus, ut in predicta Eccleſia perſonaliter reſidentes fructus reditus & proventus beneficiorum veſtrorum etiam..., ut tu, & ipſi ſucceſſores hujuſmodi onus reſidentie, ad quam vos teneri volumus, poſſitis commodius ſupportare, providere volentes, tuis ſupplicationibus inclinati tibi, & iiſdem ſucceſſoribus auctoritate preſentium indulgemus, ut in predicta Eccleſia perſonaliter reſidentes fructus, redditus, & proventus beneficiorum veſtrorum etiam ſi dignitates, aut perſonatus exiſtant, vel animarum cura illis immineat, cum ea poſſitis integritate percipere, cotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, cum qua perciperetis eaſdem, ſi in eiſdem Eccleſiis, in quibus hujuſmodi beneficia fuerint, faceretis reſidentiam perſonalem, & ad reſidendum aliter in eiſdem Eccleſiis minime teneamini, neque ad id a quoquam coartari poſſitis non obſtantibus quibuſcumque contrariis, ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, in quibus hujuſmodi beneficia fuerint, juramento, confirmatione Sedis Apoſtolice, vel quacumque firmitate alia roboratis, ut ſi tu, vel iidem ſucceſſores non faceretis in eiſdem Eccleſiis primam perſonalem reſidentiam conſuetam, ſeu ſi capitulis ipſarum Eccleſiarum ab Apoſtolica Sede indultum exiſtat, quod perſonis, ſeu Canonicis earum fructus, redditus, & proventus perſonarum, dignitatum, prebendarum, ſeu beneficiorum, que in illis obtinent, miniſtrare in abſentia minime teneantur, & ad id compelli non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet literis, privilegiis, & indulgentiis dicte Sedis generalibus, & ſpecialibus quorumcumque tenoris exiſtant, & que preſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus hujuſmodi noſtre gratie impediri valeat, vel differri, & de quibus quorumqu. totis tenoribus de verbo ad verbum debeat in preſentibus fieri mentio ſpecialis. Proviſo quod beneficia ipſa debitis obſequiis non fraudentur, & animarum cura, ſi aliquibus eorum immineat, in eis nullatenus negligatur. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Datum Laterani Id. Jan. Pontificatus noſtri anno VII.

B

Part. II. Pag. 14. Lit. e.

Ex Archivo Metropolitanæ Bononiæ.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis. Anno Dominice Incarnationis milleſimo centeſimo quinto, quarto di..... Kal. Auguſti Indictione tertiadecima. Ego quidem in Dei nomine Mathilda Dei gratia Cometiſſa filia quondam bone memorie Bonifacii Ducis, & Marchionis bono animo, & voluntate placet, & convenit mihi, ut per hanc cartulam offerſionis, atque conceſſionis a preſenti die do atque concedo in Canonica S. Petri Bon. Eccleſie, & vobis Dn. Duminic. Archipresbit., & Clariſſimo Archidiac., veſtriſque Confratribus, qui nunc ibi ſunt, aut pro tempore fuerint ad habendum, tenendum, poſſidendum........ communiter converſancium Fratrum, ideſt Eccleſiam S. Michaelis, que eſt ſita juxta Caſtrum Argellate cum omnibus ad eandem Capellam pertinentibus dono, do, offero pro remedio anime mee, & parentum meorum in perpetuum ad utilitatem prefate Canonice S. Petri. Inſuper do, atque concedo medietatem medietatis Maſſe Taurani cum penſione, & renovatione, eo videlicet tenore, quod in vita mea conceſſeritis mihi decimationem ipſius Maſſe, & planitum, & diſtrictum, & de ipſis decimis, quas mihi reſervo, volo atque cedo decimam partem predicte Canonice; poſt meum vero obitum in integrum totum concedo, ſcilicet decimas planitum, & diſtrictum, & cetera omnia in integrum jam dicte Canonice S. Petri. Et hoc quidem in me reſervo, ſicut ſuperius legitur, nulli ominum alienabo, neque per feudum,

Digitized by Google

ſeudum, neque per nullum ingenium, & neque per me &c.

Actum in Epiſcopatu Lucenſi in Coro, qui dicitur Galligaium Indictione tertiadecima. In preſencia Donni Bonſenoris VV. Regienſis Epiſcopi, & Capellani dicte Comitiſſe, S. Alberici, & Tiochi, in preſencia Judicum Ubaldi de Carpencta, & Boni Judicis de Nonantula &c.

C

Part. II. Pag. 56. Lit. b.

Ex Archiv. Metrop. Eccl. Rav. Capſ. F *n.* 5914.

IN nomine Domini noſtri. Anno ab Incarnatione eius milleſimo centeſimo trigeſimo, die XIII. menſis Aprilis, Indictione octava. Dum D. Gualterius Venerabilis Archiepiſcopus Sancte Rav. Eccleſie propter guerram, & litem maximam, que erat inter populum Bolonienſem, & ideirco Clerici, & Laici Bolonienſes non audebant ſecure venire Ravennam, aſcendiſſet ad locum Sancti Joannis, qui dicitur in Perſiceta, ut ſecundum inſtitutionem, & morem antiquiſſimum prefate Ravennatis Eccleſie Henricum electum Bolonienſem conſecraret. Cumque jam ad examinationem predictus Dominus Gualterius ſolempniter inductus cum Epiſcopis ſuis, Dodone videlicet Mutinenſi, Jacobo Faventino, Benone Cornelienſi, Petro Ficoclenſi, Preſbiteris vero Rav. Eccleſie Cardinalibus, ſcilicet Joanne de Carda tituli Sancte Marie Maioris, Leone tituli Sancte Agate, Petro Sancti Michaelis, Guidone etiam Archidiacono ejuſdem Sancte Rav. Eccleſie, Rodulpho Diacono, & Azone Diaconis Cardinalibus...... Rambertino, Tuſco Subdiaconis, Henrico, Alberto, Preſbitero Joanne, Rainulpho Cantoribus, Peregrino, atque Verardo hoſtiariis ejuſdem Ravenn. Eccleſie, Joanne quoque Venerabili Priore Portuenſis Canonici cum Gerardo...... & Petro, & Joanne de Azone Converſo eiuſdem Canonice, Abbate quoque Ildebrando Nonnantulano, Preſbitero Alberto, & Ugolino Clericis Faventinis, & Guidone Preſbitero Cornelienſi, Odone Diacono Ficoclenſi, preſentibus etiam Lamberto, atque Rodaldo Archidiacono, & Martino Diacono, Preſbitero Cattanio, & Gerardo, & Rainerio, & Guidone....... Angelo Canonicis Bolognenſis Eccleſie, Raimundo Archipreſbitero ejuſdem Plebis in Perſiceta cum Clericis ſuis, Petro Priore Canonice Sancti Victoris, preſentibus quoque Grimaldo Perticonis Cavalcabove, Bualello, Dilio, Ramberti de Geremia, Guezzolo de Barignola, Guiſcardo Scuguzaporte, Alberto Muito de Sancto Marino, & filio Nucariani cum multis aliis Laicis Bolonienſibus, Alberto etiam de Sala, Falſabrina, Matteo, Alderico, Alberto de Boneſacio Cataneis Mutinenſibus. In iſtorum hominum preſentia, dum prelatus Electus Henricus ſecundum ordinem canonice examinaretur, orta eſt queſtio ex parte Bolonienſium, ut Electus eorum conſecraretur conditionaliter, ſalva juſtitia Bolonienſis Eccleſie, adverſus quos Dominus Gualterius Archiepiſcopus cum prefatis Epiſcopis, & Clericis ſuis conſtanter reſpondit ſe nunquam conſecraturum eum aliter, niſi ſicut predeceſſores ſui Archiepiſcopi conſecraverant predeceſſores alios electos ſub omnimoda obedientia Rav. Eccleſie. Poſtquam autem cauſa jam ſatis eſſet ventilata, & veritate cognita, quod Epiſcopus Bolonienſis perpetui juris eſſet Sancte Ravennatis Eccleſie; atteſtante etiam Gerardo Cardinali Sancte Rom. Eccleſie, tituli Sancte Crucis, que altero nomine Jeruſalem appellatur, qui ibi preſentialiter aderat, quod Epiſcopus Bolonienſis nihil juris haberet adverſus Raven. Eccleſiam, niſi quod ſemper deberet obedire cum Epiſcopo ſuo, ſicut Matri ſue Metropolitane Eccleſie, ſedata eſt contentio orta, & ita divina cooperante gratia prelatus Henricus Electus Bolonienſis conſecratus eſt in Epiſcopum ſub perpetua, & omnimoda obedientia, atque ſubjectione Ravenn. Eccleſie.

Ego vero Henricus Faventinus Notarius, dum in his omnibus intereſſem, ſicut vidi, & audivi, ſicque & complevi, & propria manu ad perpetuam notitiam ſcripſi.

D

Part. II. Pag. 57. Lit. b.

Ex Archivo Sancti Joannis in Monte lib. II. n. 53.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis. Henricus Dei gratia Sancte Bononienſis Eccleſie Epiſcopus, licet indignus ſervus ſervorum Dei, dilectis Fratribus Alberio Priori (a), & Fratribus in Eccleſia Sancti Victoris, que juxta Bononiam ſita eſt, divino ſervitio mancipatis tam preſentibus, quam futuris in perpetuum. Eccleſiaſtice ſollicitudinis pietas nos jugiter ammonet, ut religioſas perſonas, atque religionem Deo placitam ſtudeamus modis omnibus augendo diligere, & diligendo propagare. Numquam enim obſequium Deo gratum impenditur, niſi ex radice caritatis procedat, & a religionis puritate undique cuſtodiatur. Proinde dilecti in Domino filii veſtris petitionibus clementer annuentes Eccleſiam Sancti Victoris, & Eccleſiam Sancti Johannis Evangeliſte poſitam in Monte Oliveti, in quibus divino vacatis officio, Sancte Bononienſis Eccleſie Matris veſtre noſtro privilegio decrevimus muniendas. Ut igitur locorum veſtrorum quies per Dei gratiam tranquilla, & tuta perſiſtat..... ſuis rebus tam mobilibus, quam immobilibus juſte ſibi pertinentibus in omnibus, & per omnia ſint libere ab omni condicione, atque ſervitio, ſeu tributo tam Monachorum, & Clericorum, quam Laicorum, vel alicuius tam parve, quam magne perſone..... preter

(a) *Alberii Prioris frequens mentio eſt in tabulis Archivi S. Joannis in Monte. Ejus obitus in veteri Necrologio Canonicorum S. Joannis in Monte bis verbis notatus eſt:* VII. Id. Mar. ob. Dn. Alberius Reginus Ep., qui fuit Prior noſter MCCLXII.

Digitized by Google

Epiſcopale Jus. Inſuper Vobis, Veſtriſque Succeſſoribus perpetualiter concedimus, ut hoc, quod modo ad jus, ſive de jure noſtre Sancte Bononienſis Eccleſie habetis, & detinetis; ſeu in futuro juſte adquiſituri eſtis, ſive a quibuſcumque aliis quomodocumque Vobis, aut Veſtris Succeſſoribus aliquid juſte obvenerit, ſeu que ab aliis Eccleſiis, ſeu perſonis tam Monachorum, & Clericorum, quam Laicorum habetis, ac detinetis, & in antea juſte adquiſieritis in decimis, ſcilicet in primitiis, in aliis quibuſcumque fidelium oblationibus tam vivorum, quam defunctorum, terras quoque, vineas, & oliveta, ſilvas, cum pratis, & paſcuis, piſcationes, paludes, aquas, cum omnibus uſibus earum, colonos, & inquilinos, dominicatum, & ordinatum, diviſum, & indiviſum, cultum, & incultum, omnia, & ex omnibus cum univerſis uſibus ſuis tam fructifera, quam infructifera, in montanis denique, in planis, & ubicumque modo detinetis, vel quocumque jure habetis, aut in futuro habebitis, vel adquiſieritis cum ſcripto, ſive ſine ſcripto. Hec autem omnia, ſicut ſuperius legitur, Vobis, Veſtriſque Succeſſoribus in eiſdem Eccleſiis manentibus, per hujus Decreti paginam damus, concedimus, atque largimur, & ab omni vinculo, ſive dominio, preter Epiſcopale Jus, libera, & abſoluta ab omni contradicente homine eſſe precipimus. Vite quoque canonice ordinem, quem profeſſi eſtis, preſentis privilegii auctoritate roboramus, ſancientes, ut nemini inter vos profeſſione exhibita liberum ſit ſine tua, vel eorum, qui poſt te in eodem regimine ſucceſſerint, aut ſine communis congregationis licentia de clauſtro decedere. Quod ſi diſceſſerit, & commonitus redire contempſerit, tibi tuiſque Succeſſoribus facultas ſit ejuſmodi ubilibet a ſuis officiis interdicere. Interdictum vero nullus Archipresbiterorum, ſeu Sacerdotum, Abbatumve infra noſtrum Epiſcopatum ſuſcipiat. Sane Clericos ſeculariter viventes ad converſionem ſuſcipere nullius hominis noſtri Epiſcopatus contraditio vos inhibeat, quamdiu ſcilicet apud vos Canonici ordinis tenor Domino preſtante viguerit. Porro ſepulturas locorum veſtrorum omnino liberas eſſe jubemus, ut eorum, qui illic ſepeliri ſe deliberaverint, devotioni, & extreme voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Ordinationes Clericorum, a quo malueritis Catholico Epiſcopo ſuſcipere, locorum veſtrorum fratribus permittimus, vel cum Epiſcopum non habuerit Bononienſis Eccleſia, vel quem habuerit, conſtat non eſſe Catholicum. Laicorum etiam noſtri Epiſcopatus ſuſceptionem, ad diſcipline videlicet regularis conſervationem, niſi forte legalibus conditionibus teneantur obnoxii, a nullo Vobis Clerico, ſive Laico permittimus interdici, vel Clericorum tonſionem, qui regulariter in loco veſtro vivere per profeſſionem deliberaverint. Fructuum autem veſtrorum, nec non & terrarum decimas, quas terras ubilibet habetis, ſine omni contraditione Vobis concedimus obtinendas. Decemimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat Eccleſias veſtras temere ullo modo perturbare, aut eas poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temeratiis vexationibus fatigare; ſed omnia integre conſerventur, & ab omni vinculo, & conditione, atque tributo, ſicut ſuperius legitur, in perpetuum abſolvantur. Si quis igitur Decreti hujus tenore cognito temere, quod abſit, contraire tentaverit, honoris, & officii ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, niſi preſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit. Amen. Amen. Amen.

Ego Henricus Bonns. Eps. mm. ss.
Rodaldus Archidiaconus mm. ss.
Lamberius Archipbr. ss.
Johannes Pbr. mm. ss.
Guido Pbr. mm. ss.
Blaſius Pbr. mm. ss.
Ego Pbr. Capitanius mm. ss.
Atto Diaconus mm. ss.
... gls. Diac. mm. ss.
Martinus Diac. mm. ss.
Ego Gerardus Subdiac. mm. ss.

Datum Bononie per manus Pauli Romani vice noſtri Scriptoris, Indictione XI. Incarnationis Dominice anno MCXXXIII. Nonas Madii, Pontificatus autem Domini Henrici anno IIII.

Pendet ſigillum cereum literis exeſis, imagine tamen extante Epiſcopi caſulati, & mitrati, manibus extenſis, & ſiniſtra baculum paſtoralem gerentis.

E

Part. II. Pag. 17. Num. II.

Ex Arch. Eccl. Metrop. Raven. n. 3716.

IN nomine Domini. Ab Incarnatione Domini mill. cent. quinquageſimo ..... (a) temporibus Domini Adriani Pp., & Friderici Imperatoris, die octavadecima menſis Marcii Indictione quinta Rav. Enricus Canonicus Mutinenſis Eccleſie conſecratus eſt Epiſcopus in Sancta Mutinenſi Eccleſia a Domino Anſelmo Sancte Rav. Eccleſie Archiepiſcopo, & Miſſa completa acceſſit ad Altare, in quo deſuper erat librum Evangeliorum Dei, & poſuit manum ſuam dexteram ſuper ipſum librum, & dixit: Ab hac hora in antea Ego ſupradictus Henricus Epiſcopus Mutinenſis Eccleſie fidelis, & obediens ero Sancte Raven. Eccleſie, & Domino meo Anſelmo Archiepiſcopo conſecratori meo, & Succeſſoribus eius canonice ingredientibus, & conſagratis ita ut contra eam non agam, aut contra eum, & Succeſſores ſuos, neque agentibus conſenſum prebeam, & inimicis ſuis, & illorum Maſinate ad ſuam, & illorum offenſionem non ſociabo. In feſtivitate autem Sanctorum Mar. Apolenaris, & Vitalis, excepto infirmitatis cauſa, aut..... canonica excuſacione cum ordinibus mee Eccleſie obedienter occurrere promitto, niſi per ſuam, ſuorumque licentiam remaneam. Sibi quoque Anſelmo Raven. Archiep., & honori, quem in Romania, aut in Emilia habet, ſive habere debet, Succeſſoribuſque ſuis adjutor ero ad...... conſilium, quod mihi credet ipſe, vel

(a) *Ex indict. quinta elicitur annus ſupra quinquageſimum ſeptimus, qui, charta eo loco extrita, perierat.*

vel per ſuum certum nuncium ad ſuum damnum per nullum ingenium revelabo terras, paludes, piſcarias, ſilvas, villas, caſtella, ſeu omnem immobilem poſſeſſionem .... Eccleſie mee, que per emphyteoſim, vel pactum ordinate non ſunt, vel in futurum Eccleſie mee reciderint abſque ſua, ſuorumque Succeſſorum licencia per emphyteoſim, vel pactum non ordinabo: legatos quoque Sancte Rav. Eccleſie, vel ſuos Succeſſores per me tranſeuntes, aut ad me venientes...... mihi notum fuerit, ſuſcipiam, & humaniter tractabo. Sic me Deus adjuvet, & Sancta ejus Evangelia.

Actum eſt hoc in preſencia Alberti Archidiac. Sancte Raven. Eccleſie, & Presbiteri Guarnerii..... & Magiſtri Mazolini, & Ugonis Canonicorum ipſius Eccleſie Mutinenſis .... Sardi de Rangone, & aliorum Mutine nobilium &c.....

F

Part. II. Pag. 18. Num. II.

Ex Archivo Metropolitanæ Bononiæ, In Libro Axium pag. 6.

ALEXANDER EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis Filiis Boniſatio Archidiacono, & Alberto Archipresbitero Eccleſie Sancti Petri Bononie, eorumque Fratribus tam preſentibus, quam futuris canonice ſubſtituendis in perpetuum.

EFfectum juſta poſtulantibus indulgemus, & vigor equitatis, & ordo exigit rationis, preſertim quaodo petentium voluntatem pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Ea propter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatam Eccleſiam Sancti Petri, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub Beati Petri, & noſtram protectionem ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona eadem Eccleſia in preſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, preſtante Domino, poterit adipiſci, firma Vobis, Veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaoeant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam Sancti Johannis Bapiiſte, Eccleſiam Sancte Marie in Montovalo, Eccleſiam Sancti Egidii juxta Savinam, Eccleſiam S. Petri in Caſtagnolo, Eccleſiam S. Michaelis de Argelata, & Plebem Medicine, Eccleſiam Sancte Marie de Vineis, & Eccleſiam S. Laurentii, Eccleſiam S. Michaelis, que ſunt in Medicina cum omnibus predictarum Eccleſiarum pertinentiis; Terram etiam cum domibus, & ſine domibus, que eſt circa Eccleſiam Sancti Petri veſtri Epiſcopatus, ſcilicet a meridie, veſpere, ſeptentrione poſitis. Terras, que ſunt juris Eccleſie veſtre in ſeptentrione poſitas intra murum Civitatis in loco, qui Hoſpitale vocatur, & extra murum uſque ad Viam Sancti Thome Apoſtoli, & a Platea, que pergit ad eamdem Eccleſiam uſque ad Rivum, qui dicitur Aviſa. Omne Dominicatum (legitur *Domicatum*) quod habetis, & tenetis. Tres quoque partes decimationum totius Veſtre Plebis, ſcilicet Sancti Petri Epiſcopatus, cum omnibus pertinentiis, & oblationibus vivorum, & mortuorum, & quicquid in ſupraſcripta veſtra Epiſcopali Eccleſia offertur, ſeu in Altari, aut in pavimento ponitur. Decimationem totius Plebis de Buida. Preterea quemadmodum bon. mem. G. Bonon. Epiſcopus ab honere expenſarum, quas ſolebatis facere in eundo Ravennam ad Synodum, & redeundo, Vos abſolvit, ſicut in autentico ſcripto exinde facto noſcitur contineri, Vos auctoritate Apoſtolica abſolvimus, & impoſterum tam Vos, quam Succeſſores veſtros abſolutos manere cenſemus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Eccleſiam temere perturbare, aut eis poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integre, & illibata conſerventur, eorum, pro quorum gubernatiune, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate, & Bonon. Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſatisſactiooe correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetua iniquitate cognoſcat, & a Sacramento Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat (legitur *flat*) atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit Pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Quatious & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eteroe pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

✠ Ego Alexander Catholice Eccleſie Epiſcopus.

✠ Ego Hubaldus pbr. Cardinal. titul. S. Crucis in Jeruſalem ss.

✠ Ego Johaones pbr. Cardin. tit. Sancte Anaſtaſie ss.

✠ Ego Albertus pbr. Card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.

✠ Ego Boſo pbr. Card. S. Pudentiane tit. Paſtoris ss.

✠ Ego Petrus pbr. Card. tit. S. Laurentii in Damaſo ss.

✠ Ego Johannes pbr. Card. tit. S. Marci ss.

✠ Ego Theodious prb. Card. S. Vit. tit. Veſtine ss.

✠ Ego Bernardus Portuenſis, & S. Rufine Epiſcopus ss.

✠ Ego Ar.... Diaconus Card. S. Theodori ss.

✠ Ego Hug. Diac. Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippe ss.

Datum Benevent. per manum Gratiani Sancte Rom. Eccleſie Subdiaconi & Notarii, tertio Kalend. Januarii Indict. prima. Incarnationis Domioice anno MCLXVIII. Pontificatus vero Domini Alexandri Pap. III. anno decimo.

 Part. II.

G

Part. II. Pag. 21. Lit. a.

Ex Archiv. Metropol. Bononiæ Faſcic. II. n. 13.

G. (*Gerardus*) Dei gratia Bononie Epiſcopus dilectis in Chriſto Fratribus Venerabilibus, Archidiacono, & Judici Archipresbitero, & Univerſis Canonicis Bonon. Capit. . . . . Cum ex officii debito nobis commiſſi ea, que pacis ſunt . . . . . teneamur quadam manu ſolicitudinis . . . . . . Refutacionem, tranſacionem, & conceſſionem dederimus Plebatus Medicine, inter Bonon. Capitulum . . . . . Vicarium Pleb., & alios Clericos de Medicina, & Laicos ex altera, pro bono pacis amichabiliter . . . . . volumus obſervari. Tenor autem Inſtrumenti talis eſt, & ſic incipit: Milleſimo ducenteſimo ſeptimo, undecimo Kalendas Septembris, Indictione . . . . Capitulum Booon. Eccleſie ex una parte, & Clericos, & homines de Medicina ex altera . . . . . . Capitulum Bonoo. Eccleſie decimas poſſeſſionum Plebatus Medicine . . . . . dicebatur eas pertinere ad Plebem Medicine, ſeu Buide. Domious Henricus . . . . . . S. Presbitero Alghiſio, Presbitero Taviano, Presbitero Alberto . . . . . . Magiſtro Lamberto, Magiſtro Johanne . . . . . & Domino Guidone . . . . . finem, & refutacionem, & traoſacionem, & conceſſionem perpetuam . . . . . Vicario Plebatus Medicine recipienti pro ſe, & ſuis in predicta Plebe . . . . que ſunt in Curte Medicioe, & in ejus Plebatu, propter quam . . . . . . & eorum Curtis . . . . . . Quas decimas integre retinuit pro Eccleſia Bonon., & conceſſit eidem Presbitero Ubaldo recipienti nomine dicte Plebis omne jus, & actionem, quod, & quam Eccleſia Bonon., ſive Capitulum Bonon. Eccleſie habebat, vel habere credebat in quarta decimarum Curtis Medicine, promittens ei ſibi legitime defeodere, & auctorizare, nec contravenire per ſe, ſuoſque . . . . Bon. Succeſſores . . . . centum libr. Imperialium Presbitero Ubaldo recipiente, & ſtipulante nomine dicti Plebatus . . . . . . Omnia predicta in ſua permaneaot firmitate, & dictus Presbiter Ubaldus . . . . Judice Bon. Eccleſie, & dicte Plebis Medicine Archipresbitero poteſtatem, & auctoritatem . . . . . Presbitero Viviano Capellano S. Laurentii de Medicina Procuratore & Sindico Clericorum de Medicina . . . . Idem Presbiter Ubaldus fecit fioem refutacionem, & tranſaciooem, & conceſſionem perpetuam, & irrevocabilem Domioo Ven. Bonon. Archidiacono recipiente pro ſe, & fratribus ſuis nomine Bonon. Eccleſie . . . . . tribus partibus decimarum Curtis Medicine. Retenta ſibi quarta pro ipſa Plebe, & de decimis integre Podii . . . . . & Gagii, & eorum Curtis . . . . . in quibus oihil predicta Plebe retiouit, & omoe jus, & actionem, quod, & quam . . . . . . habebat, vel habere credebat in dictis tribus partibus decimarum Curtis Medicine, & univerſis decimis de Podio . . . . . & Gagio, & eorum Curtis, & pertinenciis dicto Domino Archidiacono recipienti pro dicta Eccleſia Bononie refutavit, & conceſſit . . . . promittens omnia legitime dicta defendere, & auctorizare Eccleſie Bonon., nec . . . . . Medicine Succeſſoribus ſub jam dicta pena C. librar. Imperialium a partibus . . . . . . ſi comiſſa fuerint omnia predicta in ſua permanere firmitate. Et ita conveneiunt . . . . . . per Nuncios Eccleſie Bonon. & Plebatus de Medicina . . . . . Ita quod Plebatus de Medicina habeat quartam partem, & Eccleſia Bonon. . . . . . Curtis Medicioe.

Dominus Pilius Doctor Legum, Presbiter Lambertus Sacriſta, Magiſter Bonadies . . . . S. Caſtiaoi &c.

Ego Petrus Miniator ex auctoritate Domini Imperat. Notar. ioterſui &c.

Sequitur confirmatio Gerardi Epiſcopi.

H

Part. II. Pag. 25. Lit. d.

Ex Archivo Metropolitanæ Bononiæ. In Libro Axium pag. 11.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto Filio Abbati Sancti Proculi Bonon. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SIcut dilecti Filii Archidiaconus, Archipresbiter, & Capitulum Bonon. ſua Nobis inſiouatione monſtraruot, Statutum habent in eorum Eccleſia juramento relatum, quo ſuot aſtricti, nullum eligere, vel recipere in Cauonicum, niſi ad eum ordioem, vel ſuperiorem, in quo fuerat cedens Canonicus, vel decedeus, nec electum, vel confirmatum in Canonicum admittere ad perceptionem prebende, niſi primo ſe faciat promoveri ad ordioem, ad quem receptus fuerit, vel electus, non permittere illum in primo receptionis ſue anno percipere prebende ſue proventus preter victualia ſola, ſed proventus illius anni convertantur in Canonicorum utilitates comunes, neque permittere ipſum prebende ſue fructus percipere, nec admittere ad comunes tractatus Capituli, niſi de premiſſis omnibus, & ſingulis obſervandis juramenti vinculo ſe aſtringat. Ad hec de antiqua, & approbata cooſuetudioe hactenus in eadem Eccleſia eſt obtentum, quod Camare cedentium, vel decedentium Canonicorum ad Succeſſores non tranſeant, ſed diſponaotur libere per Capitulum & etiam concedantur. Cum igitur Statutum hujuſmodi ſit auctoritate Apoſtolica confirmatum, & predicta conſuetudo ſit ioibi hactenus pacifice cooſervata, diſcretioni tue per Apoſtolica Scripta maodamus, quatenus non permittas dictos Archidiaconum, Archipresbiterum, & Capitulum ſuper his ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores hujuſmodi per ceoſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo &c.

Datum Peruſii quiotodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno nono.

Inno-

Digitized by Google

Innocentii III. Literis addimus alias Honorii III. ann. M'CXXIII., quæ pertinent ad ſimilia Canonicorum Eccleſiæ Bononienſis Statuta.

Ex eodem Libro Axium pag. 14.

NOverint univerſi preſentem paginam inſpecturi, quod Nos Octavianus Dei gratia Bononienſis Epiſcopus viſo privilegio conceſſo Bononien. Eccleſie per bone memorie Patrem Sanctiſſimum D. Honorium Papam, & diligenter de verbo ad verbum lecto ad petitionem Capituli Bonon. ipſum privilegium autenticum ſcriptum redigi fecimus, vim originalis de cetero habiturum, eo primo per Nos, ut dictum eſt, viſo, & lecto, & invento cum vera, & recta Bulla, filo, ſtilo, & carta, non raſo, non vitiato, & non abolito in aliqua parte ſui, cujus privilegii tenor talis eſt = Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Capitulo Bonon. ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum a Nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ex parte ſiquidem veſtra fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut cum pro Eccleſie veſtre honeſtate, ac ſtatu quedam Statuta feceritis, & firmaveritis juramento, ea roborare auctoritate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur veſtris iuſtis precibus inclinati, Statuta ipſa, ſicut ſunt provida, & honeſta, prout in Inſtrumento publico exinde confecto plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad rei autem evidentiam pleniorem Statura ipſa preſentibus de verbo ad verbum duximus inferenda, que talia ſunt. Ego..... Archidiaconus Bononie conſilia, & ſecreta Capituli Bononien., que precepta erunt eſſe ſecreta per Archidiaconum, & Archipresbiterum, vel eorum alterum, vel eis abſentibus per Capitulum, nulli pandam ultra octavum decimum Canonicorum numerum in Canonicum Bonon., niſi ad eum, quem per mortem alicujus Canonici, vel alio legitimo modo vacare contigerit ordinem, vel ſuperiorem. Nullum quoque electum, & confirmatum in Canonicum admittam ad perceptionem Beneficii, niſi primo receperit ordinem, ad quem aſſumetur, vel eligetur, non permittam Canonicum in primo ſui Canonicatus anno percipere beneficium, vel prebendam preter victualia ſola, ſed illius anni beneficium, vel prebende in comunes utilitates, & neceſſitates Capituli expendantur, ita tamen quod inter Canonicos non dividantur poſſeſſiones, jura, & honores, inſtrumenta, ſeu cartas, ſive privilegia Capituli. Contra omnes homines adjutor ero ad conſervandum, defendendum, & recuperandum, ſicut Capitulo, vel majori parti melius, & utilius videbitur: poſſeſſiones immobiles ad Bonon. Capitulum pertinentes non alienabo, nec alienari conſentiam, niſi pro alienatione, vel permutatione alterius poſſeſſionis immobilis, utilioris, vel eque utilis, vel conſtructione alicujus edificii ad comunem utilitatem Capituli pertinentis, vel alia evidenti utilitate comuni, ita tamen quod inter Canonicos non fiat diviſio pretii de poſſeſſione recepti; ſuper agendis, & utilitate Capituli, quam ſcienter non impediam, requiſitus, quod magis utile credam, dabo conſilium, ſcienter non fraudabo Capitulum, ſive officium habeam, ſive non, de hiis, que venient ad manus meas pro Capitulo, vel ad Comunitatem pertinent, vel pertinebunt. Nullum electum, & confirmatum in Canonicum admittam ad perceptionem beneficii, vel conſilia Capituli, niſi primo juraverit ad Sancta Dei Evangelia omnia, & ſingula predicta Capitula obſervare. Sic me Deus adjuvet, & hee Sancta Dei Evangelia: Secundum preſcriptam formam juraverunt Archipresbiter, & omnes, & ſinguli alii Canonici: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere &c.

Datum Signie Kal. Julii Pontificatus noſtri anno ſeptimo. In cujus rei teſtimonium preſenti pagine noſtrum ſigillum pendens appoſi fecimus, per hoc fidem omnimodam ſuturum.

Dat. Bonon. ſub anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo, Indictione tertiadecima, die decimo exeunte menſe Decembris.

I

Part. II. Pag. 21. *Lit.* g.

Ex Archivo Senatus Bonon. lib. 19.

ANno Domini milleſimo CCXIII., die quinta exeunte Novembri, Indictione prima. In preſentia, & teſtimonio Domini Henrici Electi Bonon., Magiſtri Bonid..... Alberici Notarii Domini Yinardi, Domini Marſilii Filicare, Rolandini Bonincambii &c. Mercatorum Bononie, & aliorum multorum. Dominus Azo Abbas S. Stephani Bonon. numeravit, dedit, & concedit Fratri W. familiari Domini Pape, nomine ipſius Domini Pape ex parte Regis Portugallie tria millia aureorum Marrochiorum duo minus, ex parte Ulixbonen. Epiſcopi CCCC. obolos aureos. Item ex parte Archiepiſcopi Toletani, aut Archiepiſcopi Sancti Jacobi quingentas unas Muſimutinas duplices. Item in alia parte ex parte predictorum Epiſcoporum CXIII. duplices, & CCCLXXIIII. ſimplices. Item ſequenti die prima in Civitate Bononie in Camera ipſius Abbatis, in preſentia Domini Marſilii, Domini Jacobi Archidiacon. Raven., Henregicti Clerici Canonicorum S. Petri &c. prefatus Abbas dedit, & tradidit prefato W. fratri familiari Domini Pape unum pallium ad cooperiendum Altare, vel lectum cum quatuor toalliolis, & obbam auream, & duas obbas argenteas deauratas ad opus Domini ex parte Regis Caſtelle, ſecundum quod ipſe Abbas erectit. Que omnia ſupraſcriptus Abbas dedit, & tradidit prefato W. recipienti nomine Domini Pape, ſicut ſupraſcriptum eſt &c.

Forma literarum, quas habebat prefatus W. cum Bulla Domini Pape hec erat = Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis

filiis

filiis Sancti Stephani, Sancti Proculi Abbatibus, Priori Sancti Joannis in Monte, & ... Domus Hoſpitalarii Jeroſolimitani, & .... Domus Militie Templi Magiſtris Bonon ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Preſentium Vobis auctoritate mandamus, quatenus quidquid penes Vos nomine noſtro depoſitum dilecto Filio Fratri W. familiari noſtro preſentium latori ſine difficultate qualibet aſſignetis, Nobis quidquid, & quantum eidem ſinguli aſſignabitis fideliter reſcripturi.
Datum Laterani tertio Kal. Novembris. Pontificatus noſtri anno ſextodecimo.
Ego Cambius Sacri Palatii Not. omnibus ſupradictis interfui &c.

Part. II. Pag. 23. Lit. b.

Vide Monumentum N *pag. 117. inter Profeſſ. Juris Can.*

Part. II. Pag. 23. Lit. c.

Vide Monumentum K *pag. 67. inter Profeſſ. Juris Civil.*

K

Part. II. Pag. 24. Lit. a.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

INNOCENT. P. P. III. (a)

Priori S Joannis in Monte Bononienſi, & Archipresbitero de Campo Gallano Mutinenſis Dieceſis, & G. Doctori Decretorum Bononie commoranti.

Adverſus Abbatem Sancti Bartholomæi Ferrarienſis.

EX literis pie memorie Uguccionis Epiſcopi, & dilectorum Filiorum Archipreſbiteri, & Prepoſiti Ferrarienſium intelleximus, quod cum olim inter B. tunc Abbatem, & Monachos S. Bartholomei de Ferraria gravi diſſenſione ſuborta, ipſi omnes communicato conſilio in eundem Epiſcopum compromiſerint, jurantes in omnibus ejus obſervare mandata quecumque faceret pro ſtatu ipſius Eccleſie reformando, proponentibus demum Monachis, & Converſis, quod ſub ejuſdem Abbatis cura numquam proficere poſſet Eccleſia memorata, idem Abbas in manu ipſius Epiſcopi adminiſtrationi, & Abbatie ſpontaneus reſignavit, aſſentiens, quod alius eligeretur ad ipſam. Ejus itaque ceſſione recepta, dictus Epiſcopus annuam ſibi prebendam cum conſenſu conſtituit Monachorum, quandam nihilominus ei Capellam aſſignans, & curam ſibi conferens animarum. Cumque poſtmodum Capitulum vota ſua in duos Fratres, & prefatum Epiſcopum contuliſſet, ipſi Sancti Spiritus gratia invocata, dilectum Filium Johannem tunc Priorem Sancti Danielis, virum idoneum, elegerunt concorditer in Abbatem, ſub cujus tandem regimine cum Eccleſia proficere incepiſſet, memoratus B. diabolica ſuggeſtione compulſus ad Abbatiam, cui ſic renuntiarat, aſpirans, Literas Apoſtolicas ad Archipresbiterum de Greczano ſubripuit, facti premiſſi tacita veritate. Qui rationabiles ſubſtituti Abbatis exceptiones recuſans admittere per Procuratorem ſuum probare volentis literas ipſas fuiſſe per mendacium impetratas, poſt appellationem ab eodem Procuratore ad noſtram audientiam interpoſitam, lite non conteſtata, pro ſepedicto B. temerariam ſententiam promulgavit, precipiens eam per Abbatem Nonantulanum, & quoſdam alios executioni mandari. Et licet idem Abbas appellationem ſuam poſtmodum proſecutus, ad Abbatem S. Michaelis Apoſtolicas Literas obtinuerit ſuper eam, nihilominus tamen prefatus B. ipſum non deſiit per quaſdam Literas moleſtare, quas ſuper confirmatione prelibata ſententie ſe a Nobis obtinuiſſe dicebat. Quapropter ad preſentiam noſtram memoratus Johannes Abbas accedens, non tam ſibi, quam commiſſe ſibi Eccleſie petiit provideri, que hujus occaſionis pretextu graviter leſa eſt, & gravius ledenda timetur. Volentes igitur indemnitati, & paci ejus, ſicut tenemur, adeſſe, diſcretioni veſtre per Apoſtolica Scripta precipiendo mandamus, quatenus inquiſita, & cognita veritate, ſi dictum B. taliter Abbatie ipſi renuntiaſſe conſtiterit, revocantes in irritum quicquid per Literas per ipſum, vel pro ipſo ſubreptas inveneritis attentatum, ſilentium ſuper hoc ei perpetuum imponatis, & pro eo, quod abutius gratia ſibi facta, repetendo improbe prelaturam, cui ſpontanee reſignarat, Eccleſiam ſuam enormiter aſſeritur offendiſſe, compellatis eundem, prebenda, & Capella memorata dimiſſa vacare artius regularibus diſciplinis, ac predictum Abbatem adminiſtrationis, & loci ſui faciatis pacifica poſſeſſione gaudere; contradictores, ſi qui fuerint, vel rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcentes. Quod ſi non omnes &c. duo veſtrum ea &c.
Datum Laterani III. Idus Octobris, anno XIII.

L

Part. II. Pag. 24. Lit. b.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

INNOCENT. P. P. III. (b)

Abbati S. Stephani Bononienſis, & Magiſtro Gregorio (pro *Gratia*) Decretorum Doctori Bononie commoranti.

Ut ſuſpendant Epiſcopum Alexandrinum.

ILlius teſtimonium invocamus, qui teſtis eſt in Celo fidelis, quod quantum ipſe nobis dignare donatur, a quo eſt omne datum opti-

(a) *Epiſt. CXL. Innocent. III. ann. MCCX. 13. Octobr.*
(b) *Epiſt. CXIV. Innocent. III. MCCXI. 12. Octob.*

optimum, & omne donum perfectum, negotia, que ad Sedem Apoſtolicam perferuntur, cum puritate, ac honeſtate tractari, ac expedire curamus, venalitatis vitium, quod ex cupiditate procedit, que radix eſt omnium vitiorum, omnimodis deteſtantes; ſicut etiam illi poſſunt perhibere teſtimonium veritati, qui pro diverſis negotiis exequendis ad Romanam Eccleſiam frequenter accedunt, quam per divini muneris gratiam ab hujuſmodi labis contagio ſervare ſatagimus expiatam, ut quod gratis accepimus, gratis demus, nullatenus ſuſtinentes, quod in cauſis Eccleſiaſticis aliqua pactio, vel conventio, ſeu etiam promiſſio intercedat; quatenus ſi quid interdum poſt finem negotii ſuerit exhibitum, non per neceſſitatem extortum, ſed per devotionem appareat eſſe collatum. Verum mirari cogimur, & moveri ſuper eo quod ab Alexandrino Epiſcopo didicimus attentatum, & juramento, quod ipſemet preſtitit in cauſa, que inter ipſum, & quoſdam Mercatores Romanos coram Vobis ex delegatione noſtra extitit ventilata; qui cum ab eo quandam repeterent pecunie quantitatem, quam Rome ſuis Procuratoribus mutuaverant, literas ejus habentibus de mutuo contrahendo, ipſe ſuum recognoſcens eſſe ſigillum, quod literis erat impreſſum, ſed negans eas de ſua coſcientia proceſſiſſe, conſtanter aſſeruit, quod centum libras eis ſolverat pro expenſis, & poteſtatem illis conceſſerat, ut ſi poſſent forſitan obtinere quod Eccleſie, que ad Alexandrinam Eccleſiam, ſicut olim ſtatutum ſuerat, accedebant, ite ad eam minime tenerentur, & quod idem Epiſcopus octo locorum Eccleſias pacifice poſſideret, uſque ad centum quinquaginta libras mutuum contrahere liceret eiſdem; ſi vero impetrare poſſent, ut omnes poſſeſſiones Eccleſie S. Martini de Foris ad Alexandrinam Eccleſiam pertinerent, uſque ad trecentarum librarum ſummam poſſent libere a Mercatoribus mutuare. Ex his quidem evidenter apparet quid de Nobis idem Epiſcopus ſenſerit, quos ad bona Eccleſiaſtica concedenda per interventum pecunie induci poſſe putabat, quidve dari mandaverit pro bonis Eccleſiaſticis obtinendis, cum expreſſe taxaverit quantam pro iſtis, & quantam pro illis poſſent pecuniam mutuare. Quia vero non ſolum a malo, ſed ab omni ſpecie mali precepit Apoſtolus abſtinere, Nos zelo Eccleſiaſtice honeſtatis accenſi, tante preſumptionis, ac turpitudinis malum corrigere cupientes per Apoſtolica Vobis ſcripta precipiendo mandamus, quatenus auctoritate noſtra ſuffulti prefatum Epiſcopum ab executione Pontificalis, & Sacerdotalis officii, ſublato cujuslibet contradictionis, & appellationis obſtaculo, publice ſuſpendatis, ut ejus exemplo ſimilia ceteri agere pertimeſcant, facientes ſententiam ſuſpenſionis hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari.

Dat. Laterani IV. Idus Octobris an. XIV.

M

Part. II. Pag. 24. Lit. h.

Ex Tom. 27. Codic. Diplom. Eccl. Bonon.

HONORIUS P. P. III. (a)

Clero, & Populo Civitatis, & Diœceſis Bononienſis.

Ut Archidiacono in omnibus, quæ ad ipſum ſpectant, morem gerant.

CUm dilecto Filio Magiſtro Gratie Capellano noſtro Archidiacono veſtro duxerimus indulgendum, ut non obſtante aliqua conſuetudine, que canonicis obviat, vel derogat inſtitutis, officium & Juriſdictionem Archidiaconatus, ſicut ad eum ſecundum canonica Inſtituta, vel approbatam conſuetudinem dignoſcitur pertinere, libere ac plenarie ſubmoto cujuslibet contrario, etiam Apoſtolico, obſtaculo preſentium Vobis auctoritate precipiendo mandamus, quatenus eidem Archidiacono, vel ejus Vicario in hiis, quo ad officium, & juriſdictionem Archidiaconatus ſui de jure, vel approbata conſuetudine pertinere noſcuntur, obediatis devote, ac humiliter intendatis. Alioquin noveritis, quod ſententiam, quam idem Archidiaconus rationabiliter tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, inviolabiliter obſervari.

Datum Laterani V. Kalend. Aprilis Pontificatus noſtri anno tertio.

N

Part. II. Pag. 25. Lit. a.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

HONORIUS III. (b)

Magiſtro Gratie Cappellano Noſtro Archidiacono Bononienſi.

Curatorem Jurium Eccleſiæ Bononienſis eum conſtituit.

NE jura Bononienſis Eccleſie minuantur, ſi non ſit qui ſpecialiter habeat curam ejus, in Capitulo ejuſdem Eccleſie plenam, & liberam adminiſtrationem ſpiritualium, & temporalium Tibi, tuiſque Succeſſoribus duximus auctoritate preſentium concedendam, ut tu, itemque Succeſſores tui adminiſtrantes in eadem Eccleſia, cum neceſſe ſuerit, corrigatis, & reformetis, ac ſtatuatis, ſicut queque pro tempore ſuo cognoveritis officio indigere: contradictores, ſi qui ſuerint, vel rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, ſubmota appellatione, compeſcendo. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

Datum Rome apud Sanctum Petrum X. Kalendas Maji Pontificatus noſtri anno tertio.

Part. II.

(a) *Ex Regiſt. II. Honorii III. Epiſt. 372. fol. 78. MCCXIX. 27. Mart.*

(b) *Ex Regiſt. II. Honorii III. Epiſt. 410. fol. 85. MCCXIX. 22. April.*

O

Part. II. Pag. 25. Lit. b.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

HONORIUS III. (a)

Magiſtro Gratie Capellano Noſtro Archidiacono, & Capitulo Bononien.

Plenam Juriſdictionem in quibuſdam Capellis Civitatis, & Diœceſis Bonon. ipſis, eorumque Succeſſoribus in perpetuum largitur.

EX parte veſtra Nobis extitit ſupplicatum, ut cum in Capellis Plebatus Bononienſis, & Plebatus Medicine, ac Sancte Marie de Monteovolo, Sancte Marie de Caſtro Sancti Petri, Sancti Petri de Caſtagnolo Minore, & S. Michaelis de Argelata, Eccleſiis Diœceſis Bononienſis jus inſtituendi habere noſcamini, corrigendi, & deſtituendi facultatem, nec non juriſdictionem plenam dignaremur Vobis, Veſtriſque Succeſſoribus concedere in eiſdem. Nos igitur Veſtris ſupplicationibus inclinati benigne Vobis concedimus poſtulata, auctoritate preſentium ſtatuentes, ut Archidiaconus, qui pro tempore fuerit, quem poſt Epiſcopum conſtat eſſe caput Capituli, cum ibidem reſidentiam fecerit, predicta exerceat ipſius vice Capituli, ſicut queque ſuo cognoverit officio indigere, contradictores, ſi qui fuerint, vel rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, ſubmota appellatione, compeſcendo. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

Datum Rome apud S. Petrum X. Kal. Maji Pontificatus noſtri anno tertio.

Ex eodem Tomo.

HONORIUS III. (b)

Magiſtro Gratie Capellano Noſtro Archidiacono Bononienſi.

Ut Archidiaconatus ſui Juriſdictionem, non obſtantibus quibuſcumque contrariis conſuetudinibus, plene, ac libere exercere valeat.

AUctoritate preſentium Tibi, tuiſque Succeſſoribus indulgemus, ut non obſtante aliqua conſuetudine, que canonicis obviat, vel derogat inſtitutis, officium, & Juriſdictionem Archidiaconatus, ſicut ad Vos ſecundum Canonum inſtituta, vel approbatam conſuetudinem dignoſcitur pertinere, libere, ac plenarie, ſubmoto cujuslibet contrario etiam Apoſtolico obſtaculo, exequi valeatis: contradictores, ſi qui fuerint, vel rebelles, per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam &c.

Datum Rome apud S. Petrum X. Kal. Maji Pontificatus noſtri anno tertio.

P

Part. II. Pag. 25. Lit. c.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

HONORIUS III. (c)

Epiſcopo Bononienſi.

Ut cauſas ad Archidiaconum ſpectantes nemini præterquam ipſimet Archidiacono expediendas committat.

PReſentium Tibi auctoritate precipiendo mandamus, & diſtrictius inhibemus, ne cauſas Eccleſiaſticas, & alia, que debent ſecundum canonica inſtituta, vel approbatam conſuetudinem per dilectum filium Bononien. Archidiaconum expediri, cuiquam expedienda committas, ſive per alios exequaris, non obſtante ſuper hoc aliqua conſuetudine, que canonicis obviet, & deroget inſtitutis. Alioquin noveris Nos venerabili fratri noſtro Epiſcopo Imolen., & dilectis filiis Faventino, & Imolenſi Prepoſitis in mandatis dediſſe, ut Te ab injuria ipſius Archidiaconi ſuper hiis monitione premiſſa per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione remota, compeſcant.

Datum Rome apud S. Petrum X. Kal. Maji Pontificatus noſtri anno tertio.

Q

Part. II. Pag. 25. Lit. d.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

HONORIUS III. (d)

Epiſcopo, & Capitulo Bononienſi.

Archidiaconi electionem ad eoſdem ſpectare decernit, eumque abſentem Archidiaconatus ſui proventus percipere, & officium ſuum alii committere poſſe vetat, dummodo pro Eccleſiæ negotiis ipſum abeſſe non conſtet.

DIgnum eſt, ut Nos inveniatis promptos ad gratiam, qui Vos in devotione Sedis Apoſtolice pronos ſatagitis exhibere, ut exhibitus Vobis favor Vos oſtendat exiſtere gratioſos, & ipſi magis, ac magis ſtudeatis Vos reddere gratie aptiores. Veſtris itaque ſupplicationibus inclinati auctoritate Vobis preſentium indulgemus, ut quamprimo Archidiaconatum Bononienſem vacare contigerit, ipſum infra tempus a jure Vobis indultum de perſona idonea, que tanto congruat oneri, & honori, Vos communiter, vel diviſim, prout de jure, vel conſuetudine ad Vos pertinere noſcitur, ordinetis. Auctoritate preſentium nihilominus ſtatuentes, ut Archidiaconus, qui pro tempore fuerit, niſi abſens pro negotiis, & evidenti ejuſdem Eccleſie

utilitate

(a) *Ex Regiſt. II. Honorii III. Epiſt.* 411. *fol.* 85. *MCCXIX.* 22. *Aprilis.*

(b) *Ex Regiſt. Honorii III. Epiſt.* 370. *fol.* 78. *MCCXIX.* 22. *April.*

(c) *Ex Regiſt. II. Honorii III. Epiſt.* 371. *fol.* 78. *MCCXIX.* 22. *April.*

(d) *Ex Regiſt. III. Honorii III. Epiſt.* 745. *fol.* 149. *MCCXXI.* 13. *Junii.*

utilitate fuerit, Archidiaconatus proventus in abſentia non percipiat, nec officium ſuum alii committere valeat exequendum. Si abſente Archidiacono, vel Archidiaconatu vacante officium exequamini, & percipiatis proventus, ſicut ad Vos communiter pertinet, vel diviſim. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu &c.

Datum Laterani Idibus Junii Pontificatus noſtri anno quinto.

Part. II. Pag. 25. Lit. e.

Vide Monumentum O pag. 176.

R

Part. II. Pag. 25. Lit. f.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

HONORIUS SERVUS SERVORUM DEI (a)

Dilecto Filio Archidiacono Bononienſi Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Neminem inconſulto Archidiacono in Gymnaſio Bononienſi docere poſſe jubet.

CUm ſepe contingat, ut minus docti ad docendi regimen aſſumantur, propter quod, & Doctorum honor minuatur, & profectus impediatur Scholarium volentium erudiri, Nos eorumdem utilitati, & honori proſpicere cupientes, auctoritate preſentium duximus ſtatuendum, ut nullus ulterius in Civitate predicta ad docendi regimen aſſumatur, niſi a te obtenta licentia, examinatione prehabita diligenti, tu denique contradictores, ſi qui fuerint, vel rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compeſcas.

Datum Rome IV. Kal. Julii Pontificatus noſtri anno tertio.

Part. II. Pag. 26. Lit. a.

Vide Monumentum E pag. 59.

S

Part. II. Pag. 26. Lit. c.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

HONORIUS III. (b)

Magiſtro Gratie Capellano noſtro.

Eccleſia Antiochena ipſi conceſſa cum propter temporum, ac viarum diſcrimina ad ipſam ſe tam cito conferre non poſſet, interim beneficiorum ſuorum proventibus, frui poſſe decernit.

CUm in Lateranenſi Concilio provida fuerit deliberatione ſtatutum, ut poſtquam quis electus fuerit ad Epiſcopatum, & electionis confirmationem acceperit, ac eccleſiaſticorum bonorum ſuerit miniſtrationem adeptus, decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis a Canonibus deffinito, de Ipſius electi beneficiis is, ad quem ſpectare dignoſcitur, liberam diſponendi habeat facultatem, & ſecundum canonicas Sanctiones, ſi conſecrati in Epiſcopos ex aliqua cauſa, dummodo ſine culpa ſua, non recipiantur a Parrochiis, ad quas fuerint conſecrati, poſſint in honore prius habito reſidere, ne contingat eos interim, quod eſſet abſurdum, acephalos inveniri. Nos volentes aliis malignandi materiam amputare, & tibi, quem dilectionis prerogativa diligimus, precavere, precipue propter viarum, & maris diſcrimina, & quia terra ultramarina maiori, quam cetere terre, diſcrimini ſubjacet, diſcretioni tue, auctoritate preſentium, duximus concedendum, ut Eccleſias, ſeu beneficia tua, ſicut hactenus tenuiſti tamdiu, ceſſante cujuslibet contradictione, retineas, donec Eccleſie Antiochene, ad cujus curam, & regimen electum te canonice duximus confirmandum, plenam, & pacificam perſonaliter poſſeſſionem adeptus fueris corporalem, diſtrictius inhibentes, ne quis interim preſumat tibi beneficia ipſa ſubtrahere, aut te ſuper illis aliquatenus moleſtare. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

Datum Viterbii quarto Kalend. Novembris Pontificatus noſtri anno quarto.

T

Part. II. Pag. 26. Lit. f, & g.

Ex *Archivo Metropolitanæ Bononiæ Faſcic. II. n. 31.*

NOs Magiſter Gratia Archidiaconus, & Ju. Archipresbiter Bononienſis preſentibus, & conſentientibus Fratribus noſtris Canonicis Bononien. Presbitero Lamberto quondam Sacriſta viam univerſe carnis ingreſſo, de Sacriſtia Sancti Petri ſtatutum fecimus ſemper inpoſterum obſervandum, videlicet, quod ad cuſtodiam, & conſervationem precipue inſtrumentorum unus de Canonicis ſemper ſit Sacriſta, non ad annum, ſed perpetuus; & Sacriſta, qui erit pro tempore, accipiat, & habeat duos Sacerdotes bone opinionis in officio baptiſterii, & ad alias utilitates, & neceſſitates Capituli unum loco predicti Presbiteri Lamberti, & alium pro reverentia Alfredi.... quond. Epiſcopi, pro cujus, & aliorum Epiſcoporum, qui Capitulo benefecerunt animabus ſpiritualiter orare promittant. Et pro hiis duobus Sacerdotibus, & duobus Servientibus Clericis ad Sacriſtiam Sacriſta habeat, & accipiat victualia de comuni in pane, & vino, ſicut habent, & accipiunt Canonici, ſcilicet eo die, quo jejunabunt Sacerdotes predicti, accipiat Sacriſta, & habeat pro eis tantum tres panes. Cetera vero victualia accipiat, & habeat pro predictis Sacerdotibus, & Servientibus aliquantulum in minori quantitate, quam Canonici. Cum vero in Cella unum non fuerit de comuni, Sa-

(a) *A. C. MCCXVIIII. 28. Junii.*

(b) *Ex Regiſt. II. Honorii III. Epiſt. 587. fol. 136. MCCXVIIII. 28. Octobr.*

criſta pro ipſis Sacerdotibus, & Servientibus recipiat a Camerariis vinum, vel equivalentiam competentem. Habeat quoque, ac percipiat Sacriſta ſingulis annis a Camerariis Capituli VI. libr. bononinorum pro veſtibus dictorum Sacerdotum, III. libr. in feſtivitate Sancti Michaelis, & alias III. in Paſcha Reſurrectionis; habeat quoque, & teneat Sacriſta denarios, & candelas unius brachii & infia Miſſarum votivarum, quas cantabunt dicti Sacerdotes. Ceteras autem oblationes ipſarum Miſſarum, & omnes denarios, & oblationes Miſſarum, quas cantabunt alicui Societati ipſi Sacerdotes, & in die Veneris ad honorem Sancte Crucis, & in die Sabbati ad honorem Sancte Marie, aſſignet Sacriſta Canevario, qui pro tempore erit. Si Civitatem, quod abſit, contigerit interdicto generali ſupponi, pro predictis denariis, & candelis Votivarum Miſſarum, Sacriſta recompenſationem recipiat a Camerariis Capituli competentem. Cameram quoque juxta Sacriſtiam, & Campanile, que cunſuevit dari ad penſionem, poſt feſtum Sancti Michaelis proximum habeat Sacriſta ad uſum ſuum, & eorum, qui cum eo erunt, ita quod uſque ad quatuor annos Cameram illam elevet cum expenſis Sacriſtie, preter panem, & vinum, que percipiet a Capitulo, ut deſuper habeat Cameram Sacriſta, & illa, que nunc eſt, finito quadriennio, Capitulo dimittatur. Dictos quoque Sacerdotes accipiat, & amoveat Sacriſta, ſicut viderit expedire, conſilio Capituli requiſito. Dicti quoque Sacerdotes, & duo Clerici ſervientes, quod credentiam a Capitulo, vel Sacriſta injunctam non revelabunt, & res Sacriſtie, & Canonicorum ſcienter non fraudabunt, preſente Capitulo, preſtabunt corporaliter juramentum.

Actum anno Domini MCCXXI. Kal. Novembris. Ut autem hec firmius obſerventur, & de hiis impoſterum non dubitetur, hanc cartam noſtris ſigillis fecimus ſigillari.

V

Part. II. Pag. 26. Lit. h, *&* i.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

HONORIUS III. (a)

Magiſtro Gratie Capellano noſtro, Archipreſbitero, & Capitulo Bononienſi.

Decimas, ac Bona Capitulo Bononienſi a Gerardo Epiſcopo largita confirmat.

EA, que provide per Eccleſiarum Prelatos aguntur, ne aliquorum malitia temere impugnentur, expedit Apoſtolico munimine roborari. Ea propter dilecti in Domino Filii veſtris ſupplicationibus inclinati donationem de Decimis, & de Eccleſia Sancte Marie, & de Caſtro Sancti Petri, & de cenſu ab Eccleſia Sancti Antonii debito, nec non de fundo quodam, qui dicitur Sanguineta a bone memorie G. Bononienſi Epiſcopo Vobis factam, ſicut eſt provide celebrata, & in inſtrumento publico inde confecto plenius continetur, Vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus, Eccleſiarum Parrocchialium jure ſalvo circa decimas de poſſeſſionibus acquirendis. Ad majorem autem rei evidentiam, tenorem ipſius inſtrumenti de verbo ad verbum preſentibus duximus inferendum, qui eſt talis. G. Dei gratia Bononienſis Epiſcopus dilectis in Chriſtu Fratribus Henrico Archidiacono, & Ju.... Archipresbitero, & univerſis Fratribus Bononienſis Capituli preſentibus, & futuris in perpetuum. Cum ſpeciali prerogativa Bononienſe Capitulum teneamur diligere, profectibus ejus intendere volumus, & honori. Ea propter dilecti in Chriſto Fratres Henricus Archidiaconus, & Ju.... Archipresbiter, & univerſi ejuſdem Capituli fratres, precibus veſtris grato concurrentes aſſenſu damus, & concedimus, & preſentis ſcripti pagina confirmamus, recipientibus Vobis nomine ipſius Capituli, jus petendi, & recipiendi Decimas, & ipſas Decimas omnium poſſeſſionum tam novalium, quam aliarum, que jure proprietatis, vel emphiteotico, vel alia conceſſione ad Capitulum Bononienſe pertinent, vel in futuro pertinebunt in toto Bononienſi Epiſcopatu, excepta Curia Centi, & Maximatici, & Podii, que poſſeſſiones per alios Clericos, vel Laicos detinentur a Bononienſi Capitulo in Emphiteoſim, vel alio modo, ut dictarum poſſeſſionum decimas poſſitis percipere, & a quolibet poſſeſſiones vindicare. Item damus, & concedimus Vobis pleno jure Eccleſiam Sancte Marie de Caſtro Sancti Petri, quod eſt juxta Sellarum, & cenſum Nobis debitum ab Eccleſia Sancti Antonii ſita juxta Savinam in Bononienſi Plebatu, & jus inſtitutionis, correctionis, reformationis, quod in ipſis Eccleſiis, & Hoſpitali, atque Pont. ejuſdem Eccleſie Sancti Antonii, & omne aliud jus, quod in eis habemus. Et inſuper damus Vobis, & concedimus jure proprietatis quemdam fundum Terre in integrum poſitum in pertinentiis Argelate in loco, qui dicitur Sanguineta juxta Galeolum, qui eſt de jure dicti Capituli, ſalva tamen conceſſione, & datione, quam fecimus dilecto fratri noſtro Bononienſi Archipresbitero in vita ſua, ut poſt ejus obitum liceat Vobis jure proprietatis, ac dominii dictam Terram emphiteoſis poſſeſſionibus revocare, & in emphiteoſim dare, penſiones, ac decimas percipere, & proprietatis illius fundi conſtituimus Vos poſſidere. Et quia volumus hanc noſtram dationem, & conceſſionem a Nobis, & Succeſſoribus noſtris inviolabiliter obſervari, promittimus Vobis recipientibus nomine dicti Capituli, & ſtipulationem ſolvere nomine pene centum Marchas optimi argenti, ſi Nos, vel Succeſſores noſtri hanc conceſſionem, & dationem infringere tentaverimus, & ſoluta pena, hec datio, & conceſſio in ſua permaneant firmitate; & inſuper decernimus, ut nulli omnino Laico, vel Clerico liceat huic noſtre conceſſionis pagine contraire, & ſi quis temerario auſu hoc facere ſcienter, vel ignoranter attemptaverit, ſi tertio

(a) *Ex Regiſtr. III. Honorii III. Epiſt. 631. fol. 124. MCCXXI. 26. Aprilis.*

tertio admonitus ſe non correxerit, excommunicationem noſtram, ſub qua ne id fiat precipimus, & maledictionem Dei Omnipotentis ſe noverit incurſurum. Hanc autem paginam, licet ſit manu publica ſcripta, ne de hac conceſſione, & datione quis dubitet, noſtri ſigilli fecimus munimine roborari.

Actum in Palatio Epiſcopi milleſimo ducenteſimo decimotertio, die quarta intrante Novembri, Indictione prima, preſentibus Presbitero Georgio Raynucio Scriba ipſius Epiſcopi, Jacubino prenominati Epiſcopi Camerario, & Martignone prelibati Epiſcopi ſerviente. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

Datum Laterani ſextodecimo Kalendas Maji Pontificatus noſtri anno quinto.

X

Part. II. Pag. 26. Lit. h.

Ex *Archivo Metropolitanæ Bononiæ. In Libro Axium pag. 37.*

HOc eſt exemplum cujuſdam Inſtrumenti eum die, & conſule ſic incipientis: In nomine Domini. Amen. Magiſter Gratia Archidiaconus Bonon. pro honore, & ſtatu Capituli Bonon. infraſcripta Capitula, & Statuta ſcilicet, infraſcriptam formam ſemper in Bonon. Capitulo impoſterum obſervanda preſentibus J. Archipresbitero, Domno Probo, Domno Ottaviano, Domno Alberto, Domno Guidone, Domno Angelo Presbiteris, Magiſtro Oddone, Petro Succida, Guidone Graſſo, Andrea, Magiſtro Martino Diaconibus, Guidone de Bagnolo, Guidotto, Magiſtro Lamberto, Jacobo, Magiſtro Tancredo Subdiaconibus, & Herigipto Canonicis Bonon: tactis Sacroſanctis Evangeliis juravit. Ego Magiſter Gratia Archid. Bonon. conſcilia, & decreta Capituli Bonon., que precepta erunt eſſe ſecreta per Archidiaconum, & Archipresbiterum, vel eorum alterum, vel eis abſentibus per Capitulum, nulli pandam, ultra decimum octavum Canonicorum numerum in Bonon. Eccleſia conſtitutum, nullum in Canonicum eligam, vel recipiam, ordines ſervabo in Capitulo Bonon., videlicet ſex Presbiteros, & ſex Diaconos, & quatuor Subdiaconos, & duos Acolitos, ita tamen cum primo vacaverit Ordo Subdiaconatus, eligam Ordo eius unum ad Acolitum. De hac tamen obſervatione, & ordinum diſtinctione nolo juramento teneri, niſi cum fuerit per Superiorem hoc Capitulum, ſeu ordinum diſtinctio confirmata; nullum eligam, vel recipiam in Canonicum Bonon., niſi ad eum, quem per mortem alicujus Canonici, vel alio modo legitimo vacare contigerit ordinem, vel ſuperiorem. Nullum quoque electum, & confirmatum in Canonicum admittam ad perceptionem beneſitii, niſi primo receperit ordinem, ad quem aſſumetur, vel eligetur. Non permittam Canonicum in primo ſui Canonicatus anno percipere beneſitium, vel prebendam, preter victualia ſola, ſed illius anni beneſitium, vel prebenda in comunes utilitates, & neceſſitates Capituli expendatur, ita tamen, quod inter Canonicos non dividatur; poſſeſſiones, jura, & honores, inſtrumenta, ſeu chartas, ſive privilegia Capituli contra omnes homines adjutor ero ad conſervandum, defendendum, & recipiendum, ſicut Capitulo, vel majori parti melius, & utilius videbitur; poſſeſſiones immobiles ad Bonon. Capitulum pertinentes non alienabo, nec alienari conſentiam, niſi pro emptione, vel permutatione alterius poſſeſſionis immobilis utilioris, vel eque utilis, vel conſtructione alicujus hedifitii ad comunem utilitatem pertinentis, vel alia evidenti utilitate comuni: ita tamen quod inter Canonicos non fiat diviſio pretii de poſſeſſione recepti. Super agendis, & utilitate Capituli, quam ſcienter non impediam, requiſitus, quod magis utile credam, conſilium dabo. Scienter non fraudabo Capitulum, ſive offitium habeam, ſive nun. De iis, que venient ad manus meas pro Capitulo, vel ad Comunitatem pertinent, vel pertinebunt, Literas a Curia Romana contra hec Capitula non impetrabo, nec impetratis utar. Nullum electum, & confirmatum in Canonicum admittam ad perceptionem beneficii, vel conſilia Capituli, niſi primo juraverit ad Sancta Dei Evangelia, omnia, & ſingula predicta Capitula obſervare. Sic me Deus adjuvet, & hec Sancta Evangelia.

Secundum preſcriptam formam preſcripta Capitula juraverunt Archipresbiter, & ſinguli preſcripti, preſentibus Archidiacono antedicto, & aliis ſupraſcriptis univerſis.

Actum in Civitate Bonon. in Canonica Sancti Petri in Camera dicti Archidiaconi anno Domini milleſ. ducenteſimo vigeſimo primo, die quinta exeunte menſe Auguſti Indictione nona.

Ego Albizus Petri Albici Imperatoris Federici Not. hiis omnibus interfui, & mandato dicti Domini Archidiaconi, & dicti Domini Archipresbiteri, & ceterorum predictorum Canonicorum ſcripſi &c.

Ego Bernardus filius Bencevennis Boninſegne Imperiali auctoritate Not., ut in predicto Inſtrumento inveni, ita per ordinem fideliter exemplavi &c.

Y

Part. II. Pag. 26. Lit. i.

Ex *Archivo Metropolitanæ Bononiæ Faſcic. II. n.* 41.

IN Dei nomine. Amen. Anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto, die ſexto exeunte Menſe Auguſto. Indictione duodecima. Cum inter Capitulum Bononien. Eccleſie ex una parte, & Dominum Azonem Abbatem, & Conventum Monaſterii Sancti Stephani Bononien. ex alia ſuper decimas talis queſtio verteretur; ſcilicet quod Archipresbiter, & Canonici nomine ſue Eccleſie a predicto Abbate ejus Conventus nomine Monaſterii ſui petebant decimas omnium terrarum, & poſſeſſionum, que Monaſterium ipſum habebat, & tenebat in Plebatu

ipſius Bononien. Eccleſie, & in Plebatu Medicine, ſive Bude, quas decimas dicebant ad Capitulum Bononien. Eccleſie pertinere jure comuni, partim per conceſſiones, & privilegia Epiſcoporum Bononien., & multorum Romanorum Pontificum Un........ Abbas ad Capitulum ipſum humiliter, ac devote accedens petiit ab eiſdem, ut de petentis a ſe, & predeceſſoribus ſuis ei facerent remiſſionem, & perſolvendis impoſterum annuatim certam reciperent quantitatem. Canonici vero petitionibus ejus annuentes taliter inter ſe amicabiliter convenerunt; ſcilicet quod idem Abbas de cetero annuatim ſolvere debeat eiſdem Canonicis poſt Kalendas Septembris cum a nuntio ipſurum Canonicorum fuerit requiſitus octo corbes boni, & pulcri frumenti ſine malitia, & dicti Canonici ſuis expenſis dictum frumentum ſcilicet deferri faciant, & ipſum Monaſterium ad hoc ſcilicet ad deferendum nullatenus teneatur; & predictus Archipresbiter, & Canonici remiſerunt, & donaverunt eidem Abbati recipienti nomine ſuo, & Monaſterii ſui omnes detentas retro decimas, & quicquid ultra dictam quantitatem nomine decimarom exigere poſſent impoſterum ab ipſo Abbate, vel ſuis Succeſſoribus, ſive Conventu, vel Monaſterio ipſo pro poſſeſſionibus ſupradictis, quas ipſum Monaſterium poſſidet tempore iſtius compoſitionis in predictis Plebatibus, & pro poſſeſſionibus, quas habent Eccleſie ejuſdem Monaſterii, ſcilicet Capella Sancti Roſelli prope Savenam, & Eccleſia de Medicina, & Barbiani. Et ſupradictus Abbas cum Fratribus ſuis, ſcilicet Domino Blaſio Priore, Domino Yſnardo, Domino Johanne, Domino Alberto, Domino Bernardo, Domino Rambertino, Domino Nicholao, & Domino Petro Monachis Fratribus dicti Monaſterii in Capitulo conſtitutis per ſtipulationem promiſit Magiſtro Oddoni Bononien. Canonico recipienti nomine Capituli Bononien. Eccleſie ſolvere ſupradictis Canonicis annuatim de cetero octo corb. frumenti, ſicut ſuperius dictum eſt ſub pena decem libr. bonon. Et Magiſter Oddo ſupradictus nomine Capituli Bononien. Eccleſie, & ſuo, preſentibus Zoen. Domino Petro de Succida, Domino Guidotto de Corrigia Concanonicis, & Fratribus dicti Magiſtri Oddonis promiſit ſupradicto Abbati recipienti nomine ſuo, & Monaſterii, & ſuorum Succeſſorum ſupradictam remiſſionem, donationem, & conceſſionem omni tempore ratam, & firmam habere, & tenere, & nullo tempore contravenire per ſe, & ſuos Fratres, & Succeſſores, & Capitulum Bononien. Eccleſie ſub predicta pena decem libr. bonon., & pena ſoluta ab ea parte, quam contra predictam, vel aliquis predictorum fecerit ſupra dicta omnia in ſua nichilominus maneant firmitate. Et ſi contigerit Epiſcopum Bononien. evincere decimas a dicto Monaſterio, non teneatur Monaſterium ſolvere Capitulo Bononien. ſupradictam quantitatem. Et promiſit dictus Magiſter, quod curabit, & faciet, quod Capitulum Bononien. Eccleſie confirmabit, & approbabit, & ratum habebit ipſum contractum.

Actum in Capitulo Monaſterii predicti Sancti Stephani, Indictione predicta, preſentibus rogatis teſtibus Domino Grimaldo Rubeo, Domino Guidone Petri Cunradi Strate Sancti Stephani, Correxano ejus filio, Cambio Not. de Sancto Stephano, Gerardo Rogio de Caſtro Novo de Parma, & Domino Alberto de Parma.

Eodem anno, menſe, & die, & Indictione. In Choro Bononien. Eccleſie preſentibus teſtibus Presbitero Aldrevando Capellano Sacriſtie Sancti Petri, Gerardo Clerico de Sacriſtia, Domino Symone de Zenzano, Alberto Domine Caſtellane, & Clario Not. de Vivario. Magiſter Gratia Archidiac. Bonon. Eccleſie, & Dominus Judex Archipreſbiter ejuſdem, & ſui Fratres, ſcilicet Preſbiter Albertus, Presbiter Probus, Presbiter Ottavianus, Presbiter Zoen, Dn. Andreas, Dn. Guido Graſſus, Dn. Petrus de Succida, Magiſter Martinus, Dn. Guido de Bagnolo, Magiſter Lambertus, Magiſter Tancredus, Dn. Jacobus, condam Guidonis Lambertini, Dn. Guidottus de Corrigia, & Dn. Henricus nomine Capituli Bononien. Eccleſie conſenſerunt predicto contractui, & eum in totum approbaverunt, & confirmaverunt, & predictam remiſſionem, & conceſſionem fecerunt Do. (an *dono*?) dato Syndico Monaſterii Sancti Stephani ſupradicti recipienti nomine, & vice predicti Abbatis, & Monaſterii, & Fratrum ſuorum, & Succeſſorum, promittentes eidem recipienti predicto nomine predicta firma perpetuo tenere, & in nullo contravenire ſub predicta pena decem libr. bonon., & ea ſoluta, predicta firma permaneant, & rata.

Ego Lanfrancus Papienſis Imper. Aule Not. interfui, & rogatus a ſupradictis omnibus Fratribus, & Contrahentibus hanc cartam ſcripſi, & publicavi.

Iſte ſunt Poſſeſſiones, de quibus Monaſterium S. Stephani ſupradicti vult habere conceſſionem decimarum in futurum preſtandarum, & remiſſionem detentarum, ſcilicet

Brayda Sancti Stephani ſuperius, & inferius. Confines tales ſunt &c.

Item vinea una poſita ad Ravonem, que fuit Martini Zani. Confines tales ſunt &c.

Item vinea una poſita in pertinentiis Barbiani in loco, ubi dicitur Mixano de Podio Barbiani. Confines &c.

Item vinea Sancti Roſelli, & poſſeſſiones Sancti Roſelli. Confines &c.

Item vinea una poſita in Runco Mauroni, quam Monaſterium evicit in eo dicto Runco Mauron. a Presbiteris Sancti Nicholai Leproſeti. Confines &c.

Item petia una terre, quam Monaſterium evicit in eodem Runco Mauron. a Presbitero Ugone de Bagnacavallo, & ..... Confines &c.

Item Brayda, & Clauſura de Villola. Confines &c.

Item Poſſeſſiones Sancti Andree de Vico Medicine, quas habet ipſa Eccleſia tempore iſtius compoſitionis.

Z

Part. II. Pag. 29. Lit. a.

Ex Archivo Metropolitanæ Bononiæ.
In Libro Axium pag. 18.

HONORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Magiſtro Severino Ariminen. Canonico Bonon. commoranti Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

NOn facimus injuriam Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo, & dilectis Filiis Archipresbitero, & Capitulo Bononien., ſed potius Eccleſie ipſorum conſulimus, ſi amputemus materiam, qua inter eos jam orta diſſidium dicitur, quod timetur parere ſcandalum, dampnum ipſi Eccleſie non modicum illaturum. Intelleximus ſiquidem, quod cum Archidiaconatus ejuſdem Eccleſie vacare noſcitur, ſuper electione Archidiaconi non modica inter eos diſſenſio eſt orta: eodem Epiſcopo aſſerente, vel ad ſe tantum, vel ad te cum Capitulo electionem ſpectare predict.... & dictis Archipresbitero, & Capitulo contrario proponentibus eam ad ipſos ſolummodo pertinere. Quia vero Archidiaconatus ipſe diu ſine detrimento ipſius Eccleſie vacare non poteſt, & non immerito dubitatur, ne inter eos, qui conſervare debent in vinculo pacis ſpiritus unitatem, creſcat hujuſmodi occaſione diſcordia, qua poſſit caritas vulnerari. Nos ſuper hoc ex offitio noſtro volentes congruam adhibere medelam, dignum duximus providere, ut dilectus Filius Magiſter Tancredus eorumdem Concanonicus literarum ſcientia preditus, & honeſtis moribus adornatus in ipſius Eccleſie Archidiaconum aſſumatur; deinde nos Epiſcopo, Archipresbitero, & Capitulo ſupradictis noſtris damus literis in preceptis, ut attendentes, quod non de alieno, ſed ſuo multo majori honore dignu, eo etiam non petente, dictum Archidiaconatum providimus ordinandum, voluntati veſtre prompto animo concurrendo eidem Archidiaconatum ipſum liberaliter conferant, & aſſignent, & ſibi, ſicut Archidiacono in temporalibus, & ſpiritualibus intendere, ac de Archidiaconalibus proventibus reſpondere procurent. Non obſtantibus literis, que a Sede Apoſtolica emanarunt, ut videlicet, ſi Archidiaconatus ipſe, quem contuleramus Venerabili Fratri noſtro Parmenſi Epiſcopo tunc Capellano noſtro, vacaret, Archidiaconi electio ad Epiſcopum, & Capitulum, vel ad eorum alterum deberet, prout ſpectaret de jure, devolvi, cum ſicut dictum eſt ſuper eadem electione inter eos ad invicem non parva ſuſcitata ſit materia queſtionis, que cum cito terminari non poſſit, eorum Eccleſia in vacatione Archidiaconatus diuturna dampnum non modicum ſuſtinet propter id, quod grave inde diſſidium cum ſcandalo formidatur. Hec autem cauſa alterutra partium valeat, quod ſi nobis non obediat, in hac parte in ſuo jure ledatur. Volumus, & ſtatuimus, ut nullum propter hoc utrique, vel alterutri prejudicium imposterum generetur. Quocirca diſcretioni tue per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus ſi ſepedicti Epiſcopus, Archipresbiter, & Capitulum neglexerint adimplere, tunc Archidiaconatum ipſum eidem Magiſtro auctoritate noſtra conferas, & aſſignes, reducens in irritum ſiquid poſt receptionem literarum noſtrarum ſuper eodem Archidiaconatu ab eis fuerit attemptatum. Contradictores per ceoſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Reat. ſecundo Kal. Februarii Pontificatus noſtri anno decimo.

A A

Part. II. Pag. 29. Lit. e.

Ex Arch. Pub. Bon.
In Regiſtro Groſſo pag. 316.

AN. Dominice Nativit. mill. CCXIIII. die Dominico XIV. intrante Septemb. Indict. II. In Palatio Communis Bonon. preſentibus teſtibus, quorum nomina inferius declarantur, & aliis quampluribus. Dn. Rodulfus Guidonis Bergognonis Comes Bonon. Pot., voluntate, & parabola hominum Conſilii Credentie Civit. Bonon. ad campane ſonitum in Palatio Communis Bonon. congregati una voce clamantium, & dicentium, quod infraſcripta promitteot pro Communi, & nomine Communis Bonon. promiſit Dn. Ubaldo Dei gratia Sancte Rav. Eccleſie Archiepiſcopo vice Chriſti, & nomine illarum perſonarum, que Crucem acceperint, & ire voluerint ultra mare pro recuperanda Terra Sancta, & Sanctiſſima Cruce ad honorem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ſcilicet pro illis de Civitate Bonon., & Diſtrictu cum fuerit generalis tranſitus, ſive paſſadium, dare pro Communi Bonon. omnibus de Civitate Bonon, & Diſtrictu euntibus expenſas omnes pro eorum armis, & rebus portaodis a Civitate Bonon. uſque Venetias, vel ad alium locum, ad quem ire poteriot cum eorum rebus, pro tanto pretio, quanto Venetias portarentur, & a Venetiis, vel ab illo loco, quo naves intraverint, dabunt comune naulum, ſimiliter, quo res, & perſone eorum veantur uſque ad terram ultramarinam, & ut ſupra legitur, ut dictum eſt, voluntate, & parabola hominum Conſilii, nomine Communis Bonon. promiſit Domino Archiepiſcopo ipſe Dn. Rodulfus Comes Bonon. Pot. quod Commune attendet, & ſervabit.

Actum, ut dictum eſt, in Civitate Bonon. in Palatio Communis Indict. predict. Interfuerunt Dn. Henricus Bon. Epiſcopus, Donnus Judex Archipresbiter Sancti Petri, Magiſter Tancredus Decretorum, atque Magiſter Rolandus Prepoſitus Eccleſie Ravennatis, & Magiſter Martinus, & Donnus Albertus Canonici Sancti Petri de Civit. Bonon., Donnus Jacobus Archidiaconus Raven., & Donnus Gerardus Prepoſitus Ymole, & Donnus Albertus Presbiter, & Cardinalis Raven., & Presbiter Bonincontrus Sancti Ypolití de Civitate Bonon., & Carbonus Notarius, atque Parens Notar. Pot. &c., & aliis quampluri-

pluri-

plurimis, de quibus ſupraſcriptis duo inſtrumenta ſcripta ſunt, unum, quod habet Dn. Archiepiſcopus Raven., & iſtud pro Comuni Bonon. uno eodemque tenore.

Ego Paſcalis Sacri Palatii Notarius his interfui, & ut ſupra legitur mandato dicti Dn. Rodolfi Comitis Bon. Pot., & voluntate, & parabola hominum Conſilii ss.

BB

Part. II. Pag. 35. Lit. e.

Ex Archivo Archiepiſcopali Ravennæ Capſa E num. 1488.

ANno a Nativitate Domini MCCXXIV. die XII.exeunte Madio Indict.XII. Magiſter Tancredus Bononienſis Canonicus detentus infirmitate protettatus fuit, & dixit coram Domino Henrico Dei gratia Bononie Epiſcopo, & coram infraſcriptis Teſtibus, in verbo veritatis affirmans, & in virtute Spiritus Sancti adjurans, quod Dominus Symon Dei gratia Ravennas Archiepiſcopus nunquam donaverat, vel donari fecerat, ſeu dari per ſe, vel per alium ſibi, nec alicui alii pro ſe equum aliquem, nec cuppam Argenteam, neque aliquod aliud donum aliquo tempore parvum, vel magnum valens unicum denarium; Et quod per totum Menſem Julii, Augusti, & Septembris proximi preteriti ſemper fuit in Civitate, vel Dioceſi Bononienſi, & in illis tribus Menſibus non exivit Civitatem, vel Dioceſim Bononienſem. Et quod viginti Anni ſunt, & plus, quod non intravit Civitatem Ravenne, vel ejus diſtrictum, niſi ſemel, & hoc in Menſe Aprilis in feſtivitate Sancti Vitalis. Et nunquam comnedit cum eodem Archiepiſcopo, nec bibit cum eo, quod recordetur, niſi ſemel quando erat cum Epiſcopo ſuo Bononienſi. Et ſuper iis omnibus paratus eſt facere fidem plenarie ſuo juramento.

Acta ſunt hec apud Canonicam Bononienſem in Camera predicti Magiſtri Tancredi Ind. predicta, preſente dicto Domino Epiſcopo Bononie, & preſentibus Teſtibus Domino Guidotto de Corigia Canonico Bononien., Domino Berardino Canonico Faventino, Magiſtro Amico Florentino, Zantulino Clerico de Creſpellano, & Domino Guidone de Caſtello, & aliis pluribus.

L. ✠ S. Et ego Lanfrancus Papienſis Imperialis Aule Notarius interfui predicte proteſtationi, & rogatus a dicto Magiſtro Tancredo hanc Cartam ſubſcripſi, & publicavi.

CC

Part. II. Pag. 36. Lit. c.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

GREGORIUS IX. (a)

Archidiacono Bononienſi, & Priori S. Marie de Reno, & Fratri Palm.... Canonico Eccleſie de Campaniola Bononienſ., & Reginenſis Dieceſum.

Ut ſedulo inquirant de Miraculis Fr. Dominici Ord. Prædicatorum Fundatoris.

VIſibilium, & inviſibilium Conditor cunctipotens, & eternus etſi grata multorum perpetuitate bonorum populum reficiat quem plaſmavit, illum tamen gratorum ſucceſſiva recreat creatione novorum, eo quod illa humane conditionis affectibus, & ſue ſalutis effectibus ſint votiva prout probat inſpectio florum amena recentium, & exhibet perceptio fructuum gratuita novellorum. Igitur ad eternas delicias fidelibus exponendas, ad dandum gentibus Fidei, Spei, & Charitatis augmentum, ad dirigendos in viam pacis, & claritatis eterne pedes in tenebris, & mortis umbra ſedentium, Solis & Lune mirificus operator in celeſti ſolio nova producit lumina lucis inextinguibilis emiſſiva, per que cordibus devotorum querentium luminis ineffabilis luciditſimas manſiones immenſitas exultationis infunditur, & alia infinita beneficiorum genera conferuntur. Porro letantur plures hujus preſentia temporis ſolam ſtellam in die proſpicere, qui decurſe noctis tempore innumeras ſe recolunt inſpexiſſe. Gaudebant & Magi fulgorem ſiderum, que ab initio Dei Sapientia fecerat intueri, ſed ſpectantes Stellam novam in Oriente Regis nati nuntiam, gaudio inexplicabili ſunt perfuſi. Exultat nimirum & Sancta Mater Eccleſia cum in ejus fulgido firmamento diverſis Sanctorum ſplendoribus illuſtrato fulget de novo Sydus perſpicuum ſingularis, & precellentis luminis oſtenſivum, per quod ignorantium Dominum tenebre propelluntur, per quod hereticorum perverſum dogma confunditur, & fidelium beata credulitas adaugetur. Sane gaudentes pridem accepimus, quod recolende memorie Frater Dominicus Plantator Predicatorum Ordinis & Magiſter, Divina Miſericordia favente, aggregatus exiſtat Collegio Supernorum, gloriam conceſſe Beatitudinis ſignis exprimens glorioſis, nam circa ſepulcrum ejus, & locis aliis per Invocationem ſui nominis, & devotionis ſincere ſuffragia, multa miracula circa multos mirabilis in aliis Dominus multipliciter operatur. Verum & ſi per virtutum inſignia, quibus olim memoratus Frater extitit multiformiter inſignitus, ſeu per famoſa miracula, quibus ejus ſancta rutilare dicitur Sepultura celeſtis Sponſe vocibus de Sanctorum eſſe numero debeat affirmari, tamen quia mentibus ambiguis ſubito rei veritas non clareſcit, & repentinis non ſolet miraculorum relatibus quorumdam ſpecie exultare, eo quod omne rutilum nomen auri non impetrat,

nec

(a) Ex Regiſt. IV. Gregorii IX. Epiſt. 240. fol. 69. MCCXXXIII. 13. Julii.

nec ebur quodlibet niveum immitatur. Nos, quos providentia preambula decet feſtinos in certis, & certos in dubiis inveniri, diſcretioni veſtre, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, mandamus quatenus provide attendentes, quod lux vera Sanctorum Dominus Jeſus Chriſtus ſignis publicis, & prodigiis evidentibus trepidantia Diſcipulorum pectora roboravit, mentes eorum nubilas de reſurrectionis admiranda gloria expreſſe certitudinis clarificans ſulcimentis, vitam & converſationem predicti Fratris, quibus Deo, & hominibus noſcitur placuiſſe, nec non miracula, que auctore Deo de ſui corporis ſanctitate procedunt, habita pre oculis ſola Divine reverentia Majeſtatis per teſtes idoneos ſtudeatis inquirere cauta diligentia, & ſollicitudine vigilanti, que in ſcriptis redacta ſub ſigillis veſtris fideliter conſervetis, illa Nobis, poſtquam mandatum Apoſtolicum receperitis, per fideles, & ſolemnes Nuntios tranſmiſſuri. Quod ſi non omnes &c.

Datum Laterani Tertio Idus Julii Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

Part. II. Pag. 37. Lit. a.

Vide Monumentum EE *pag.* 130. *inter Profeſſ. Jur. Canon.*

DD

Part. II. Pag. 38. Lit. a.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

GREGORIUS IX.

Ad Clerum Bonon.

EX literis quidem veſtre devotionis accepimus, quod Vos Eccleſia Bononienſi vacante convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata dilectum Filium .... Archidiaconum Bonon. Subdiaconum & Capellanum noſtrum in paſtorem veſtrum unanimiter poſtulaſtis, ſpe vobis firma propoſita, ut cum idem genere nobilitatis, ſcientia ſit, & moribus decoratus, ac exigentibus probitatis ſue meritis apud nos, & Fratres noſtros obtineat favoris gratiam ſpecialis, Eccleſie veſtre multipliciter debeat fructuoſus exiſtere, preſertim cum vix de alio tam opportuna proviſio potuerit provenire. Quare Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut non obſtante quod adhuc ad annum trigeſimum non pervenit, eum vobis in paſtorem concedere ſpeciali gratia curaremus. Verum cum deceat, & ſic in hac parte veſtris deſideriis annuamus, quod inſtitutis deferendo canonicis perſonam ipſius Archidiaconi condigno proſequamur honore, ac ejuſdem utilitatem Eccleſie procuremus, eum in procuratorem ſibi duximus concedendum, eidem plenam adminiſtrationem in ſpiritualibus, & temporalibus committentes. Rogamus ergo &c.

Datum Laterani XV. Kal. Jul. Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

EE

Part. II. Pag. 38. Lit. b.

Ex Archivo Metropol. Eccleſ. Bonon.
In Libro Axium pag. 15.

OCTAVIANUS BONONIENSIS ARCHIDIACONUS PROCURATOR

Univerſis Prelatis, & aliis Eccleſiarum Rectoribus per Civitatem, & Dieceſim Bonon. ſalutem in Domino.

QUoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi, que in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos extremi judicii diem piis operibus prevenire, ac eternorum intuitu ſeminare in terris, que reddente Domino, multiplicato fructu, colligere debeamus in Celis. Quum igitur in Montovalo Bononienſis Dieceſis Eccleſia conſtructa ad honorem Dei, & Virginis Glorioſe, cum domibus adjacentibus ex immiſſione diabolica incendio ſit cremata, nec ad ipſorum refectionem proprie ſuppetant facultates, vobis Eccleſiarum Prelatis, & Clericis mandamus, atque precipimus, ut cum Nuncii predicte Eccleſie ad vos venient eleemoſynas petituri, eos benigne recipiatis, honeſte tractetis, populos vobis a Deo commiſſos monere, ac inducere procuretis, & in remiſſionem peccatorum ſuorum de bonis ſibi a Deo conceſſis eis conferant grata ſubſidia charitatis, ut vos, & ipſi per hec, & alia bona, que feceritis, Domino inſpirante, vitam habere mereamur ſempiternam. Nos vero de clementia Omnipotentis Dei, & Virginis Glorioſe, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus meritis confidentes, omnibus predicto loco benefacientibus XL. dies criminalium, & quartam partem venialium in Domino relaxamus.

Dat. Bonon. Anno MCCXLI. Indict. quartadecima Kal. Madii.

FF

Part. II. Pag. 39. Lit. a.

Ex Tom. 27. Cod. Diplom. Eccl. Bonon.

INNOCENT. IV. (a)

Capitulo Bononienſi.

Octaviano Ubaldino Bononienſis Eccleſiæ Procuratore in Cardinalium Cœtum cooptato, Fratrem Jacobum Bononien. S. R. E. Vicecancellarium, ejuſdem Eccleſiæ Antiſtitem renunciat.

ASſumpti quamvis immeriti, diſponente Domino, in plenitudinem poteſtatis, illos quos literarum ſcientia, morum nobilitas, & converſatio munda decorant, eo libentius in partem honoris, & ſollicitudinis evocamus, quo per tales operarios Vinea Domini Sabaoth conſuevit fructificare, ſarculo ſtudioſius

excoli,

(a) *Ex Regiſtr. I. Innoc. IV. Epiſt. 719. fol. 113. MCCXLIV. 31. Maji.*

excoli, ac ſecurius cuſtodiri. Cum igitur dilectum Filium noſtrum Octavianum Sancte Marie in Via lata Diaconum Cardinalem, cui commiſſa erat ab Apoſtolica Sede Bononienſis Eccleſia procuranda, ad Cardinalatus dignitatem duximus aſſumendum. Nos diligentius attendentes, quod ſollicitudinis noſtre intererat, ut in eadem Eccleſia illum hominem poneremus, qui Deo gratus, & hominibus ſit acceptus, dilectum filium Fratrem Jacobum Viceecancellarium noſtrum, virum profecto ſecundum cor noſtrum, cui propter prerogativam morum, & ſcientie, ſuper quibus ei tamquam illi, qui diu nobiſcum eſt laudabiliter converſatus, laudabile teſtimonium perhibemus, ipſi Eccleſie de Fratrum noſtrurum conſilio prefecimus in Epiſcopum, & Paſtorem, & plena eidem tam in ſpiritualibus, quam temporalibus adminiſtratione conceſſa, conſecrationis ſibi munus manibus noſtris duximus impendendum, ſperantes firmiter, immo pro certo probabili argumento tenentes, quod eadem Eccleſia ſub ipſius regimine incrementa grata ſuſcipiet, auctore Domino, in utriſque. Quocirca preſentibus mandamus, quatenus conſiderato prudenter, quod ex affectu magno proceſſit, quod Nos exuimus, ut Vos, & Bononienſem Eccleſiam veſtiremus, ipſi tamquam Patri, & Paſtori animarum veſtrarum plene, ac humiliter intendentes, exhibeatis eidem obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiendo devote, ac inviolabiliter obſervando; alioquin ſententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus . . . . uſque ad ſatiſfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Datum Laterani ſecundo Kalen. Junii. Pontific. Noſtri Anno primo.

GG

Part. II. Pag. 39. Lit. d.

Ex Archivo Metropolitane Bononie.
In Libro Axium pag. 80.

IN nomine Domini. Amen. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, Indictione nona, die Martis tertio intrante Octubre. Jamboncllus Albertinelli de Bolognolis de Caſtagnolo Minori, preſentibus, & conſentientibus Domino Octaviano Presbitero, Domino Presbitero Bartholomeo, Domino Octaviano Diacono dedit, & obtulit ſe cum omnibus ſuis bonis, juribus, & actionibus Deo, & Eccleſie Sancti Petri nomine, & . . . . . in manus Domini Phylippi Archid. Bonon., & Domini Bonunii Archipresb. Bonon. promittentes eiſdem reverentiam, & obedientiam manualem recipientibus ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Eccleſie S. Petri Epiſcopatus Bononie.

Actum in Canonica Bononie, preſentibus Domino Presbitero Aldrovando, Presbitero Frumento Sacriſtanis, & Johanne Rectore Eccleſie Sancte Marie de Auxilitiis, & Cazanemico de Porcuncinis, & aliis multis teſtibus vocatis, & rogatis &c.

Ego Bolviſius condam Accurſii, auctoritate Imperiali Nut. omnibus preſens fui, & ut ſupra legitur mandato ipſorum Dominorum, & Domini Jambonelli ſcripſi &c.

H H

Part. II. Pag. 40. *Lit.* b.

Ex Archivo Metropolitane Bononie.
In Libro Axium pag. 88.

IN nomine Domini Amen. Hec partes, ac diviſiones poſſeſſionum Capituli Bonon. facte, & diviſe per Dominos Canonicos Bonon. Eccleſie infraſcriptos, quorum nomina inferius declarantur, & ſcripta ſunt.

In primis, & in prima Parte poſuerunt omnes poſſeſſiones, que ad ipſum Capitulum pertinent in pertinentia, & Curia Canetulis, & Padulis Sale, excepta brayda Padulis, que fuit empta a filiis Domini Boniſatii, & Terra, que quondam fuit Bernardini poſita ad Canetulum, & Caſamentum de Canetulo, que dantur ad penſionem, & Medata ſive Domus Palee, que ſunt laboratorum, ſive conductorum, qui ſtant ſupra illa Caſamenta, que Domus, ſive Medata illi Domini, qui habebunt dictam partem, teneantur emere juſto pretio, quod ſi emere non vellent dicti habitatores poſſint ea elevare, & portare ad eorum voluntatem.

Item adjunxerunt dicte parti duas petiolas terre prative, que ſunt in Guardia Pollicini.

Sorte projecta de voluntate omnium, & ſingulorum Dominorum, ſive Capituli, & nemine contradicente devenit in partem infraſcriptis Dominis.

Domino Alberto Archidiacono Bonon.
Domino Presbitero Ugolino.
Domino Presbitero Frumento Manſionario, & Sociis ſuis.
Domino Presbitero Jacobo Manſionario, & Sociis ſuis.

In ſecunda vero parte poſuerunt Braydam de Malpaſſo poſitam in Curia Argel., ſive Canuti, & Decimam Curie, & Guardie Argelis, & omnes poſſeſſiones, quas habet Canonica Bonon. & S. Johannis, & que laborantur, & tenentur per Martinum Ferrarienſem.

Item terras, & nemora, & poſſeſſiones que ſunt in Moraſuſca.

Item terras, quas tenent, & habent Dominus Verardus Canonicus Plebis de Cento, & ejus fratres, de quibus reddunt XX Corbes frumenti, & ſunt in Moraſutica ultra Renum.

Item addunt dicte parti campum, quem tenet Dn. Paulus, in loco, qui dicitur Roncadelli in Curia Pollicini.

Item addunt dicte parti vineam de Ambroxonis poſitam in Archovezo, quam tenent Venerabilis Pater Dominus Octavianus Cardinalis, & Dominus Presbiter Ugolinus, & Dominus Oct. Nepos dicti Cardinalis.

Item addunt dicte parti Campum de Archovezo, quem tenent Dominus Presbiter Ugolinus, & Dn. Octavianus, & Dn. Presbiter Jacobus, & Socii ſui.

Item addunt dicte parti Burgum de Archovezo, quem tenet Dn. Presbiter Sancti Petri, & Ortum de Pujola verſus Apoſam.

Item

Digitized by Google

Item addunt dicte parti VIII. Corbes frumenti, quod habet Capitulum Sancte Helene a Monaſterio.

Item addunt dicte parti VI. Corbes, & dimidiam frumenti, quod habet Capitulum a Monaſterio Sancte Marie in Strata.

Sorte projecta de voluntate omnium, & ſingulorum Dominorum, ſive Capituli, nemine contradicente, devenit in partem infraſcriptis Dominis ſcilicet.

Domino Magiſtro Sinigardo Archipresbitero Bonon.

Venerabilis Pater Dominus Octavianus Cardinalis.

Domino Paulo.

Domino Rugerio.

In tertia vero parte poſuerunt Decimam de Argellata, & ejus Curia.

Item addiderunt dicti Domini dicto parti Decimam de Sanguineta.

Item addiderunt dicte parti Eccleſiam Sancti .... de Argellata, excepto populo.

Item addiderunt dicte parti Braydam de Tariano, & omnia caſamenta Biagifolii.

Item addiderunt dicte parti domum, in qua moratur Urſitus.

Item addiderunt dicte parti caſamentum Burgi de Belcornamme, quod eſt V. tornat. ſalvo plus, vel minus.

Item addiderunt dicte parti petiam unam terre poſitam in Archovezo in loco, qui dicitur Taſſinare, que eſt XVII. tornat. ſalvo plus vel minus, quam habuit huſque Dominus Cardinalis in ſua parte.

Item addunt dicte parti Braydam de Podio poſitam in contrata Archovezi, quam tenebant Dn. presbiter Frumento, & ſocii ſui.

Item addiderunt dicte parti Vineam de Bernardo poſitam in eadem cuntrata Archovezi.

Item addiderunt dicte parti Campum de Donino poſitum in Archovezo, quem nune habet, & tenet Dominus Petrus Caurizo.

Item addunt dicte parti ortum, ſive puntam Caragaide, quod, vel quam tenet Dominus presbiter Octavianus.

Item addiderunt dicte parti Campum de Luminata, quem tenet Dominus Jacobinus cum terra, & rationibus, que, & quam habet, & tenet Capitulum in territorio Hulmetule.

Sorte projecta de voluntate omnium, & ſingulorum Dominorum, nemine de dicto Capitulo contradicente, devenit in partem infraſcriptis Dominis, ſcilicet

Domino Lambertino.

Domino Octaviano.

Domino Azo.

Domino Petro Caurizo.

In quarta vero parte poſuerunt in primis Tumbam, & Domum, quam habent ad Sablunum, cum omnibus poſſeſſionibus, que, & quas habent in Sabluno, & ejus pertinentiis.

Item poſſeſſiones poſitas ad Quartum, que condam fuerunt Domini Tantidenari de Radicibus, & domos omnes ab utraque parte vie.

Item Eccleſiam de S. Siſto cum omnibus rationibus ſuis, & poſſeſſionibus.

Item Campum de Villola, & Cadamuſcho, qui primo fuit in partem Domini Jacobi.

Item VI. tornat. terre, quas nune tenet Magiſter Bernardus in Curia Villule.

Item in Ruucalgla domum, que dicitur de Auliveriis, quam tenet Dominus Azo, & ſui ſocii, & Cluſuram, ſuper qua eſt domus, & que ad ipſam Cluſuram pertinet.

Item Campum, qui eſt ex oppoſito illius domi, & Cluſure, & qui eſt in partem dicti Domini Azonis.

Item VI. tornat. terre ibi prope poſite, quas tenet Dominus Jacobinus, qui dicitur Vignale Curvulini.

Item Campum de Cantellis, qui eſt VIII. tornat., quem tenent Magiſter Bernardus, & Dominus Azo.

Item & aliam petiam terre in eadem contrata Runchaglie, que eſt, ut dicitur XXII. tornat., & eam tenet dictus Mag. Bernardus.

Item medietatem Campi Caſaraltule incipiendo verſus pontem lapideum, & veniendo verſus Bononiam.

Item de Sancto Johanne in Monte VIII. Corbes frumenti.

Item de Sancto Stephano VIII. Corbes frumenti.

Item de Monaſterio Caſtri Britonum VIII. Corbes frumenti.

Item a Monaſterio Sancti Gervaxii VI. Corbes frumenti.

Item a Plebe Montisbellii pro Eccleſia S. Apollonaris.

Sorte projecta de voluntate omnium, & ſingulorum Dominorum, nemine de Capitulo contradicente, devenit in partem infraſcriptis Dominis, ſcilicet.

Domino presbitero Octaviano.

Domino Bonifatio Archipresbitero Plebis Barbaroli.

Prebende Domini presbiteri Bartholomei.

Domino Jacobino Domini Catellani.

In quinta vero parte pro duobus aliis Dominis poſuerunt domum de Fraſſino cum tota Brayda de Fraſſino ab utraque Navigii.

Item medietatem Caſaraltule, ſcilicet omnium poſſeſſionum, quas habent in Caſaraltola.

Item omnes poſſeſſiones, que ſunt in Curia Caſtri Sancti Pauli, & in Curia Podii, & ...

Item omnes poſſeſſiones, que, & quas habent in terra, & diſtrictu Medicine, & jura Decimarum earumdem terrarum.

Item Campum de Fleſſo, quem tenebat Dominus Rogerius.

Item terram, ſive Braydam de Centocollone.

Item totam decimam de octo.

Sorte projecta de voluntate omnium, & ſingulorum Dominorum, nemine de Capitulo contradicente, devenit infraſcriptis Dominis, ſcilicet:

Domino Magiſtro Bernardo Parmenſi.

Domino Bernardo de Querceto.

Item addiderunt cuilibet parti predictarum quinque partium viginti libras bonon., que debent expendi, & poni in evidentem utilitatem Dominorum, vel alia evidenti utilitate cujuslibet partis.

Item de cumuni voluntate totius Capituli ſtatuerunt, quod nullus ex dictis Dominis, vel alius pro eis, vel eorum Nuntii debeant incidere aliquam arborem ad pedem, excepta helera, vel buſco, ſive nemore, ut dictum eſt.

Item ſtatuerunt comuni voluntate, & voluerunt durare dictas partes uſque ad XXV. annos proxime cumpletos.

Et ſi aliquo tempore aliqua lis, ſeu lites movereotur ſupra dictis Decimis, vel Prebendis, dictis Canonicis, vel alicui eorum, vel ipſi Domini Canonici, vel aliquis eorum moverent lites, Capitulum teneatur dare ſuis expenſis Sapientes neceſſarios, & Syndicum; & alia omnia fiant expenſis illorum Dominorum, quibus lites, vel qui moverent aliis.

Item de comuni voluntate voluerunt, ſtatuerunt, & ordinaverunt quod quilibet dictorum Dominorum habeat licentiam permutandi partem ei contingentem uſque ad duos menses, & a duobus menſibus io ante dicte partes in ſua firmitate perdurent.

Item ſi qui alii Domini Canooici de novo reciperentur, teneantur de novo predicta omnia, & ſingula corporaliter ad Sancta Dei Evangelia jurare firma, & rata teoere, antequam recipiantur.

Que omnia, & ſingula Statuta, & Ordioamenta, atque diviſiones infraſcripti Domini promiſerunt, & voluerunt habere rata, & tenere, ac firma, & in nullo manere, vel contrafacere, vel venire.

Nomioa autem eorum Dominorum, qui interfuerunt, ſunt iſta:

Dn. Magiſter Sinigardus Archipresb. Booon.
Dn. Presbiter Hugolinus.
Dn. Presbiter Bernardus de Querceto.

Dn. Azo.
D. Lambertinus
Dn. Octavianus
Dn. Bonifacius
} Diacooi.

Dn. Jacobinus
Dn. Petrus
Dn. Paulus
Dn. Rogerius
} Subdiaconi.

Salvo ſi aliquo tempore Eccleſia S. Siſti mutaretur, vel moveretur, ita quod dicti Domini non poſſent eam in ſuam partem habere, ſcilicet dicti Quatuor, in cujus parte fuerit Eccleſia ſupradicta, in vigintiduabus corbibus frumenti Capitulum teneatur providere eiſdem.

Sic ego Bolviſius infraſcriptus Not. juravi ad Sancta Dei Evangelia in animas omnium, & ſingulorum ibidem preſentium Dominorum, nullo contradicente, actendere, & ſervare, ut dictum eſt, in omoibus, & ſingulis Capitulis.

Actum in Orto, ſive Broylo apud Hoſpitale Cruciferorum, preſentibus Domino Johanne Picinagolo, Magiſtro Egidio Yſpaño familiare Domini Bonifatii Canon. Bonoo. ſupradicti, Domino Presbitero Frumento, Domino Presbitero Jacobo, Domioo Ramberto Manſionariis, & Domino Anſelmino Cletico & familiari Domini Bernardi Parmenſis teſtibus vocatis, & rogatis, ſub anno Domioi milleſimo ducenteſimo ſexageſimo, Indictione tereia, die Dominico quinto exeunte Setemb.

Ego Johannes Bolviſius quondam Accurſii auct. Imperiali Not. hiis omnibus Diviſionibus, Ordinamentis, Statutis per ipſos Dominos factis, & omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis interfui, & ut ſupra legitur mandato dictorum Dominorum ſcripſi &c.

Part. II. Pag. 41. Lit. a.

Vide Append. Profeſſ. Juris Civ. pag. 106. lit. CCC.



APPEN-

APPENDIX
PER NUMEROS.

MOnumentis quibuſdam in Appendicem conjiciendis Numeros aſſignaſſe Cl. Sartium, cuilibet Opus integrum legenti patere facile poterit. Mihi vero ſæpe cogitanti de ſufficienti ratione, quam ſibi Vir doctiſſimus propoſuerit in hujuſmodi negotio, divinare ſane eam non licuit. Ordo tamen tenendus eſt, & Monumenta ipſa, ſervata Numerorum ſerie, modo ſunt afferenda. Sit igitur

I.

Part. I. Pag. 14. Lit. e.

Multa habet Sartius de antiquo Codice Juſtinianèo in Vaticana Bibliotheca exiſtente, in quo, ut ipſe affirmat, ſunt Gloſſæ, ut plurimum interlineares, quas uni Irnerio tribuendas eſſe arbitratur. Scriptum non eſſe eumdem poſt Irnerium, ex eo vel maxime conjicit, quod unius Irnerii Gloſſas exhibeat; neque enim credibile eſſet, ut ipſe ait, ſi poſt Irnerium ſcriptus foret, voluiſſe illum, quiſquis fuerit, qui eum librum ſibi exſcribendum curavit, carere omnino eorum Gloſſis, & Interpretationibus, qui poſt Irnerium interpretandis legibus claruerunt. Sed errorem fortaſſe obrepſiſſe Viro Cl. de hac re tota ſic judicanti, monuit Henricus Sanclementius Monachus ex mea Congregatione, Sacræ Rituum Congregationis Conſultor, & Ordinis noſtri Cancellarius, cujus amicitia, & doctrina, qua abundat, uſus ſum, dum Romæ idem degeret, pro viſendis, exſcribendiſque nonnullorum Codicum particulis, quæ ad rem meam facere poſſent. Igitur quod ſpectat ad hunc Codicem Juſtinianèum, qui eſt n. 1427. in membrana, putat etiam Sanclementius exaratum ante Irnerii ætatem, non quia unus Irnerius Gloſſas addiderit, ſed quia Gloſſæ, quæ in eo occurrunt, revera recentioris eſſe manus videntur, & quia vel maxime vix aliquid ſpatii relictum apparet pro Gloſſis ipſis adjiciendis; atque hinc aliæ in ima, aliæ in ſumma pagina, pleræque vero interlineares ſunt, ac minimis quidem characterum formis expreſſæ. Obſervatum porro ab eodem Sanclementio, Gloſſas ipſas non unius Irnerii eſſe, ſed quaſdam etiam Accurſii, & Homoboni Cremonenſis. Pag. enim Codicis 13. retro in margine, ad calcem Gloſſæ, initiales hujuſmodi literæ occurrunt: ita Ac. Ac., *quas de Accurſio Accurſii Filio interpretatur Sanclementius. Pagina etiam 22., & 34., itemque 2., 7. retro, ſemel, ac iterum occurrit ſignum quoddam, quo Homobonum deſignari arbitratur, ita ut legendum ſit:* Sic Omobonus. *In primis tamen paginis Gloſſæ, quæ occurrunt, adſcriptum habent nomen Irnerii, quod ita effertur Y.*

Quidquid tamen ſit de hac re tota, in qua certe judicium ego non proferam, neque enim Codicem ipſum videndi datur copia; certum illud eſt, eumdem Codicem non mediocrem utilitatem afferre poſſe ad emendandos vulgatos Juſtiniani Libros.

Propoſitum fuiſſe Cl. Sartio in hoc ſpecimine exhibendo, & in aliis, quæ ſequuntur, imaginem ipſam, & formam literarum Codicis exprimere, tum ex quibuſdam ipſius Schedis, tum vero ex iis, quæ habet pag. 100. Part. I., conjicere facile eſt. Ibi enim, poſtquam multis deſcripſit Codicem Vaticanum n. 1408, in quo ſunt Gloſſæ Azonis, Irnerii, aliorumque, inquit: Quæ ut ad oculum pateant, damus in Appendice Vaticani Codicis ſpecimen. *Sed huic Viri Clariſſimi conſilio inhærendum minime duximus, non modo ob rei ipſius difficultatem, quæ maxima certe fuiſſet, ſed etiam quia hunc veluti luxum minime flagitabunt Eruditi, quibus ſatis erit ex ipſis Codicibus ea delibare, quæ vel ad eorumdem ætatem, & præſtantiam pertinent, vel ad Literariam Hiſtoriam illuſtrandam conferre poſſunt. Specimen igitur Codicis hoc eſto.*

In vulgato Codice Juſtinianèo titulus LIX. ſic habet:

De Jurejurando propter calumniam dando.

IMPERATOR JUSTINIANUS A.
Demoſtheni P. P.

IN omnibus cauſis, ſive propter literas fuerit apud te certatum, ſive propter inſtrumenta, ſive propter quicquam aliud, in quo neceſſitas probationis incumbit: ſancimus non aliter eaſdem probationes preſtare compelli, niſi prius qui eas expoſcit juramentum de calumnia preſtiterit, quod non cauſà differendi, hujuſmodi propoſuit allegationes. Nam Sacramenti timore &c.

In laudato autem Codice Vaticano ſic hujuſmodi titulus legitur; ſed primo occurrunt in ſumma pagina hæ Gloſſæ nullo ordine diſtributæ, quæ ſpectant ad hunc titulum, uſque ad ea verba vel propter.

q. ſcribit tabellio publicus.
In aut. jusjurand.
q. plta. coll. II. (*lege V.*)

C. N. hodie hoc ſacramentum remittitur cum in judicio juretur nihil ſe calumnioſe in toto negocio exigere.

 In ſum-

Digitized by Google

In ſumma vero pagina, quæ ſequitur, poſt ea verba, non odio Servorum, vel *&c. hæ Gloſſæ leguntur:*

C. N. X. io Coll. V. In iſto juramento adjiciendum eſt nullam in tota lite exigere probatiooem, oiſi q. pro veritate putet quis neceſſario exhibeodam eſſe, ne ſepius juretur.

Ut litigaotes jurent ipu. Coll. VIIII.

C. N. Principales perſooe jurent, quod nihil penitus cauſà patrocinii dederint judicibus, vel alicui perſone p. hac di. l. vel promiſerint l. ptea. dabunt per ſe, vel aliam mediam perſonam, exceptis his q. propriis advocatis pro patrociniis preſtantur, aliiſque perſonis, quibus noſtre leges dari diſponuot.

IMP. JUST. A. Demoſtheni P. P.

IN omnibus cauſis, ſive propter literas fuerit certatum, ſive propter inſtrumenta (a), ſive propter quidquam aliud (b), io quo neceſſitas probationis incumbit, ſancimus non aliter eaſdem probationes preſtare compelli, niſi prius qui eas expoſcit (c) juramentum de calumpoia preſtaverit, quod non cauſam differendo (d) hujuſmodi propoſuit allegatronem. Nam, Sacramenti timore, contentioſa litigantium inſtantia compeſcitur. Ne autem (e) ppam. in queſtionem ſervorum (f) quidam venientes ſui animi crudelitatem exercent (g), non aliter eis concedi (h) queſtionem ſervorum (i) expoſcunt ad hoc venire, vel a judicibus audiri, niſi prius, tactis Sacroſanctis Scripturis, deponant, quod oon odio ſervorum, vel (*hic finis paginæ Codicis*) propter offenſas cohe. dum ad hoc veneruot, ſed quod aliter rer. hereditariū veritatem exquirere, vel oſtendere non poſſunt (k).

Idem A. Juliano (l) P. P.

Cum A. Judices &c. (m)

§. I. Sio autem, vel dignitas &c.

§. II. Quod obſervari oportet &c.

§. III. Sin autem abſuerit.... & ipſe, vel preſente actore per ſe, vel per inſtructum procuratorem, vel etiam abſente eo, ſi hoc Judex perſpexerit, inter acta juramentum preſtet &c. (n)

II.

Part. I. Pag. 159. Lit. c.

Ex Biblioth. Vatic.

Eſt Codex n. 1428. *in Membrana in folio. Singulis paginis textus Juſtinian. duplici columna ſcribitur, ipſumque textum comitantur Accurſii Gloſſæ tum in fronte paginæ, tum in utroque margine, ac præſertim ad calcem. Textus, & Gloſſæ Accurſii eamdem referunt manum, & antiquitatem redolent ſæculi XII. Quidquid textum inter, & Gloſſas ſpatii ſupereſt, id totum ævo recentiori, adjectis Notis, ſive Gloſſellis, repletur. Atque hinc patere poteſt non uno tempore, ſed prout in alias, atque alias manus devenit Codex iſte, notulas ipſas paulatim adjectas fuiſſe. En autem nomina eorum, quorum mentio occurrit in laudatis Notulis, ſive Gloſſis.*

Pag. 41. *Inter utramque columnam textus brevis occurrit Gloſſa, in cujus fine ſcribitur.* Homob., *& certe deſignari Homobonum Cremonenſem dubitandum non eſt. Nullibi autem in eodem Codice invenitur fortaſſe nomen Homoboni ita clare expreſſum; etſi alibi inter Textum, & Gloſſam ſimiles notulæ, & ejuſdem quidem manus occurrant, in quibus ad calcem adjicitur ſignum, quo Homobonum ipſum indicari putandum ſit.*

Clarius in ipſo Codice conſpiciendum datur nomen Guidonis da Suzaria, ut pag. 15., *&* 16. *retro, itemque pag* 26., *&* 39. *retro, quibus quidem in locis nomen initiali literæ deſignatur. Pagina vero* 40. *integre ſic effertur:* Guido de Suzaria.

Aliorum etiam Auctorum nomina in laudato Codice occurrunt, & eorum brevem Catalogum modo ſubjicimus.

ANdreas de Saxulo *nominatur in fine Gloſſæ pag.* 27., *ejuſque longiorem Gloſſam inveno pag.* 26., 27., *&* 28.

Andreas de Bavello *inſcribitur ad finem Gloſſæ pag.* 17., *itemque pag.* 204. *retro.*

Richardus de Senis *pag.* 30. *retro, & alibi.*

Richardus de Hiſpania *citatur in fine Gloſſæ pag.* 36. *retro.*

Bartholus de Saxo Ferato *pag.* 55.

Nicolaus Buſulus *pag.* 50.

Oddofredus *pag.* 41., *& alibi.*

Jacobus Balduinus *pag.* 10., *& alibi paſſim.*

Barthol. de Capua. *Atque hujus quidem Gloſſellæ ſæpius occurrunt in toto Volumine. Modo autem ejus nomen integre inſcribitur, modo vero initialibus tantum literis* B. C.

Aliorum item nomina occurrunt, quæ tamen integre non inſcribuntur, ut ſuperiora. Ita exempli gratia:

Thom. de Form.

Franc. de Theſ.

Petr. de B. Pnca.

Mar. Sy. (*id eſt* Martinus Solimanus).

Ejus nomen legitur pag. 56. *in ſumma pagina his notis conſignatum:* M. Sy. *Pag.* 63. *ad calcem inveniuntur literæ* Mar. Sy. *ſemel, & iterum* tit. de Jurejuraodo propter calumniam daodo. *Rurſum pag.* 65., *& alibi deinceps, ut pag.* 197., *ubi occurrunt etiam hæc duo nomina:*

Nico-

(a) *In margine:* alicujus Cirographi.

(b) *Gloſſa interlinearis:* Ut propter ſervum queſtioni ſubdendum.

(c) *Gloſſa interlinearis:* q. hodie ſuperfluum ppt. novellam conſtitutionem in iſto juramento.

(d) *In editis:* cauſa differendi.

(e) *Gloſſa interlinearis:* Hic de Sacramento exigentis probationem.

(f) *Gloſſa interlinearis:* Hic autem aliud de Sacramento queſtionem de ſervis fieri poſtulantis.

(g) *In editis:* exerceant.

(h) *In margine:* ſive remanſerint io ſervitute, ſive relicta ſit eis libertas.

(i) *Gloſſa interlinearis:* habendam de corporibus ereditariis y. res ereditarias detinent.

(k) *Deſunt notæ Chronicæ.*

(l) *In editis:* Johanni.

(m) *In editis:* Cum (&) Judices. *Sed melius arridet:* Cum autem Judices, *ut hic legitur.*

(n) *Hæc lex prælonga pauciſſimas habet Gloſſas.*

Google

Nicolaus de Maſtarellis.
Jo: de Vigintimiliis.

His adde Jordanem de Sancto Felice, *qui expreſſe nominatur pag.* 1. *retro*, Jacobum de Raveniaco *pag.* 23. *retro*. Franciſcus *quoque de Accurſio non ſemel memoratur*.

III.

Part. I. *Pag.* 168. *Lit.* a, *Pag.* 176. g, *Pag.* 227. b.

Vide Num. II. *Pag.* 188.

IV.

Part. I. *Pag.* 19. *Lit.* e.

Cod. Palat. Vaticanus n. 580. *continet Canonum Collectionem in IV. partes diſtributum. Scriptus procul dubio ante ſæculum XI. omnium, qui viderunt, judicio.*

Incipiunt Kap. Partis Prime. (a)

I. QUod Symon Petrus vere fidei merito primus fuerit &c. (b).
II. Quod in novo Teſtamento poſt Chriſtum Dominum Noſtrum a Petro ſacerdotalis ceperit Ordo (c).
III. Quod a Petro ceperit Exordium & Apoſtolatus, & Epiſcopatus in Chriſto. (d)
IV. De eadem re (e).
V. Quod Petrus Clementem Epiſcopum Romanis ordinaverit (f).

Hic animadverte, quod in ipſo Codice habetur Caput, quod non eſt in Indice, qui præfigitur Primæ Parti ipſius Codicis: eſt autem Caput XXV. ita inſcriptum:
De Privilegio Beato Petro Domini vice ſolummodo commiſſo, & de diſcretione poteſtatis, que inter Apoſtolos fuit.

Incipit ab his verbis:
Atque hoc privilegium &c.

In margine autem legitur:
Kap. Melchiadis Pp. LIII.

Sequuntur alia Capita uſque ad CXVIIII.

CXIX. Epiſtola totius Africani Concilii ad Pp. Celeſtinum Urbis Rome Epm, (g) in qua poſtulant, ut ſecundum Decreta Nicena, ſive ipſi Epiſcopi, ſive inferioris gradus Clerici ſuorum Metropolitanorum judicio committi debeant.

Item ex Regiſtro Beati Gregorii quedam Kap. ad eandẽ primã partem reſpicientia.
CXX. De Privilegio Apoſtolice Sedis (h).

Item Kap. Legis Romane ad eandẽ primam partem pertinentia.
CXXIX. De ordine Patriarcharum (i).

Papa romanus prior omnibus Epiſcopis, & Patriarchis ſedeat; & poſt illum Conſtantinopolitane Civitatis Archiepiſcopus.
CXXX. De Archiepiſcopo (k).....
CXXXI. De Archiepiſcopo Carthaginenſe (l).
CXXXIII. Siquis contra Metropolitanum adire Poteſtatem maluerit (m).
CXXXIV. Si Clericus, vel quivis alius contra Epiſcopum adire Poteſtatem maluerit (n).

Huic Parti adſcriptum eſt in ſingulis paginis:
De Primatibus.

Secunda Pars continet de honore competenti, ac dignitate, & diverſo negotio Epiſcoporum, & Corepiſcoporum.
I. De Aaron primo Pontifice, & de unguento q. perunctus eſt (o).
II. Quod primus Aaron ſacerdotale nomen accepit &c. (p)
CCIV. De Epiſcopo, qui infirmitatem, aut aliquam hebetudinem ſenſus inciderit, aut officium honoris amiſerit (q).
CCV. De eadem cauſa (r).
CCVI. De hoſpicio Epiſcopi (s).

Sequuntur ordinatim alia Capitula Valentini ejuſdem Concilii uſque ad Cap. XXVI., quod eſt CCXXVIII. hujus Secundæ Partis.

Item de Corepiſcopis.
CCXXIX. Quod non oporteat Corepiſcopos Clericos ordinare, niſi in agris, & villulis (t).

Sequuntur tria Capitula.

Item ex regiſtro Beati Gregorii quedam Kap. ad ſuperiorem ſecundam Partem pertinentia.

Sunt numero quinquaginta.

Item Capitula Legis Romane ad eandem ſecundam Partem pertinentia.
CCLXXXVII. De Epiſcoporum ordinatione (u).
CCLXXXVIII. Si Epiſcopus ante conſecrationem ſuam, vel poſtea venerabili loco res ſuas obtulerit (x).
CCIII. De ſucceſſoribus ab inteſtato veniente

(a) *Littera minio.*
(b) *Notula omnes, quæ ſequuntur, ſunt in Codic. margine, & adjacent ſingulis Capitulis.* Clementis Pp. Kap. I.
(c) Anacleti Pp. K. XXIV.
(d) Felicis Pp. K. XII.
(e) Ex Kap. Niceni Concil., que addita ſunt ab eodem Felice Pp.
(f) Clementis Pp. II.
(g) Concil. African. Kap. CVI.
(h) Ex Regiſtro partis ſecunde K. CLXII. ad Jo: Subdiac. de Confecr. Mediol. Epiſc.
(i) Ex novella Lege Romana Lib. I. K. DVII.
(k) Ex eadem novel. K. DVIII.
(l) Ex eadem novel.
(m) Ex eadem novel. Kap. CCCLXV.
(n) Ex eadem novel. Kap. CCCCLXIII.
(o) Clementis Pp. Kap. LVIII.
(p) Anacleti Pp. K. XXIII.
(q) Concil. Auraſic. K. XXX.
(r) Concil. hab. Valentia K. I.
(s) Ejuſdem K. II.
(t) Concilium Ancyran. K. XII.
(u) Ex primo lib. novel. Kap. XXV.
(x) Ex eadem novel. Kap. CCCCXXXI.

niente Epiſcopi, vel Clerici, vel cujuslibet alterius religioſe Perſone (a).

Tota Pars Secunda de Epiſcopis eſt.

Pars Tertia continet de Synodo celebranda, & vocatione ad Synod., de Accuſatoribus & Accuſationibus, de Teſtibus, & Teſtimoniis, & de Expoliatis injuſte, de Judicibus, & Juditiis Eccleſiaſticis, vel Secularibus.

Incipiunt Capitula Partis ejuſdem:

I. Formula ſecundum quam debet Sancta Synodus in Dei nomine fieri (b).
II. Quid Canon regula, & Synodus ec. (c).

Sequuntur Capita uſque ad CXIII.

CXIV. Quod per ſingula Territoria debeant Presbiteri, vel Miniſtri per ſingulos Annos a ſuis Epiſcopis proprium petere Chriſma &c. (d)

Incipit:

Per ſingula Territoria Presbiteri, vel Miniſtri ab Epiſcopis non prout &c.
CXV. De eadem re (e).

Incipit:

Presbyteri qui per Dioceſes Eccleſias regunt &c.
CXVI. Qualiter Presbyter ſuſcipiendus ſit, ſi veniat ad Eccleſiam alterius Epiſcopi cauſa viſitandi. (f)
Require ſupra in Parte Secunda de Epiſcopis.
CXVII. Ad reatum Epiſcopi pertinere, vel ejuſdem Presbyteri qui Parochie preeſt, ſi adoleſcentiores vidue, & ſanctimoniales &c.

Incipit:

Ad reatum Epiſcopi pertinet &c.

Sequuntur alia Capita uſque ad CLVII.

CLVIII. De Pſalmiſte Ordinatione.

Sequuntur alia Capita uſque ad CXCI.

Item ex Regiſtro Beati Gregorii.
CXCII. De Sanctis quatuor Synodis recipiendis (g).
CXCIII. Qualiter Synodale Concilium celebrari debeat (h).

Sequuntur alia Capita uſque ad CCXX.

CCXXI. Item exemplum Legum ex diverſis Cauſis.

Incipit his verbis:

Exemplum legis de perſona Presbyteri hoc attendendum eſt, quia ſi quam cauſam habuit, non ab alio teneri, ſed Epiſcopum ipſius adiri debuit. Sicut hec novellarum Conſtitutio manifeſtat que eloquitur. De ſcriniis, & Deo amabilibus, ac reverentiſſimis Epiſcopis, & Clericis, & Monachis imperante Juſtiniano pp. ag. Petro glorioſiſſimo pp. Kap. LIII. Si quis contra aliquem &c. *Poſt pauca ita proſequitur:* Ne vero objiciatur, quia ecce de eodem Clero loquitur non de Presbytero, ſciendum eſt, quia ſuperius in eadem Conſtitutione quinquageſimo primo Capitulo legitur, appellationem Clericorum &c.

Animadverte quod in Indice Capitulorum huic III. Parti præfixo deeſt folium, in quo continebantur tituli Capitulorum decem ex Regiſtro Beati Gregorii, & reliqui tituli, qui hic a nobis ſubjiciuntur, quemadmodum ſunt in ipſo Codice.

Item Kap. Legis Romane ad ſupraſcriptam tertiam partem pertinentia.
I. De Sanctis quatuor Conciliis. (i)
Quatuor Sanctorum Conciliorum Canones pro Lege habeantur &c.
II. De Conciliis Epiſcoporum per ſingulos Annos faciendis (k).

Sequuntur octo alia Capita.

Incipit de Quatuor Synodis principalibus.
Canon grece, latine regula nuncupatur &c.

Item ratio de Canonibus Apoſtolorum, & de ſex Synodis principalibus.
Apoſtolorum Canones, qui per Clementem R. Pontificem, ſicut quidam aſſerunt, dicuntur eſſe translati, ſunt L. Prima autem Synodus in Nicea &c. *ſic vero definit:* ſexta in Conſtantinopoli CL. Patrum contra Macharium Antiochenum, & ſocios ejus, qui &c.

Item brevis Annotatio de reliquis Synodis.
Prima annotatio. Aquiſane Synodi, que ante Nicenam fertur feciſſe &c. *Definit:* Vigeſimaquarta item Lugdunenſis, in qua Patres XX. ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime item Priſcus Lugdunenſis Epiſcopus extitit.

Item Annotatio de Decretalibus Apoſtolor.
Incipit: Silveſter Papa a Petro trigeſimus quartus &c. *Definit:* Gregorius II. a Petro XCI. ſcripſit Capitula XVII. omni Eccleſie ſervanda cum Patribus XXXIII., eaque ſub anathematis vinculo alligavit.

Hæc Tertia Pars in ſuperiori margine inſcribitur: De Synodo celebranda.

Quarta Pars continet de congruenti dignitate, & diverſo negotio Presbyterorum, & Diaconorum, ſeu reliquorum Ordinum Eccleſiaſticorum.
I. Quod bipertitus ſit Ordo Presbyterorum (l).
II. De Ordine Presbyterorum, & Diaconorum (m).
III. De eadem Cauſa (n).

IV. De

(a) Ex eadem novel. Kap. DXXIII.
(b) Kap. prefationis Yſidori I.
(c) Ejuſdem K. III.
(d) Concil. habit. in Civit. Vaſenſi K. III.
(e) Concil. hab. in Civit. Vaſen. Kap. LXXXVII.
(f) Concil. ejuſdem Kap. LVI.
(g) Ex Reg. p. II. ad Savinum Subdiaconum.
(h) Ex Reg. p. I. Kap. CCLXXVI. predicto Jo: defen.
(i) Ex novel. Legis Rom. Kap. DVI.
(k) Ex eadem novel. Kap. CCCCXXXVIII.
(l) Ex Epiſtola Anac. Pp. miſſa omnibus Epiſcopis, & reliquis Sacerdotibus Kap. XVIII. ad medium.
(m) Can. Apoſtolorum Kap. II.
(n) Anacl. Pp. Kap. XVIII. ad finem.

Digitized by Google

IV. De Ordinationibus Presbiterorum, & Levitarum (a).

V. De Ordinibus Eccleſiaſticis. (b)

VI. De Promotione ſingulorum Ordinum Eccleſiaſticorum (c).

Sequuntur Capita uſque ad CXXIIII.

Hucuſque de Presbiteris, & Diaconibus, ab hinc de ſolis tantum Diaconibus.

CXXV. De Miniſterio Diaconorum, & quod tamquam oculi ſint Epiſcopis. (d)

Sequuntur uſque ad CXL.

Hucuſque de Diaconibus, ab hinc de Subdiaconibus.

CXLI. Quid Subdiaconus cum ordinatur de manu Epiſcopi accipiat, quid vero de manu Archidiaconi (e).

Sequuntur Cap. uſque ad CL.

Hucuſque de Subdiaconibus, ab hinc de reliquis Ordinibus.

CLI. Qualiter Acholitus ab Epiſcopo ſit ordinandus (f).

Sequuntur uſque ad Cap. LXI.

Item ex Regiſtro B. Gregorii quedam Kpla. ad ſuperiorem partem pertinentia.

CLXII. Quales ad Sacrum Ordinem provehi debeant (g).

Ita habetur in Indice Capitum præfixo huic Parti IV., ſed in Codice ipſo deſunt Capita omnia ex Regiſtro B. Gregorii. Verum poſt Cap. CLXII. hæc leguntur:

Incipit de ſeptem gradibus Eccleſiaſticis B. Jeronimi Presbiteri ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum.

Sufficere quidem fidei tue arbitror converſationem ſanctam, quam habes in Chriſto Jeſu &c. *Definit:* ſicque omnes diſpoſitiones in Eccleſia Chriſti hominem: *Et definit pariter Codex, qui mancus eſt.*

In indice vero proſequuntur Capitulorum Tituli.

CLXIII. Quales ſunt Ordinandi Presbiteri Parochiales (h).

Sequuntur uſque ad Cap. CLXXXII. deinde in Indice ipſo Capitulorum hæc habentur:

De pollutionibus interrogatio Auguſtini, & Reſponſio Gregorii.

Si poſt inluſionem, que per ſomnium ſolet accidere, ut Corpus Domini quilibet accipere valeat, vel ſi Sacerdos ſit, ſacra miſteria celebrare?

Reſponſio Gregorii.

Equidem hunc Teſtamentum Vet. Legis, ſicut in ſuperiori Cap. jam diximus, pollutum dicit, & niſi lotus aqua, & uſque ad veſperum intrare Eccleſiam conceditur. Quod tamen aliter populus ſpiritualis intelligens ſub eodem intellectu accipiet, quo prefati ſumus, quia quaſi per ſomnium illuditur qui temptatur immundicia, veris imaginibus in cogitatione inquinatur; ſed lavandus eſt aqua, ut culpas cogitationis lacrimis abluat; & niſi prius ignis temptationis receſſerit, ſe non ſe (*ſic*) quaſi uſque ad veſperum cognoſcat. Sed eſt in eadem iuluſione neceſſaria valde diſcretio, que ſubtiliter penſari debeat. &c. *definit*, ecce itaque eſt homo, ut ita dicam, captivus & liber; liber ex juſtitia quam diligit, captivus ex delectatione quam portat invitus.

Quod nihil proſit Sacerdoti etiam ſi bene vivat, ſi male viventes tacendo non contradicit.

Quod vero dicit Apoſtolus, ut nos formam debeamus exhibere fidelibus &c.

Hæc Pars IV. inſcripta eſt in ſuperiori margine:

De Presbiteris, & Reliquis Ordinibus.

Part. I. Pag. 314. Lit. a.

Codex Vaticanus Num. 1378. *in membrana in folio ſcriptus XII. vel XIII. Sæc. continet Hiſpani cujuſdam, Laborantis nomine, Gloſſas ad Collectionem Decretalium Innocentii III. a Petro Beneventano concinnatam. Præmittitur in Codice Innocentii Conſtitutio univerſis Magiſtris, & Scholaribus Bononiæ commorantibus data. Ad eandem vero Conſtitutionem incipiunt Gloſſæ, ubi hæc inter cætera leguntur:*

Dominus & Sanctiſſimus Papa Innocentius eminentis ſcientie, & perſpicaciſſimi ingenii decretales epiſtolas uſque ad XII. annum per Notarium virum providum, & diſcretum, & Magiſtrum quondam Bononie ſub competentibus titulis compilavit. Super quarum compoſitione ego Laborans Vir Hiſpanus in expoſitione Gloſſularum veniam poſtulo a Lectore.

Definit Codex in Tit. de Sententia excommunicationis Conſtit., *quæ incipit:* Idem Doctoribus Decretorum Bonon. *Inter alia, quæ Strigon. Archiepiſcopus proponi fecit, nos recolimus reſpondiſſe &c.*

V.

Part. I. Pag. 248. Lit. a.

Codex Biblioth. Barberinæ n. 1881. *eſt in membrana in 4. nitide ſcriptus, atque ex caractherum forma certam conjecturam facere poſſumus, eundem ſæculo* XIII. *fuiſſe conſcriptum. Eorum autem, quæ in ipſo continentur, hoc ſpecimen eſto.*

Incipit in hæc verba:

IN Trinitatis nomine (i) ſancte & individue
Incipit hinc feliciter iſtius libri ſeries
Quem Sactus ex Italia Anſelmus qq.(k) Potifex
Lucane

(a) Zephirini Pp. K. XIV.
(b) Gai. Pp. Kap. VI.
(c) Silveſtri Pp. Kap. VII.
(d) Clementis Pp. Kap. XII.
(e) Concil. hab. Valen. Kap. XCIII.
(f) Concil. hab. Val. Kap. XCIIII.
(g) Ex Reg. Part. II. Kap. CLXXIX. ad Columbanum Epiſcopum.
(h) Ex eod. Reg. par. II. Kap. LIII. ad Epiſcopum Sipontinum.

(i) *His verbis Rhythmus continetur, quem dividas oportet hoc modo:*

In Trinitatis nomine
Sancte, & individue
Incipit hinc feliciter
Iſtius libri ſeries,
Quem ſanctus ex Italia
Anſelmus quondam Pontifex
Lucane fuit Eccleſie
Vir prudens &c.

(k) qq. *quondam.*

Lucane fuit Eccleſie.
Vir prudēs, ac catholicus in Chriſti fide ſervidus
Carpſit ex toto Canonum Patrum Ss. corpore
Utiliora colligens (a) proficui noſtrū providens
Et de cauſis omnibus ſibi convenientibus
Singulos compoſuit in hoc volumine codices.

Præmittuntur deinde nomina Romanorum Pontificum a Beato Petro Apoſtolo uſque ad Urbanum natione Francigenam ex Patre Milone de oppido Caſtilionis, qui ſed. ann. XI. m̄. IV. d. XV. = *ubi etiam nonnulla interſeruntur, quæ ad hiſtoriam Eccleſiaſticam pertinent. Bina hic exſcribam exempla ſpeciminis loco.*

Zacharias an. X. *m.* IV. d. XIII.

Hic Francorum Regem Karolum fratrem Pipini fecit clericum, & *miſit* eum in Caſſinenſe Monaſterium fieri Monachum. Cui *etiam* Monaſterio dona plurima *cum* privilegio Apoſtolice Sedis contulit. Hic ob infeſtationem Aiſtulfi Regis Longobardorum pergens Franciam unxit Pipinum fratrem Caroli Regis, & duos filios ejus in Reges Francorum. Qui Rex ſimul veniens cum eo Italiam, abſtulit Ravennam & XX. alias Civitates eidem Aiſtulpho, & ſub jure Sancti Petri redegit; unde etiam Patricius Romanus eſt effectus.

Paulo inſerius:

Adrianus *an.* XIII. m. X. d. XVII. Hujus precibus vocatus Carolus Magnus ſupranominati Pipini Regis filius obſedit Longobardos in Papiam, ubi cepit Deſiderium Regem & uxorem ejus, quos capiens portavit in Franciam. Et reddidit omnia, que Pater ejus Pipinus dederat Beato Petro, adjuncto quoque ei Ducatu Spoletanu, & Beneventano. Ob hoc & ipſe Patricius Romanorum eſt dictus.

Præmittitur item ſeries Imperatorum a Nativitate Chriſti uſque ad Conſtantinos Heraclii fratrem & filium, adjecta inſuper annorum periodo, qua quilibet Imperator regnavit, quæ omnia exſcripta ſunt ex Chronica Bedæ Presbyteri.

Poſt hæc pag. 1. Collectionis Canonum exhibetur idea totius Operis in hæc verba, quæ exſcribenda ducimus.

Incipit capitulatio librorum, quos Beatus Anſelmus Lucenſis Epiſcopus de coequalibus cauſis ſingulos in hoc volumine libros compoſuit.

I. De poteſtate & primatu apoſtolice ſedis.
II. De libertate appellationis.
III. De ordine accuſandi, teſtificandi, & judicandi.
IV. De privilegiorum auctoritate.
V. De ordinationibus Eccleſiarum, & de omni jure ac ſtatu illarum.
VI. De electione & ordinatione, ac de omni poteſtate, ſive ſtatu Epiſcoporū.
VII. De vita & ordinatione Clericorum.
VIII. De lapſis.
IX. De Sacramentis.
X. De conjugiis.
XI. De penitentia.
XII. De excomunicatione.
XIII. De vindicta, & perſecutione juſta.

(a) proficui, *mendoſe pro* profectum.

Explicit adnotatio precedentium librorum.

Hinc immediate ſequitur:

Incipit autentica & compendioſa Collectio regularum, & ſententiarum Sanctorum Patrum, & auctorabilium Conciliorum facta tempore VII. GG. Sanctiſſimi Pp. a Beatiſſimo Anſelmo Lucenſi Epiſcopo eius diligenti imitatore, & diſcipulo; cujus juſſione & precepto, ... hoc opus.

Libri Primi Capitula numerantur XCIII. Nonnulla ex eiſdem notatu digna videntur.

Sunt autem hujuſmodi:

LXXVI. De conſtantia Pp. Agapiti contra Juſtinianum Aug., quem tandem ad pedes ſuos humiliatum vidit.

LXXVII. De obedientia, & honore, quem Tiberius Imperator exibuit Pp. Conſtantino.

LXXIX. Quando Greg. Papa regnum a Leone Imperatore ſeparavit propter ejus impietatem.

Similia fere ſunt, ſive ejuſdem generis, quæ ſequuntur Capitula uſque ad num. LXXXIX.

Caput ſecundum continet Capitula num. LXXVIII. in quibus fuſè de jure appellationis ad Romanum Pontificem diſſeritur. Exſcribimus hic Capitulum LXXII. ſi quid ad Hiſtoriam Raven. conferre poterit, quod tamen cum Vaticani Codicis exemplari conferendum ob menda, quæ in ipſo occurrunt:

Conſtantinus natione Syrus ordinavit Felicem Archiepiſcopum Ravennatem, qui ſecundum .... ſuorum ſolitas noluit in ſcrinio facere cautiones, ſicut per potentiam judicum expoſuit, ut Pontifex maluit. Venit autem & Benedictus Archiepiſcopus Mediolaneoſis orationis voto, & ſuo ſe Pontifici preſentare. Altercavit autem & pro Eccleſia Ticinenſi, ſicut convictus eſt, eo quod a priſcis temporibus Sedi Apoſtolice ejuſdem Ticinenſis Eccleſie Antiſtes ad conſecrandum pertinebat, & pertinet &c.

Libri III. Capitula numerantur CXXIII. Quorum LXXXIV. pertinent ad loca communia de ordine accuſandi, & teſtificandi; reliqua vero, veluti a primis ſejuncta, in corpore per hæc verba indicantur:

Incipiunt Capitula, que ex grecis, & latinis Canonibus, & Synodis Romanis, atque decretis Preſulum, ac Principum Romanorum ſparſim collecta ſunt. Et Angelranno mediomatrice Urbis Epiſcopo Rome a Beato Papa Adriano tradita ſunt XIII. Kal. Oct. Indict. VIIII., quando pro ſui negocii cauſa agebatur.

Capitulum autem, quod immediate ſequitur num. LXXXV. eſt hujuſmodi:

Quod Dei ordinationem accuſat, qui Epiſcopos accuſat.

Multa vero in his Capitulis afferuntur ex Synodo Chalcedonenſi, præſertim ſub finem, nec non ex Synodo Romana ſub Felice, tum vero etiam ex actionibus VI. Synodi. CCLXXXVIIII. Epiſcoporum, ex Epheſino Concilio, aliiſque.

Amanuenſis vitio, Canones, & Decreta hæc

omnia,

Digitized by Google

omnia, quæ commemoravimus, confuſa ſunt, neque ſuo loco poſita. Inter ſubſcriptiones actionum ſextæ Synodi hæc occurrit:

Theodorus humilis Presbiter Sancte Ravennatis Ecclesie locum gerens Theodori Beatiſſimi Archiepiſcopi.

Sed de his in Concil. Gener. Labbæi.

Capitula libri IV. num. LVII. de Privilegiis pertractant, nihilque in iiſdem reperitur, quod ad idem argumentum non ſpectet. Idem fere dicito de iis argumentis, quæ in rubrica ſuperius exſcripta commemorantur. Lib. V. Capitula numerantur LXXIII. lib. VI. CCXI. lib. vero VII. CCI.

Deſiderantur in hoc Codice reliqui libri uſque ad XIII. Sub finem autem alia nonnulla Decreta, & Canones afferuntur, ſed ex variis incertiſque fontibus deprompta, nullo ſervato ordine, & prætermiſſo etiam in quibuſdam toto argumento.

Poſtrema pagina binas epiſtolas continet, ſed alienæ ſunt, recentioriſque manus. Eaſdem autem hic exſcribemus.

Innocentius Epiſcopus ſervus Servorum Dei R. Cappellano Ecclesie Sancti Juliani ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Per preſentia tibi ſcripta mandamus quatenus dilecto filio noſtro J. Priori, & fratribus Ecclesie Sancti F. (*ideſt* Fridiani, *ut patet ex altera epiſtola*) obediat, utpote quibus a nobis Sancti Pantaleonis Ecclesia eſt commiſſa. Quod ſi eis obedire contempſeris, noveris eiſdem a nobis licentiam datam eſſe te exinde amovendi, & locum ipſum ad honorem Dei, & ſalutem Ecclesie ordinandi. Dat. Rom. Kal. Novemb.

Innocentius Epiſcopus ſervus Servorum Dei Raimundo Ruſtico, atque Baroni Presbiteris ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Non dubium vobis eſt quod Ecclesiam Sancti P. (*ideſt* Pantaleonis, ut *ex ſuperiori epiſtola*) ad reformandam in eodem loco religionem dilectis filiis noſtris J. Priori, & Fratribus Sancti Frid. Ecclesie commiſimus. Proinde apoſtolica vobis auctoritate precipimus, ut quod a nobis exinde factum eſt, irrefragabiliter obſervetis. Et neque in eadem Ecclesia, nec in aliquo loco ad eam pertinente abſque eorundem Fratrum licentia maneatis. Quod ſi contradictores extiteritis, niſi infra xv. dies poſt ſuſceptionem preſentiarum literarum ab hujuſmodi pertinacia reſipueritis, ex tunc divinum vobis officium interdicimus. Data Lat. 11. Id. Octob.

Atque hæc ſufficiant quoad Specimen hujus Collectionis Canonum. Non omittendum tamen, Cod. Vatic. num. 1364. hanc eandem Collectionem Canonum continere; neque in eo deſiderari poſtremos libros. Quapropter & illius Specimen dabimus.

Codex iſte eſt in membrana in quarto ante XII. ſæculum conſcriptus. Nullibi Anſelmi nomen præfert. Eadem vero continet, quæ in Barberino Codice habentur ſub nomine Anſelmi Lucenſis. In XII. libros dividitur, atque, ſi excipias librum XI. de Pænitentia, reliqui reſpondent iis, qui in Barberino notantur. Singula fere capita, & argumenta præferunt nomen Romani Pontificis, ex quo deſretum ſumitur. Alia nonnulla præmittunt nomen alicujus Concilii, vel S. Patris, quandoque etiam Imper. Placet autem nonnulla adnotare, quæ ex M. Gregorio deprompta ſunt.

Cap. LXX. libri primi.

Quod nemo poteſt accedere ad B. Pauli corpus, & ſudarium ejus, de cujus catena interdum limari poteſt, interdum non.

Gregorius Conſtantine *Imperatrici* &c. Sudarium B. Pauli Apoſtoli &c.

Cap. LXVIII. libri ſecundi.

Quod Conſtantinopolitana Ecclesia, ſicut & cetere omnes, Romane Sedi debet eſſe ſubjecta.

Gregorius Ap. (*legendum* Johanni, *ut in editis*) Siracuſano, *inter cetera*. Nam de Conſtantinopolitana Ecclesia, que dicitur, quis eam dubitet Sedi Apoſtolice eſſe ſubjectam &c.

Lib. III. cap. XXX.

Ut ſi laicus contra clericum cauſam habeat, Epiſcopum adeat.

Gregorius Romano defenſori Sicilie. Pervenit ad nos, quia ſi quis contra quoslibet Clericos cauſam habeat deſpectis eorum Epiſcopis &c.

Lib. III. cap. 69.

Quod damnatio, & abſolutio ejus irrita eſt, cujus cauſa non eſt ſubtiliter examinata, & propter extortam confeſſionem damnari nullus debeat.

Gregorius Conſtantino Epiſcopo Mediolanenſi. Perlectis epiſtolis, quas ad nos per Marianum latorem preſentium tranſmiſiſtis, gratam nobis ſollicitudinem &c.

Ejuſdem lib. III. cap. 89.

Commonitorium Pape Gregorii Johanni Defenſori, quia lit. agere debeat de quibuſdam Epiſcopis injuſte damnatis, & de Presbiteris quibuſdam &c.

Gregorius commonitorium (*in editis vocatur* Capitulare 1. & 51.) Johanni Defenſori eunti in Hyſpaniam. In primis requirendum de perſona Presbiteri dilectiſſimi fratris, & Coepiſcopi noſtri Januarii, & ſi ita ſe veritas habet, ſicut ejuſdem Epiſcopi petitio continet, in Ecclesia atque loco ſuo idem Presbiter modis omnibus revocetur &c.

Quatuor occupat paginas Commonitorium iſtud.

Eodem libro cap. 99.

Quod primis (*in Codice eſt* pp.) Defenſoribus adjunxit regionarium honorem, & ut inter Clericos ſedent.

Gregorius Bonifacio primo Defenſori: *poſt pauca*. Quia igitur Defenſorum officium in cauſis Ecclesie, & obſequiis noſcitur laborare Pontificum, hac eos conceſſa perſpeximus reconpenſationis prerogativa gaudere, conſtituentes, ut ſcilicet in Schola Notariorum, atque Subdiaconorum per indultam longe retro Pontificum largitatem ſint regionarii conſtituti &c.

Cap. ſequenti C.

Q. Pp. Gregorius Romano defenſori adauxit honorem.

Gregorius Pet. Subdiacono Sicilie de divinis cauſis: *inter cetera*: Romanum Deſenſorem in gratia familiaritatis recepi. Coram Clero polypticum deduxi Presbiterum, & auxi. In loco eum Superiorum inter Deſenſores poſui &c.

Cap. CVIIII. ejuſdem libri.

Quod Spiritum Sanctum blaſphemant, qui contra ſacros Canones perverſe agunt.

Gregorius Pp. Johanni Epiſcopo Corinthiorum. Equitatem atque ſollicitudinem Secundini Fratris, & Coepiſcopi noſtri, que olim nobis bene erat cognita, etiam ſeries judicata monſtravit. In qua re valde placuit, letoſque reddidit &c.

Plurimæ aliæ Divi Gregorii epiſtolæ afferuntur libris ſeqq., quas tamen hic omittimus, cum in vulgatis Gregorii libris habeantur. Aliqua tantum hic adiiciemus de iis libris, qui in Cod. Barberino deſiderantur. Sed primo notandum, numerum Capitulorum in hoc Codice minime reſpondere iis, quæ in Barberino notavimus. Ita ex. gr. Lib. primus continet Capitula LXXXIX., ſecundus LXXXII. Lib. tertius CXVII. Lib. quartus LV. Lib. quintus LXXVIII. Lib. ſextus CCI. Lib. ſeptimus CCIX.

Liber VIII., ut jam ad rem veniamus, inſcribitur de Lapſis. *Continet Capitula XXXIX., in quibus primo generatim agitur de Clericis, tum de Epiſcopis, Presbyteris, cæteriſque in minoribus ordinibus conſtitutis. Ac plura hoc libro afferuntur decreta ex Gregorio M. Quædam etiam ex Siricio Pp., & Cypriano.*

Libri IX. Capitula ſunt LXIX., in quibus de Sacramentis fuſe agitur. Decreta, quæ ibidem continentur, ex Alexandro Urbis Romæ Epiſcopo, ex Silveſtro, Leone, Gelaſio, Clemente, Innocentio, Melchiade deprompta ſunt. Quædam etiam Cypriani, Gregorii M., & Auguſtini nomen præſeferunt.

Liber X. habet Capitula LXXIII. In iis de Sacramento Matrimonii materia omnis exponitur, definitque liber in explicandis cognationis gradibus. Præter Gregorii, Hieronymi, aliorumque Summorum Pontificum nomina ad Caput 29. de Separatione Conjugatorum, qui filium defunctæ ſuſceperunt, citatur Deuſdedit Sanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ Epiſcopus Gordiano Hiſpanienſis Eccleſiæ Coepiſcopo, & Fratri dilectiſſimo &c.

Ad Caput XXXIV. recitantur duodecim anathematiſmi S. Gregorii M. circa rem Sacramentariam. En initium;

Si quis Presbiteram
Si quis Diaconam
Si quis Monacham
Si quis Comatrem
Si quis Sororem
Si quis Neptem &c.
} in conjugium duxerit anathema ſit.

Libri XI. Capitula ſunt LXXV. De Excommunicatione ibidem agitur. Atque illud inter cætera affertur ex Gelaſio Pp. Quod Acacius juſte, & canonice ſit damnatus. *Hæc declaratio ſub nomine Gelaſii habetur pagina 245. ac definit pag. 254. Sic incipit:* Gelatius Epiſcopis Dardanie. Valde mirati ſumus, quia veſtra dilectio quaſi novam, & veluti difficilem queſtionem &c.

Liber tandem XII. Capitula XXVIII. complectitur de vindicta, & perſecutione juſta. *Pleraque, quæ hoc libro continentur, ſunt Auguſtini, & Gregorii, ſi nonnulla Gelaſii excipias.*

VI.

Part. I. Pag. 271. Lit. e.

Codex Vaticanus n. 2280., magnæ molis ex membrana in fol. maximo, ſæculum XIII. non antecedit: continet Huguccion. Sum. ſup. Decreto a fol. 1. ad fol. 371. cum addit. ad eamdem Summam Jo: de Deo a dicto fol. ad 388. Fol. 1. incip.

AD honorem Sponſe, ideſt Eccleſie. Poſt legem Naturalem ſecuta eſt Moſaica, inde Prophetica, poſtea Evangelica, exinde Apoſtolica; demum ut gloria Sponſe plenius reſulgeret, ſubſecuta eſt lux Canonica, multiplicem in ſe Canonum, ſive Decretorum continens varietatem.

Hæc uberius deſcribit; tum Gratiani textum perpetuo Commentario illuſtrat ad pag. uſque 370. Pag. 371. ſequuntur additiones Joannis de Deo Hiſpani, quarum hujuſmodi eſt initium:

Venerabili noſtro Deodato Filio Prefecti Urbis Rome, ac Magiſtris, & Scholaribus univerſis Bon. morantibus nſr. Johan. de Deo Yſpanus Doctor Doctorum &c.

Tum poſt pauca:

Noſcat veſtra docta providentia, quod Magiſter Hugo morte preventus non potuit omnino perficere Summam Decretorum, ſed defecit in XXIII. cap. q. IIII. &c. Quare ego Johannes de Deo precibus, & poſtulationibus Magiſtrorum, & Scholarium, & tuis precipue Deodate aggreſſus ſum opus perficere, & divina favente gratia, conſumavi.

Ad calcem Operis hujuſmodi leguntur verſiculi:

En ego quem genuit Hiſpania clara ſodalis
Hoc opus explicui precibus Magiſtri imperialis,
Hugo quod Preſul preventus morte nequivit,
Hoc ſed inexpleto leto perventus obibit
Ceptum perfeci tutans pie Virgo Maria;
Sed tamen emendet totum, rogo, veſtra ſophia.

VII.

Part. I. Pag. 281. Lit. e.

Codex Palat. Vatican. n. 653. continet Breviarium Extravagantum Bernardi Præpoſiti Papienſis, & Synopſim, ſive Summam Sychardi Cremonenſis Epiſcopi. Eſt in membrana in fol.

Digitized by Google

fol. Prima pars ſæculum XIII. non antecedit; altera vero paulo antiquior videtur. De prima parte hoc ſpecimen eſto:

INcipit Breviarium Extravagantum B. Prepoſiti Papienſis anno Dominice Incarnationis MCLXXIX. preſidente Romane Eccleſie Sanctiſſimo Papa Alexandro III., Pontificatus ejuſdem anno XX. menſe Martii, Indictionis XII., & VIII. die menſis. Sedata jam diſcordia &c.

Atque hic fuſe deſcribitur ſchiſma ab Octaviano Antipapa, & Joanne Strumenſi excitatum adverſus Alexandrum III. Tum memoratur Concilium Lateranenſe ab eodem Alexandro III. indictum. Notanda ſunt hæc verba:

Sancta, & univerſalis Synodus Epiſcoporum a diverſis mundi partibus convocatorum congregata eſt in Baſilica, que appellatur Conſtantiniana, in qua Synodo XXXVIII. Canones promulgavit Sanctiſſimus Papa Alexander.

De ſe ipſo autem Auctor hujus Breviarii paulo infra hæc habet:

Ut autem vobis uberior allegationum, & judiciorum copia preparetur ad honorem Dei, ſancteque Romane Eccleſie, ac ſtudentium utilitati, ego B. Papienſium Prepoſitus exempla de veteri, novoque jure ſub titulis compilavi, ſuper operis imperfectione veniam poſtulans a Lectore.

Titulus *primus eſt* de Conſtitutionibus, & Concilio Meldenſi; *poſtremus* de Regulis Juris.

Sed jam de altera parte hujus Codicis, quam antiquiori manu ſcriptam diximus, Specimen aliquod hic adjiciendum. Initium eſt hujuſmodi:

Incipit Summa ſecundum Magiſtrum Syckardum Cremonenſem Epiſcopum.

(*Hæc minio ſcripta leguntur.*)

Diligite juſtitiam, qui judicatis terram. Parum eſt jus eſſe in Civitate, niſi ſint Miniſtri, per quos ordinetur, & exerceatur. Sed & Miniſtros tales eſſe oportet in Civitate Domini, qui debeant errata corrigere, ſciant negocia definire &c.

Que ſit materia.

Materia Gratiani ſunt Canones, Decreta, Conſultationes, & verba SS. Patrum vim Canonum habentia. Intentio ejus principalis hec in unum colligere, & eorum diſcordiam ad concordiam revocare. Secundaria eſt viros eccleſiaſticos moribus informare, & in miſteriis, negociis, & Sacramentis inſtruere. Cauſa fuit deſuetudo Juris Canonici; venerat enim in deſuetudinem, ut eccleſiaſtica negocia potius conſuetudinibus, quam Canonibus regerentur. Diſtinguitur liber iſte in tres partes. Prima eſt uſque ad primam Cauſam. Secunda uſque ad Conſecrationem. Tertia uſque ad finem. Primam diviſit, ut quidam ajunt, Paucapalea in C., & I. Diſtinct. Secundam Gratianus in XXXVI. Cauſas.... Tertiam quoque, ut ajunt, Paucapalea in V. Diſt. diviſit. Sed quiſquis fuit ille, meo judicio minus ſufficienter, & diſcrete, ut evidenter apparet in Diſt. IIII., & XXV., & XLVIII., & pluribus aliis. Cauſa diviſionis fuit, ut faſtidium tolleretur. Inde inolevit conſuetudo, ut prima pars dicatur *Diſtinctiones*, ſicut in Legibus tres partes, ſecunda *Cauſe*. Et primam quidem Gratianus miniſteriis, ſecundam negociis, tertiam vero deputat Sacramentis. Inde eſt, quod primam vocat Tractatum ordinandorum, tertiam vero Tractatum conſecrationis.

Nos quoque, licet ſcientia tenues, Sociorum tamen utilitatem ferventi animo cupientes aliquid in gazophilacio cum vidua ponimus, & pratum Gratiani diffuſum, velut infertum compingimus, ejuſque pelagus ad potabilem rivum deducimus. Celum tamen ejuſdem, ſicut pellem extendimus, ut ejus noctem ſtellis dictionum aliquatenus illuſtremus, quas partim a Gratiano ipſo accepimus, partim de ſcriptis in hac ſcientia peritorum ſuſcipimus, partim a patribus noſtris audivimus, partim nonnulla ex noſtra quoque officina producimus. Nec vero ſi aliquorum lingua pruriat, aut liveſcat invidia, dum multorum proficiat diſciplina. Veſtigia Gratiani ex maxima parte proſequimur, & capitula proponimus, ut quod queritur facilius inveniatur.

Incipiunt Capitula Prime Partis, que eſt Miniſtrorum Eccleſie.

I. De quatuor preparatoriis Gratiani, & diviſionibus, & ſubdiviſionibus Juris.

II. De variis acceptionibus Juris, vel moris, & legis.

III. De quinque convenientiis ſpecierum Juris, & legis.

IV. De quinque differentiis earumdem.

V. Queritur ſi jus naturale ſit immutabile &c.

Atque ita deinceps totam primam partem diſtribuit in capitula CXXII.

Poſt Indicem Capitum ſic Primam Partem incipit Sichardus:

Incipiunt preparatoria: Magiſter Gratianus Eccleſie, velut matri ſue, templum ex tribus partibus edificare propoſuit, quod ut perfectius conſummaret, quedam, quaſi baſes & columnas, preparatoria huic operi neceſſaria prelibavit, ſcilicet multiplices Juris diviſiones &c.

XV. Capitulum eſt de Conciliis, & refertur ad Diſt. XVII., ubi ſic ait Sichardus:

Nota, quod officia Conciliorum ſunt docere, hoc eſt de fide tractare, inſtituere, hoc eſt Canones promulgare, definire, ideſt lites dirimere, corrigere, ideſt moribus imbuere. Item nota, quod Provincialia bis, vel ſemel in anno fieri debent certis temporibus..... Quicumque autem vocatur ad Concilium pro comuni utilitate, ſuſpendatur, ſi non venerit, aut ſine licentia receſſerit, niſi canonice ſe excuſaverit. Diſt. XVII. Pla. Eſt autem triplex excuſatio, Corporis, ut ſenectutis, egritudinis; Eccleſie in dampno vitando, tamen rationabili, in lucro captando, tamen rationabili, niſi perſona ejus Synodo fuerit neceſſaria, quia plurimorum uti-

litas unius utilitati eſt preferenda. Ca. VII. Q. I. ſcias. Preceptionis Regis. Diſt. VIII. L. Epiſcopus. Si enim Rex precepiſſet Epiſcopo ire ad Curiam, quando Metropolitanus vocavit ad Synodum, prius parendum eſt Regi, quam Archiepiſcopo. Alias vero de Apoſtolico dicendum eſt, quia, ſive ante, ſive poſt precipiatur a Rege, prius tamen pareatur Apoſtolico, niſi ſpeciali juramento ad hoc teneatur. Ratio diverſitatis eſt, quia Metropolitanus ſubeſt in ſecularibus, Apoſtolicus autem preeſt in omnibus. C. XXIII. Q. VIII.

Capitula Secunde Partis.

I. Quid ſit cauſa, & unde dicatur.
II. Qualiter dividatur.
III. Quid Simonia, & in quibus deprehenditur, unde dicitur, quot modis committitur.

Ita deinceps ſingulæ cauſæ exhauriuntur, quibus ſecunda pars componitur. At de Pœnitentia, ne verbum quidem, ut facile conjici poſſit, longam illam tractationem de Pœnitentia, vel nondum Sicardi ætate in Decretorum librum illatam, vel non agnitam, ut legitimum Gratiani fœtum, vel ſi talis etiam reputata ſit, Theologis potius relictam, nec dignam habitam, quæ inter Canones, & Decreta Eccleſiaſtica locum haberet.

Forma Accuſationis. Anno ab Incarnatione Dn. mill. &c., Dno Alexandro ſedente in Apoſtolica Sede, anno Pontificatus illius &c., regnante Federico, anno regni ejus &c. imperii &c.

Alia. An. Domini mill. &c. Adriano ſedente in Cathedra Petri anno apoſtolatus ejus &c.

Tertiam partem appellat Summam de Sacramentis, *ac procedit eodem ordine, ac apud Gratianum*.

VIII.

Part. I. Pag. 287. Lit. d.

Codices Vaticani 621., & 622., in quibus occurrit Decretum Gratiani una cum paucis iiſdemque interlinearibus gloſſellis, nihil præſeferunt, quod hic afferre neceſſe ſit.

IX.

Nullibi indicavit Cl. Sartius hunc Numerum; ſed tamen ex ipſius Schedis conjicere mihi videor propoſitum ipſi fuiſſe aſſignare eidem numero Excerpta Codicis Membranacei Bibliothecæ Collegii Hiſpanorum, quæ jam allata ſunt in Appendice pag. 63. lit. C, *quæque non modo pertinent ad pag. 59. Partis I., ſed etiam ad pag. 66. lit.* g *ejuſdem Partis; quod citato loco omiſſum Typographi lapſu.*

X.

Part. I. Pag. 35. Lit. e.

Necrologium Rhenanum, ſcilicet Canonicorum Regularium Congregationis S. Salvatoris Bononiæ, cujus excerpta hic damus, editum eſt ex Autographo a Cl. Trombellio ejuſdem Congregationis Abbate ad calcem libri, cuius titulus: Memorie Storiche concernenti le due Canoniche di S. Maria di Reno, e di S. Salvatore inſieme unite.

Ejuſdem etiam Necrologii apographum extat in Bibliotheca ipſorum Canonicorum, & ita inſcribitur: Copia antiquiſſimi Kalendarii Sancte Marie de Rheno, facta de ordine Reverendi Patris Fratris Stephani Cioni de Senis, quia illud jam lacerum, & antiquitate corroſum de facili amitti poſſet. Et incipit ad honorem Domini noſtri Salvatoris, & Beatiſſime Virginis Matris ejus Marie. Amen. Kalendarium Rhenanum, in quo ponuntur obitus illuſtrium Virorum Canonicorum Fratrum noſtrorum, & benefactorum Canonice S. Marie de Rheno.

JANUARIUS.

KAl. Jan. Objit Mag. Bulgarus Doctor Legis.
VI. Id. Objit Mag. Oddo Canonicus S. Petri.
Idus. An. Do. MCCLIIII. Objit Robertus Anglicus Frater noſter.
Oremus pro eo.

FEBRUARIUS.

II. Non. Objit Dominus Bandinus. Anno MCCXVIII. de quo habuimus III. libr. Bonon.
Bandinus Tuſcus Legum ſplendore coruſcus.
In Piſa natus jacet hoc tumulo tumulatus.
Non. Objit Clarimbaldus Sedunenſis, de quo habuimus XX. ſold. Piſanorum.
XIV. Kal. Objit Mag. Willelmus Winchonienſis.
III. Kal. Anno Domini MCCXXIX. Objit Mag. Lanfrancus de Crema Converſus S. Marie de Reno, de quo habuimus unam vineam poſitam in Linari, & unam Domum, & multas poſſeſſiones in Ulmetula poſitas, & alia multa bona, pro quo tenemur pro eo ſpecialiter orare.
II. Kal. Objit Hebertus Anglicus.

MARTIUS.

IV. Non. Objit Mag. Pratus Archipreb. de Polinago.
VII. Id. Objit Johannes Teatinus (*fortaſſe Reatinus*) Scholaris, de quo habuimus xv. ſol. Bonon.
XVII. Kal. Apr. Objit Willelmus Subdiaconus de Troja.
XV. Kal. Objit Guido Arziepiſcopus Aquenſis.
XIV. Kal. Anno Domini MCCXXXIV. Objit bon. mem. Dominus Bonifacius Doctor Legum; pro quo habuimus duos Baldachinos. Oremus pro eo.
VII. Kal. Objit Mag. Rogerius Anglicus Converſus Sancti Salvatoris. Objit Rolandus Abbas Monaſterii Virgil.
V. Kal. An. Domini MCCVII. Objit Willelmus de Seva, de quo habuimus x. ſol.
IV. Kal. An. MCCIII. Objit Mag. Ugo de Monaſterio in Epiſcopatu Aretino, de quo habuimus VII. Lib. b. pro anima ejus.

APRI-

Digitized by Google

APRILIS.

VI. Id. MCCLXXI. Obiit Dom. Petrus de la Frenedha de Provintia Normandie de Civitate..... genſis, nobilis miles, de quo habuimus unum corpertorium de ſerico, & VIII. libr. bonon., & alia multa bona, cujus corpus iacet in clauſtro noſtro juxta murum Eccleſie inter Sacrarium, & Altare S. Salvatoris, cujus anima requieſcat in pace. Amen. Oremus pro eo.

IV. Id. An. Domini MCCXXXV. Indict. VIII. Obiit Dominus Jacobus Balduini Summus Doctor Legum.

Id. Anno Domini MCCVII. Objit Hermannus Monachus Augenſis Eccleſie Diaconus, de quo habuimus x. ſol. Bonon.

VII. Kal. Obitus Patris, & Matris Mag. R. de Hereford.

XIII. Kal. An. Domini MCCXI. Objit Wilelmus Anglicus, pro quo habuimus c. ſol. bonon. pro Opere Sancti Thome Mart.

X. Kal. Objit Wido Medicus, de quo habuimus VI. lib. Bonon. & unam Caſam.

II. Kal. Objit Mag. Guido Can. S. M. de Reno.

MADIUS.

VI. Non. Objit Ildeprandus Presbiter Can. S. M. de Reno, qui vocatur Manducator.

IV. Non. An. Domini MCCIV. Objit Mag. Johannes Morſu Converſus noſter, qui reliquit nobis domum, & omnia ſua bona. Anno Domini MCCXLVI. Objit Mag. Petrus Peroſinus Medicus vulnerum, qui reliquit nobis unum Palium valentem VII. lib. bononin., & xl. ſold. bon. pro uno Pſalterio.

II. Non. Objit Mag. Wilielmus Anglicus Lugdonienſis, de quo habuimus quamplures libros, & XVII. ſol...... ſe nobis pro Canonico, & Fratre an. Domini MCLXXXVII. Indic. V.

XV. Kal. MCCXXXII. Objit Dominus Anſelmus Teotonicus, qui reliquid nobis tres libras boloniorum.

V. Kal. Objit Domnus Americus Cancellarius Card. Canon. Sancte Marie, qui dedit nobis Calicem maguum, & Siphum argenti, & x. uncias auri. *In alio apographo legitur.* An. Domini MCXXXVIII. Objit D. Aymericus S. R. E. Diaconus Card., & Cancellarius Domini Innocentii Pp. II., qui fuit de noſtris, & dedit nobis Calicem magnum, & Sciphum argenti, & x. nncias auri. In cujus loco fuit ſubſtitutus D. Gerardus Presbiter Can. noſter.

JUNIUS.

XIII. Kal. M. C. nonageſimo VII. in die Sanctorum Gervaſii & Protaſii, atque Romualdi. Objit Johannes de Fabriano, de quo habuimus xl. ſol. Bonon.

IX. Kal. Objit Mag. Machinaldus Briſten., qui reliquit nobis xx. ſol. imperial.

JULIUS.

VII. Id. Objit David de Leſſevad, de quo habuimus x. ſ. pro refectione Fratrum, & xx. ſ. b. pro opere Sancti Thome.

IV. Id. Objit Mag. Guarnerius Canon. & Diaconus S. M. de Reno.

XIV. Kal. Objit Henricus Ep. Bon. Eccleſie.

XIII. Kal. Objit Wilielmus de Phano.

VI. Kal. Objit Guido fil. Mag. Aldrici.

AUGUSTUS.

Kal. Obiit Mag. Wilielmus Dunnus, & Canonicus Lucenſis Eccleſie, de quo habuimus X. ſol. piſ., & IV. quaternos ſermonum.

Nonis. O..... Anglicus, de quo habuimus XX. ſol. pro Teſtamento.

VIII. Id. Objit Petrus Clericus Sabaudienſis, de quo habuimus X. ſol. bon.

IV. Id. Objit Mag. Jo: Anglicus, de quo habuimus X. ſol. Imperial.

Id. Objit Dominus Wilielmus de Eboraco Anglicus, de quo habuit Domus S. Salvatoris palafredum. MCCXXXIV. Indict. VII.

XIX. Kal. Sept. Objit Mag. Bernardinus, de quo habuimus pſalterium unum.

XVIII. Kal. Objit Magiſter Ricardus Anglicus.

XII. Kal. Objit Bonacurſus fil. Magiſtri Bulgari, qui reliquit nobis unam braidam.

VIII. Kal. Objit Rainaldus Anglicus, & fideliſſimus Coadjutor Eccleſie S. Thome.

VI. Kal. Objit Tedericus Frater Magiſtri Bulgari.

III. Kal. Iſto eodem die Objit Mag. Stephanus de Sancto Auguſtino, de quo habuimus xx. lib. Bonon.

II. Kal. Objit Matillis Mater Seffredi Anglici.

SEPTEMBER.

IV. Non. Objit Gilibertus de Norantona, de quo habuimus V. bizancios.

III. Non. Obiit Willielmus Anglicus, de quo habuimus IV. ſ. ſterlingorum, & decem ſol. Bonon.

II. Id. An. Domini MCCXXXV. Objit Mag. Rodulphus Anglicus, de quo habuimus III. lib. Bonon.

Objit Doctiſſimus Boſius Anglicus Presbit. Card. S. Potentiane Ro. Eccl. Camerarius Canon. S. M. de Reno. Oremus pro eo.

Id. Objit Mag. Petrus Converſus Sancte Marie in Portu.

XVIII. Kal. Octob. Objit Philippus de Irlanda, qui reliquid III. ſol. Sterlin. operi Sancti Thome.

XVI. Kal. Objit Bertrandus Roſtagni Can. Maſſilie, pro quo habuimus xl. ſol.

XV. Kal. Objit Magiſter Gualfredus.

X. Kal. Objit Mag. Rogerius, qui fecit fieri novam Sepulturam in Cimiterio novo.

VII. Kal. Objit Eblo Cigot de Francia Canonicus Sueſſionenſis, pro quo habuimus unum Tabeum, & Lectum unum & equum, quem Frater ſuus Archidiaconus Sueſſionenſis dedit.

OCTOBER.

IV. Non. An. Domini MCCVI. Objit Mag. Benincaſa Aretinus, pro anima cujus xx. ſol. bonon. accepimus.

III. Non. Obiit Bulgarinus fil. Mag. Bulgari.

V. Id. An. Domini MCLXXVIII. Objit Mag. Jacobus & Doctor Legum.

XVI.

XVI. Kal. Objit Magiſt. Ugo Provincialis.
XI. Kal. Prior Ubertus Decretorum Doctor ſtetit tribus Annis, & fuit poſtmodum Epiſcopus Concordienſis.
X. Kal. Objit Mag. Ugo de Arli, de quo habuimus unam cultram de Zinnato.
II. Kal. Objit Vilielmus de Agileriis Maſſilienſis Frater noſter, pro quo accepimus xx. ſol.

NOVEMBER.

Kal. Hic incepit annale obſequium pro anima Matillidis Matris Setfredi Anglici.
VIII. Id. Objit Dominus Raimundus de Avinione Provincialis, octavo die intrante Novemb. de quo habuimus xx. ſ. bonon.
VII. Id. Anno Domini MCCLXX. Objit Dominus Galvanus de Allegralcore Doctor Legum Judex noſter amicus octimus & perfectus noſtre Domus, de quo habuimus unum bonum & octimum Baldachinum. Oremus pro eo.
Objit Gerardus Bononienſis Epiſcopus.
III. Id. Objit Gualtredus Aquenſis. De quo habuimus xx. s. bon. Cultram, & ss. linteamina.
XVII. Kal. Objit Mag. Willielmus de Sancto Germano Capellanus Domini Ep. qui dedit Eccleſie Sancti Salvatoris unum Miſſale, in quo ſolvit xiv. lib. & dimid., & pro anima ſua reliquid nobis x. lib. Bonon. Orate pro eo.
XVI. Kal. Objit Mag. Samuel Frater noſter, de quo habuimus x. lib. Bunon. & v. lib. Capella Sancti Thome.
VII. Kal. Hoc die conceſſit Prior, & Conventus, quod ſingulis annis dicerentur iv. Miſſe pro defunctis, due apud Renum, & due apud Sanctum Salvatorem de Bonon. pro animabus Willelmi de Woouam, & Avi Materni, & Avie Materne, & aliorum anteceſſorum Domini Willelmi de....
V. Kal. Obiit Pontius de Cautio Beviterrentii Epiſcopatus, de quo habuimus v. lib.Bon.
II. An Domini MCCXI. Objit Mag. Raigerius (*fortaſſe Nigerius*) Canonicus Sancte Marie de Reno.

DECEMBER.

II. Non. Objit Dominus Bandinus Magiſter Legum. An. Domini MCCXVIII., de quo habuimus III. lib. Bonon.
Bandinus Tuſcus Legum ſplendore coruſcus.
In Piſa natus. Jacet hoc tumulo tumulatus.
Idus. Rugerius Provintialis Acbenſis dedit nobis xl. ſolidos Bononioorum pro facienda Tabula B. Marie, quem fecimus participem orationum, & omnium bonorum, que fiunt apud nos.
XI. Kal. Objit Robertus de Ciceſtro Epiſcopatus Sancte Trinitatis.
X. Kal. Objit Mag. Ballitus Canon. S. M. de Reno.
II. Kal. Objit quidam Johannes nomine de Glemona Scholaris Aquilejenſis, de quo habuimns unum Calicem argenteum, & Planetam cum toto paramento, pro quo tenemur orare.
Objit Dominus Radulfus Antiocbenus.

XI.

Part. I. Pag. 90. Lit. e.

Necrologium Canonicorum S. Joannis in Monte, & S. Victoris, cujus excerpta modo exhibemus, extat in Archivo eorundem Canonicorum. Eſt in membrana, & nitide ſcriptum, ſed multis in locis interpolatum. Part. I. pag. 48. lit. f ſpecimen hujus Necrologii aſſignatur num. X. Sed Typographi lapſu id factum; nam revera pertinet ad num. XI.

JANUARIUS.

IDib. Ob. Dn. Jo: Ep. Bon. MCLXXXVII.
XI. Kal. Febr. Ob. Dn. Fr. Guilielmus olim Dn. Lambertini benefactor, & amicus noſter a. d. MCCCXXV. die XXIV. Jan., & ſepultus eſt in iſta Eccleſia.
IIII. Kal. Ob. Dn. Gerardus qnd. Bonon. Ep. Canon., & frater noſter.

FEBRUARIUS.

Idib. Ob. Walterius Archiep. Raven. vivat in Chriſto gemma Sacerdotum, pro quo VIIII. lec. facimus, qui multa bona fecit nobis.
XV. Kal. Mar. Ob. Mag. Jacobus de Chriſtianis Medicus noſter MCCCXXVIIII.
VI. Kal. Ob. Peregrinus Petri Honeſti, de quo habuimus multa bona patruus D. Altachini Prioris, ſcilicet unam domum, & XXXVI. pecudes, & tres cietos argenteos, & unum baldachinum a. d. MCCLXXXVI.

MARTIUS.

III. Non. Dedicatio Eccleſie Sancti Victoris in honorem Sancte Marie Virginis. (*alio caracthere*) Ven. Coocanonicus noſter P. D. Thomas de Scarduis Boonien. hujus Monaſterii profeſſus. Hic vir admirande ſanctitatis fuit caritate fulgidus, noſtrorum morum obſervantiſſimus, in victu, atque veſtitu abjectiſſimus, completis etatis ſue annis LXXXVIII., & in religione LXVII. abſque febribus, & anxietatibus, ſed quaſi dormiens.... feliciter tradidit animam MDV. hora XVII.
II. Ob. Dn. Tbeudinus Epiſcopus Portuenſis.
Ob. Dompnus Ugolinus condam Prior noſter optimus predicator. Vivat in Chriſto. Amen.
Ob. Dompnus Baſtianus Canonicus frater noſter, & rector major Ordinis noſtri, & ſepultus eſt in mauſuleo ante Altare majus an. MCCCXXX.
XIII. Kal. Apr. Ob. Dominus Beneintendi Doctor Legum Canonicus frater noſter MCCXVIIII.
III. Kal. Ob. pbr. Bentevena ſcolaris, a quo habuimus XXX. ſol.

APRILIS.

Non. Ob. Albericus Reginus Epiſcopus, qui fuit prior noſter. Vivat in Chriſto MCLXIII.
VII. Id. Ob. Dompn. Martinus Venerabilis Sacerdos prior noſter MCLXXV.

III.

Digitized by Google

III. Kal. Ob. Mag. Jacobus Decret. doct. Canonicus & fr. nr. qui ſuit Archipresbiter Montivegli *de Lazarinis, & Prior S. Victoris, qui per multos annos fuit publicus Decretorum Profeſſor in alma noſtra Bonon. Univerſitate an. MCCCVIII. (Hæc manu admodum recentiori addita.)*

II. Kal. Ob. Dn. Henricus Bon. Epiſcopus fr. noſter, qui ſepultus eſt in Eccleſia Sancti Victoris A. D. MCCXLI.

MAJUS.

III. Idus Ob. Dn. Andreas Alamanus magnus ſcriptor MCCCCLXXXVIII.

II. Ob. Fr. Jacobus de Ungarellis Millipotenſis, qui fuit Canonicus, & fr. noſter.

XVII. Kal. Jun. Ob. Dompn. Paulus Veronenſis literatiſſimus, ſervus Dei, Canonicus noſter, & Prior Vicentinus. Ob. Ferrarie in Monaſterio S. Lazari tempore Capituli Generalis Anno Domini MCCCCLII. (*recentiori manu*) magnus Predicator, Virgo, & Orasor luculentiſſimus.

X. Kal. Ob. Dompnus Petrus venerabilis, & optimus Prior noſter An. D. MCXXX.

VII. MCCCCLIII. die 26. Madii Ven. P. D. Bartholomeus de Paſolinis de Bononia, vir innumeris ornatus virtutibus q. hoc Monaſterium Ordini noſtro dedit; ipſumque plurimis edificiis, & ornamentis ampliavit. Poſt labores plurimos quos predicando, ſcribendo, confeſſiones audiendo... cum LXII. annis in Religione perſeveraſſet Anno etatis ſue LXXI. felicem Chriſto animam reddidit.

V. Ob. Aimericus Cancellarius Rome, qui seliquit nobis xx. uncias auri.

JUNIUS.

Kal. Ob. Ugo Cauſidicus, Clericus, & fr. noſter A. D. MCLXVIII.

(*Recentiori manu*). VII. Idus. Ob. Antonius Lamandinis Pater Prioris Rodulfi, cujus anima quieſcat in pace MCCCXLVIII.

V. Ob. Presbiter Fantinus Archipresbiter S. Auxiani Fr. noſter exterior.

XVIII. Kal. Jul. Ob. Mag. Otto Fr. nr. exterior. Ob. Giſa ſoror noſtra exterior.

VIII. Ob. Domina Cecilia Mat. Dnorum Jacobi, & Pauli, & Lazarini Doct. Decret.

V. Ob. Dom. Imildina Heremita Soror noſt.

JULIUS.

Kal. Ob. Dn. Erro Cauſidicus amicus noſter MCLXXXVII.

III. Non. Ob. Pbr. Rodulfus olim Prior, tempore cujus & ſtudio Dormitorium & Clauſtrum ſuperius conſtructa ſunt. Eccleſia cap. depicta, Dormitorium etiam Sancti Johannis muratum fuit, pro quo ſollicite orandum eſt. MCCXXI.

Non. Ob. Prior Ribaldus MCLXXXVIIII.

(*Recentiori manu*). VIII. Id. Ob. Don. Jeronimus de Forlivio Sacerdos, & Canonicus Fr. noſter, ac Magiſter Novitiorum temporo magne peſtis MCCCCXLIX.

VII. Ob. Wido Presbiter Archidiaconus Raven. Eccl. Fr. noſter exterior.

Ob. Jordanus Mag. amicus noſter.

V. Ob. Petrus de Mamelinis devotus Clericus noſter, qui reliquit nobis ſuum Breviarium valoris Duc. xvi. An. MCCCCXXIII.

Id. Ob. Domina Oliva Soror Dompni Alticlini Prioris MCCLXXXVI.

(*Recentiori manu*). XV. Kal. Aug. Ob. Fr. Bonaventura natus Mag. Spinelli, & Doct. Decretorum, pro quo habuimus domum, in qua ſtabat Zangarinus de Becadellis ſub Podio noſtro, & fecit aptare cameram pulcram in domo S. Ghi. pro ſe, & multa alia bona habuimus. Orate fratres pro eo MCCCXIII.

XIII. Ob. Fr. Antonius Januenſis Eremita, qui donavit nobis unam pulcherimam Bibliam magnitudinis unius palmi ...... MCCCCXLVIIII.

XII. Ob. Mag. Robertus Fr. noſter.

XI. Ob. Mag. Tura Can. Fr. noſter, Decr. Doctor, & Vic. d. Epiſcopi Imolen.

X. Ob. Marchiſellus de Principibus amicus noſter, pro cujus anima planetam habemus de ſamito, & lampas ardet ante Altare S. Victoris, & pro quo VIIII. lect. facimus. Oremus pro eo.

VIIII. Objit Venerabilis Pater, & Prior noſter Rodulfus de Lamandinis Decretorum Doctor egregius, cujus memoria in benedictione ſit. An. D. MCCCCXVII. & in Priorem fuit electus D. Barthulomeus preſente D. Nicolao Ep. Bonon.

AUGUSTUS.

(*Rec.manu*). III. Non. Aug. MCCCCXLVII. Ob. Ven. Sacerdos, & devotus Servus Dei D. Tadeus Canon. noſter ſenex An. LXXVII. ſepultus ante Altare majus.

VII. Idus. Ob. Petrus Johannes Archidiac. Ambulneuſis, & Canonic. Legionenſis, Profeſſus Fr. nr. vivat in Chriſto, qui reliquit nobis C. Marabotinos, & Decreta ſua, & ſummam Joannis. Ob. Ser. Julianus Ven. ſenex, & Cancel. Com. Bon. qui dies ſuos, & vitam finivit hic nobiſcum, & multa bona reliquit Monaſterio noſtro, & ſepultus eſt in com. ſepultura Fr. noſtrorum in medio Eccleſie MCCCCXXIX.

VI. An. D. MCXLV. Girardus b. mem. Bonon. Epiſcopus, & Fr. noſter migravit ad Dominum. Gemma Sacerdotum, & decus Eccleſie vivat, & o vivat in Chriſto numquam moriturus. Ad ſortem ſummi capitis tlos ipſe futurus.

IIII. Ven. P. & Concanonicus noſter D. Blaxius Vicentinus. Hic homo fuit magne ſanctitatis, preco maximus & memorie mirabilis. Ob. Novarie A. D. MCCCCIX., & in morte claruit miraculis.

Id. MCCCXVIII. Ob. R. P. D. Fr. Johannes de Becadellis quondam Frater nr. Prior ven. S. Georgii de Ferarola, homo magne probitatis, honeſtatis, ſcientie, & virtutis, & multas laudes noſtro Monaſterio ..... ſuo tempore aquiſivit, or. pro eo.

SEPTEMBER.

Kal. Ob. Dn. Ventura de Imola Canon. Fr. nr. MCCCLXXXXVIIII. xxi. die Menſis Aug. Et eodem anno, & tempore fuit Societas alborum in tota Ytalia.

Mill.

Digitized by Google

Mill. CCC. LXVII. Ob. pie ac ſancte recordationis Antiſtes Pater in Chriſto, & dn. D. Egidius digna Dei gr. Sabin. Epiſc. Card. ac Do. & Prior Mon. S. Johannis, & S. Victoris, pro quo Vig. VIIII. Lect. cum Miſſa ſolempniter celebramus. Vivat in Chriſto gemma Sacerdotum. (*Sic in Necrologio; ſed Ægidii obitus conſignandus eſt ad IX. Kal. Septemb.*)

II. Ob Paſius quondam Bartolomei de Armis, qui fuit Pater Presbiteri Bartolomei Canonici noſtri, pro cujus anima ampliata fuit Eccleſia antiqua S. Joannis; ergo pro ipſo orandum eſt. A. D. MCCCLXXXVIIII. Ob. & Eccleſia fuit ampliata. An. Domini MCCCCVII.

II. Non. Septemb. Ob. Idelbrandus Magiſtri Goalfredi filius, Fr. noſter, qui reliquit nobis multa bona.

V. Id. MCCCCXL. Ob. D. Georgius Novarienſis Eccleſie Prepoſitus, ac Apoſtolice Sedis Protonotarius, qui donavit Eccleſie, & Monaſterio Florenos C.

Id. Ob. Dn. Guizardinus Legum Doctor Fr. noſter, cujus anima vivat in Chriſto. MCCXXII.

XVIII. Kal. Oct. ob Dominus Octavianus de Ubaldinis Bonon. Epiſcopus.

XV. Ob. Mag. Gualfredus Fr. noſter exterior pro quo VIIII. Lectiones agimus, quia multum nos dilexit, & adjutorium impendit.

XI. Ob. Dominus Paulus quond. Domini Lazarini Doct. Decret. amicus noſter.

VI. Ob. Mag. Matheus de Rotomago, qui reliquit nobis XL. ſol. Bon.

V. Ob. Victor Ep. Bon. qui multum dilexit nos, pro quo VIIII. lectiones facimus.

III. Ob. Dompnus Jacobus Medicus Canonicus Fr. noſter de Bretenorio MCCXIII.

OCTOBER.

Kal. Ob. Mag. Rambertus de Aguglaria Fr. noſter.

V. Ob. Mater noſtra Dna. Gregoria neptis Ven. Viri D. Prioris Aluchioi, & Mat. Fr. Pauli noſtri, & Uxor D. Franciſci de Coſpis, e qua multa bona ſervitia recepimus. Oremus pro ea. MCCCXXVIIII.

VI. Ob. Bonatolus de Fleſſio Pater Franciſci, qui ſcripſit hunc libellum MCCCXVII. (*alia manu additus eſt annus, antiqua tamen*).

XVII. Kal. Nov. Ob. Dompnus Michael quond. Prior noſter MCCLI.

XIII. Ob. Mag. Philippus Aſtenſis Fr. noſt.

VIIII. Ob. Dompnus Johannes de Tebaldis Prior noſter MCCLXIIII.

VI. Ob. Fr. Marianus Converſus noſter, de peſte MCCCCXLIX.

NOVEMBER.

VIII. Id. Ob. Chanacinus Notarius noſter in prelio Zapullini MCCCXXVI.

VII. Ob. D. Gerardus beate mem. Bonon. Epiſc. An. D. MCLXXXXVIII.

V. Ob. Mag. Spinellus Medicus in arte Medicine intimus, & amicus noſter, qui reliquit nobis unam Planetam de Samito rubeo MCCLXXXXIII.

IIII. Ob. Dna. Juliana Uxor olim Aldeotti de Florentia, que reliquit nobis pro reparatione Monaſterii, & Eccleſie S. Victoris centumſexaginta libras B. M. MCCCCXVII.

VIIII. Kal. Dec. Ob. Dompnus Stephanus Cardinalis Baſilice XII. Apoſtolorum venerabilis Pater noſter, qui dedit nobis Crucem argenteam. MCCXXVII.

Ob. D. Rolandus de Seravalle Prior noſter. MCCLXXXVI.

VIII. Ob. Do. Romeus quond. Lencii de Coſpis Procuratoris, cujus anima requieſcat in pace. Ob. ao. MCCCLXXVII.

VII. Ob. Cangarinus Thomaxii de Beccadellis, qui fecit nobis multa bona, & reliquit nobis C. libras, de quibus factum eſt Altare S. Marie A. D. MCCCXVII.

DECEMBER.

IIII. Non. Ob. Fr. Jacobus Epiſcopus Bonon. MCCLX.

XV. Kal. Jan. Ob. Rev. P. Dompnus Nicolaus Bonon., qui erat pro tempore Prior in Sancto Johanne in Laterano Rome, & interim An. Do. MCCCCXLIII. a Populo Bonon. poſtulatus, & electus in Epiſcopum Bon. infirmatus Rome tranſtulit ad partes Tuſcie, & in Civitate Lucana migravit ad Chriſtum gemma Religioſorum MCCCCXLIV. (*recentiori manu*).

Scriptorem hujus Necrologii novimus, qui fuit Franciſcus Bonattoli de Fleſſio filius, qui obitum Patris ſui conſignavit ad diem II. Non. Octob. Sed ex antiquiori exſcripſit.

XII.

Part. I. Pag. 60. Lit. d. Pag. 102. Lit. f, & alibi.

Jo: M. Mazzuchellius V. Cl., & ad illuſtrandam Hiſtoriam Literariam Italiæ natus, Libellum edidit de Viris illuſtribus Florentinis *a Philippo Villanio ſcriptum, ſed mancum omnino, nec talem, ut ab Auctoris ſui manibus exierat. In primis autem Mazzuchellii Libellus italice ſcriptus eſt, cum Villanius latinum ediderit. Integrum Villanii opus extat inter Codices mſs. Bibliothecæ Barberinæ Codice n. 898. Totum in duas partes, ſive libros tributum eſt. In primo libro inveſtigantur origines, & antiquitates Florentinæ Civitatis. Sed omnia ibi vel omnino fabuloſa, vel trita admodum, & fabulis admixta. Secundus liber multo eſt utilior. Continet illuſtrium Florentinorum Vitas bene multas, nec indiligenter ſcriptas; neque enim plerique Viri illuſtres, de quibus agit, adeo antiqui ſunt, ut eorum famam ætate ſua vigentem, perſequi non potuerit. Floruit Philippus Villanius ſæculo XIV., & initium attigit ſæculi XV., anno enim MCDI., & MCDIV. adhuc vivebat, & publico ſtipendio conductus, Dantem Florentiæ interpretabatur. Sed quo anno hunc librum ſcribere aggreſſus ſit, non liquet. Cl. Mazzuchellius exiſtimat, jam inde ab anno circiter MCCCLXXIII. Villanium huic operi manus admoviſſe. Sed aliter fortaſſe judicaſſet Vir eruditiſſimus, ſi genuinum Auctoris ſcriptum vidiſſet, & Epiſtolam legiſſet datam ad Philippum de Alenconio Oſtienſem Epiſcopum, qua ei ſuum librum dedicavit; geſſit enim*

Philip-

Digitized by Google

Philippus de Alenconio Epiſcopatum Oſtienſem ab anno MCCCXC. ad annum MCCCXCVII., quo extremum obiit diem. Adde, quod Auctor ipſe in eadem Epiſtola ſenem ſe fuiſſe indicat, cum opus iſtud aggreſſus eſt. Segnius igitur videtur huic operi ſcribendo ſe dediſſe, quam Mazzuchellio viſum eſt.

Vidit hunc librum latine ſcriptum Federicus Ubaldinus, qui ex eo exſcripſit Vitam Franciſci Barberini, quam edidit ante librum ejuſdem Franciſci Barberini de Documentis Amoris. *Sed fallitur enimvero Laurentius Mehus, qui a Mazzuchellio conſultus de hoc Philippi Villanii libro, reſpondit, conſtare quidem, Villanium in eo libro ſcripſiſſe etiam de Dante Aligherio, & Franciſco Petrarcha, ſed tamen in omnibus ejus libri exemplaribus deſiderari utriuſque viri clariſſimi Vitam: ideo nempe omiſſam, quod nimis parce, & exiliter ſcripta fuiſſet. Sed revera de Dante, & Petrarcha copioſe ſcripſit Villanius; immo non aliud initio ſibi propoſuerat, quam ut de Dante Aligherio ſcriberet, ut ait in Epiſtola ad Alenconium.*

Philippi Villani Solitarii de Origine Civit. Florentie, & de ejuſdem famoſis Civibus ad Illuſtrem D. Philippum de Alenconio Epiſcopum Oſtienſem R. E. Cardinalem Liber primus feliciter incipit.

SOlitarie vite ſecreta me jamdudum elegiſſe fortunarum mearum firmamentum, unicuique ſolamen, Illuſtris Philippe, conſcientie ſimplicitate profiteor, non ut otioſos dies ſenectutis ducerem, neve que fert mala opinione mortalium etas illa fallerem ludibrioſo torpore, ſed ut ex naufragio corruentis in deterius ſeculi, ea via ſi fieri poſſet evaderem ..... Igitur cum ad ſolatium ſenectutis mee explanationem operis Angelici (*Dantis Comœdiam intelligit*) ſuſcepiſſem, & ſimilitudine commenta dictantium de vita, moribus, & doctrina Poete (*Dantis*) ſolerter inquirere decrevi .... Id cum mecum operoſius agitarem, quo neſcio afflatus ſpiritu, cepi, dum talem tantumque contueor mente Poetam vehementiſſime admirari, cum viros multos fame preclariſſime Civitas mea genuerit, numquam comparuiſſe concivem quemquam, qui egregia que geſſere, memorie tradidiſſet. Ea de re velut contumelia tacto, majoris occupationis cepit cura ſubcreſcere, & quos inveneram Cives meos illuſtre aliquid peregiſſe, quaſi per diverticulum ampliande materie digreſſionis officio labori meo conabar adnectere. Quod dum ferme explicuiſſem, compertum habui papiros metiens excreviſſe opus longius, quam putaram. Verituſque ſum, ne ſi aliquando, ut contingere ſolet, opus meum facta proderent, delicatiorum auribus prolixitatis nimietate oneroſius efficerer. Auſus tamen non eram opus ab opere ſegregare, cum utrumque ſub confuſione ſua optarem mecum in ſuis tenebris latitare ..... Sed me a propoſito clementia tua, atque humanitas, qua me unice complexus es, modeſtiſſimis perſuaſionibus revocavit. Quandoquidem magnopere exegeris, ut qualiacumque mihi ad memoriam conſcripſeram, inde te vellem fieri participem, moreque impatiens deſideraſti ..... & tempus condite Urbis Florentie, quibuſve auſpiciis, & quo auctore opus tam grande ſurrexerit, quoſque enixa fuerit viros inſignes, & quibus floruerit geſtis, atque temporibus. Hinc me cogis, ut que congeſſeram majoribus vigiliis meis in opuſculum ſeorſum ducerem. Feci quod tibi placuit, duobuſque ſecui libellis, ſed an opere pretium, penitus ignoro .... Eam ob cauſam tui beningniſſimi regii ſanguinis venia humiliter poſtulata, accerſito Altiſſimi adjutorio, ſine quo quidquam rite non agitur in humanis, aggredior quod juſſiſti de Urbis Florentie initiis longinquioribus primum ineundo tractatum.

Cap. I. De fluctuatione opinionum circa tempus Urbis condite, & quare ignobilium Civitatum conditores, & geſta plerumque ignorentur.

Cap. II. Quedam de antiquiore temporum collatione Prefatio.

Cap. III. Quare in enumeratione annorum prime, ſecundeque etatis, translationi ſeptuaginta, quos Iſidorus ſequitur, ſtari non debeat.

Cap. IV. De fluxu annorum prime, ſecundeque etatis ſecundum Hebraicam veritatem, & de Nemroth primo Mundi tyranno.

Cap. V. De Nino Aſſyriorum Rege, & ejus Uxore Semiramis, & inductione primeva cultus Idolorum.

Cap. VI. Quod gentili ſtultitia, favente arte poetica, Heroes, & Urbium conditores pro Diis immortalibus celebrati ſint.

Cap. VII. De tempore, quo floruit Magnus Athalas Rex Arcadie, & Pater Electre.

Cap. VIII. De fuga Atlantis in montem poſtea ſui nominis, ubi excogitaſſe Aſtronomiam Greci inepte fabulantur, & de adventu Athali in Italiam.

Cap. IX. De tempore quo per Athalum Electre virum Feſule condite ſunt, & cur ſic dicte fuerint.

Cap. X. De edificatione Civitatis Janue, Janiculi, & Sacello Cumani Apollinis.

Cap. XI. De edificatione Civitatis Corithi, que hodie Cornitum dicitur, facta per Athalum.

Cap. XII. De adventu Enee in Italiam, & Succeſſorum ſuorum proceſſu uſque ad Romulum Urbis conditorem, & cur de origine Feſularum, & Corithi veteres Hiſtorici tacuerint.

Cap. XIII. Epithomata quedam de Urbis initiis, & proceſſu uſque ad Lucium Catilinam, & cur Florentini in multis Romanos imitentur.

Cap. XIV. De conjuratione Catiline, conflictu ejus, & edificatione Civitatis Piſtorii.

Cap. XV. De obſidione Feſularum, & Florentio, ſeu Floreno, qui dicte obſidioni cum Romanis interfuit.

Cap. XVI. De morte Floreni, ſeu Florentii, demolitione Feſularum, & edificatione Civitatis Florentie.

Cap. XVII. Sub quo ſtatu Celi, quove ſydere, fundamenta Civitatis Florentie facta fuerint.

Cap. XVIII. Cur nove Civitati edite per Ceſarem, nomen Florentie inditum ſit.

Cap. XIX. Quamobrem Feſule iterum reedificate fuerint, & iterum delete.

Cap. XX. De adventu Radalgaſii Gothorum Regis in Italiam, & quomodo ſuperatus, & mortuus eſt, & eius innumerabilis exercitus in montibus Feſulanis fame extinctus eſt.

Cap. XXI. De longa obſidione Civitatis Florentie facta per Athilam, & ejus deſtructione.

Hinc incipit Operis proſecutio.

Poſt Epilogum ſuperiorum ad alia pergere proponit.

Cap. XXII. Cumulatio quedam quorumdam Hiſtoricorum Gallorum de origine Regum Francorum per Franeonem Hethoris filium.

Cap. XXIII. De origine, & genealogia Regum Francorum per Priamum Ducem Sicambrorum. De Stirpe Franconis Hethoris filii, ex quo Carolus, qui Urbem Floreutiam reedificavit.

De ſingulis Regibus agit.

Joannes II. Philippi filius, Regnum mortuo Patre recepit, in quo per annos XIII, quos regnavit, cum Rege Odovardo ſepe bellavit &c.

Carolus VII. Poſt mortem Joannis XV. regnavit &c.

Carolus VIII. juvenis adhuc & indolis egregie, atque animoſus, vel de anno etatis ſue XIV. non impleto coronatus eſt, & jam per annos circiter XV. regno prefuit, cujus vita, mors, & geſta honeſtius erit, poſtquam fata ſua compleverit, pertractari.

Cap. XXIV. Quis prior ſigna bellica, que vulgus arma vocat, invenerit, & cur lilia aurea ſigna ſint Regum Francorum.

Cap. XXV. Teſtimonia quedam Dantis Poete de demolitione Civitatis Feſularum.

Cap. XXVI. De ultima Civitatis Feſularum depoſitione.

Cap. XXVII. Digreſſio, qua agitur de natura, & moribus quatuor Civitatum Thuſcie, Florentie, Piſarum, Peruſii, & Senarum.

Philippi Villani Solitarii de origine Civitatis Florentie, & de eiuſdem famoſis Civibus ad illuſtrem Dominum Philippum de Alenconio Epiſcopum Oſtienſem Romane Eccleſie Cardinalem, liber primus feliciter explicit, & ſecundus de illuſtribus Florentinis feliciter incipit.

Proeminm.

Poſtquam brevi manu libro ſuperiore perſtrinxi, que de Civitatis Florentie initiis potui invenire &c.

Cap. I. De vita, & moribus Claudiani poete, & quo tempore floruerit.

Cap. II. De vita, & moribus Dantis poete Comici inſignis.

Cap. III. De vita, & moribus Franciſci Petrarce poete laureati.

Cap. IV. De vita, & moribus Zenobii de Strata poete laureati, & eius indole.

Cap. V. De Joanne Bocaccio poeta &c.

Cap. VI. De Colucio Pyerio poeta &c.

Cap. VII. De Roberto eleganti, & preclaro Theologo ſuo tempore Cancellario Pariſiis.

Cap. VIII. De Cypriano. De primariis Gloſſatoribus Jur. Civil., & &c.

Cap. IX. De Accurſio.

De Accurſio Gloſſatore, & Illuminatore Juris Civ.

Cum poſt Cyprianum antiquiſſimum Gloſſatorem Juris Civ. multi, factis per eum ſemitis, diſcendis legibus operam preſtitiſſent, & per idem ſeculum poſt Placentinum concurrerent Bulgarus, & Martinus Goſe, qui Federici Barbaroſſe Imperatoris temporibus Juris Conſulti preſtantiſſimi habiti fuere; hique in legum intellectu ſicut & in moribus plurimum diſcreparent, ſectas fecere diverſas, & qui ſecuti ſunt Bulgarum in opinionibus ſuis, Bulgariſte vulgo dicti ſunt, qui vero Martinum, Goſiani. Poſt quos ex eorum auditoribus Johannes homo omnium interpretandis Legibus acutiſſimus, & Azzo ſcientie magne fuerunt, aliique complures. Sed cum omnes in locis multis ſuper Legum intellectu vanis opinionibus per multa diſcordantibus jura Civilia expoſuiſſent, eumque propterea ipſum jus ſub multa ambiguitate caligaret, Dei, ut puto, clementia factum eſt, ut tenebroſis adhuc juribus ſplendor debitus redderetur, hoc eſt ut eorum illuminator Accurſius oriretur. Hic de juſto ortus eſt ſemine, moribus tamen propemodum civili, & delicato in Villa Balneoli, que publica interſecante via ex oppoſito Montboni proſpectat, & a plaga meridionali a Civitate Florentie per quartum vel circiter lapidem diſtat. Ubi adhuc paucis decurſis annis domus erat, que negligentia, & inaccuratione poſteritatis ſue, cuius adhuc ignobiles plerique ſuperſunt, corruit, que vulgo Studium Accurſii nuncupabatur, propterea quod ibi diu ſolitariam perducens vitam commentandis Legibus Civilibus invigilaret. Hic poſtquam artium principia liberalium pleniſſime cognoviſſet, extemplo cum eſſet emenſus pueritiam diſcendo Jure Civili per dies atque noctes pazientiſſimus vigilie, & laboris aſſidue operam dedit, omniumque ſectarum auditor factus, quid queque ſentiret, diligentiſſime intellexit. Factuſque Doctor maximus, non lucri, ſed fame cupidus Jura Civilia Bononie publice docuit annis circiter quadraginta. Tandem cum animi eſſet ingentis, curaque illi permaxime bonum publicum foret, ſpretis lucris, & omni cura forenſis rei, atque familiaris abjecta, ſolitarie vite datus, gloſſandis Legibus Civilibus operam conceſſit aſſiduam, multiſque vigiliis, & labore permaximo totum ejuſdem Juris Corpus per breves, & ſolemnes Gloſſas accuratiſſime commentavit; que tante anctoritatis, gratieque fuere, ut conſenſu omnium publice approbarentur; & ſpretis, abolitiſque penitus aliis, ſole juxta textus legum appoſite ſunt, & ubique terrarum ſine controverſia pro legibus celebrantur, ita ut propemodum nefas ſit, non ſecus quam textui, Gloſſis Accurſii contraire; ſicut antiqua fama referente comperi. Stature militaris Accurſius, aſpectus gravif-

graviſſimi, & reverendi, ſed conſiderativi, atque melancolici, ejuſque quod ſemper meditaretur ingenii, & memorie ſupra modum vivaciſſimus, vite vero ſobrie, atque caſtiſſime, quamquam nitido, & perpolito veſtitu delectaretur, quo videretur pompoſius tamen ſine faſtidio, a cujus habitu moribuſque ejus auditores non ſecus, quam ex ore diſerto leges vivendi hauriebant. Mortuus eſt vite ſue anno ſeptuageſimo & octavo, gratie vero milleſimo ducent. ſexageſ. quinto, & Bononie eminenti conditus eſt ſepulcro, in Platea Fratrum Minorum titulis monumenti preſcriptis, quibus redditur poſteris, qualis conſtat fuiſſe viventibus.

Cap. X. De Franciſco Accurſii filio.

De Franciſco Accurſii filio defenſore Gloſſarum Patris.

Franciſcus Accurſii filius ingenio, & diligentia nequaquam inferior Patre, poſt mortem Patris Bononie laborioſe docuit Jura Civilia, conflictationibus innumeris impetitus, preſertim Bononienſibus Doctoribus, livoris inſania, Gloſſas Accurſii conantibus abolere; eo ſiquidem tempore Odofredus ex nobili, potentique familia Bononienſi natus, multaque lege preditus, qui etiam gloſſaverat, & in lectura cum Franciſco concurrebat. Hic ut Accurſii nomen oblivione deleret, ejus Gloſſas convellere totis viribus conabatur. Sed Franciſcus paterni defenſor nominis publicis Diſputationibus contra ipſum ſemper obtinuit, unde non minus honoris in defendendis Gloſſis paternis conſecutus eſt, quam Pater in componendis. Hic Bononie obiit anno gratie milleſimo trecent. nono; vite ſue octavo, & ſexageſimo, & in paterno Sarcophago conſepultus eſt.

Cap. XI. De Dino de Moyſello.

De Dino de Moyſello Doctore magno Jur. Civil., qui titulum de actionibus in Jure Civil., & de regulis Juris Canon. commentavit.

Difficile eſt rem eamdem, ſimiliſque materie perſepe tractantibus ordinem, modumque dicendi continuo variare quin ſepius in eadem verba non recidant latine lingue inopia; tanta enim in his viris morum ſimilitudo, tanta ingenii, doctrineque, paritas eſt, ut uno dicto, ceteri videantur ferme relati &c. Igitur Dinus de Moyſello, quem locum vulgares verborum propriorum corruptores Mucellum appellant, ignari locum nulle ſcaturientibus fontibus .... fluvii alluvione letari, poſt Accurſium, & Franciſcum mirabili Legum claruit diſciplina. Fuit ſiquidem, ut ab auditoribus ſuis comperi, quod & ejus ſcripta teſtantur, bono incredibilis memorie preclarus, ingenii vero preclariſſimi, quo in ſecreta legum priſcarum nemo auctius, profundiuſque penetravit. Hic multo tempore Legem profeſſus publice docuit in Civitate Bononie, auditoreſque multos, & utique preſtantiſſimos reliquit. Fama Viri hujus, cum ad Summum Pontificem Bonifacium VIII. perveniſſet, ipſeque cuperet quinto, & ultimo Decretalium libro novorum Canonum ſextum adjicere, & que Juri Canonico videbantur deeſſe ſupplere, accerſito Dino, in ipſis condendis, ordinandiſque Decretis, ejus precipue opera uſus eſt; eumque propterea Cardinalatus dignitate cogitaverat munerare, ſignaque intentionis hujuſmodi aperta monſtraverat. Sed cum tum alieno, tum ſue anime veſtiſſet conſilio diligentiſſimus Pontifex, propterea oportere virum lecture perutilem ab ipſa non diſcedere, multorum auditorum damno, ipſumque moribus Eccleſie parum fore conformem, a propoſito reſilivit, magniſque laudibus commendatum, donatumque muneribus perſuaſit viro redire Bononiam, & veris vacare ſtudiis & doctrinis. Dinus ſpe abjecta expectate dignitatis, idque ad injuriam revocans maximo cordis merore confectus iter ingreſſus ad reditum, poſt dies paucos itineris repentino morbo correptus interiit morte ſane inaudita, ſed que ſolet illuſtribus viris in naturali exitu eſſe perſimilis; is quidem dicto in commeatu ..... appuliſſet, nocteque meſto nimium animo laboraret, ſitique preterea inexpiabili uteretur, ſtrato hoſpitis ſurgens, os in vas, quo aqua hauritur, immiſit, ſitulam vulgares appellant, eo quod ſitim levet, maneque facto repertus eſt inſerto in ſitulam capite animam exhalaſſe. Occaſu igitur periit profecto tanto viro indigniſſimo, non tamen ſine .... Cum hic propter ea, que ſcripta in Jure reliquerat, in honorem Bonifacii Juris Canonici regulas commentaſſet, exemplum ſane utiliſſimum eſt clariſſime ſcientie viris, ut ſuis contentis ſecretis &c.

Cap. XII. De Taddeo.

De Taddeo Phiſico inſigni, & commentatore multorum librorum Medicine.

Commemoravi Florentinos, quos Legum, Canonumque peritia fecit illuſtres. Supereſt ut referam, qui ex reliquis noſtris Medicine artem curioſo fame ſonitu fuerunt aſſecuti. Inter quos, qui noſtra memoria haberi poſſint, primus Taddeus Phyſicus maximum obtinuit principatum, ejuſque ſcientie palmam promeruit. Hic obſcuris parentibus Florentie natus eſt, loco haud multum diſtanti a veteri Platea Predicatorum, annoſque pueritie, & adoleſcentie ſue ſegnis, & quaſi animo conſternato abjecte exercuit, & viliſſimis deditus miniſteriis, queſtuque ignobili, diu pauperrimam vitam ſqualidamque produxit. Cumque jam in dies maturiſſet ſuos, & ad annum uſque trigeſimum tenebroſo oppilatus cerebro perveniſſet, eoque interim quaſi conſopitis ſenſibus vigilans dormitaret, & in Atrio S. Michaelis in Orto minutiſſimas candelas, importune ſe emptoribus ingerens, venditaret, ut inde miſerabilem aleret vitam; exactis tandem annis triginta, groſſiſque conſumptis humoribus, quos Medicine periti volunt pigram tenere naturam, animeque operationes, ipſamque complexionem, que inſtrumentum ejus eſt, impedire, qui, cooperante natura, in tempore reſolvuntur, ipſumque hominem ſuo intellectui reſtituunt, aptumque reddunt complexionis inſtrumentum, uti erat ineptum; Taddeus quaſi alter, & novus

homo experrectus ſomno, & quaſi de perdito reſtauratus ingenio, querende ſcientie cepit amore flagrare, & quaſi renatus puer ad diſcendum prima elementa propere feſtinavit. Grammaticen deinde brevi tempore felici uſus . . . . didicit. Parvo deinde queſito viatico Bononiam appulit, ubi egena contentus vita ſine intermiſſione ſedulus ſtudio liberalium artium, omniſque Philoſophie per diem atque noctem vacavit, tempuſque quod per malam complexionem amiſerat recuperare ſtudio, & diligentia permaxima ſatagebat, ita ut hore momentum perditum iri non ſineret, totumque ſe in diſciplinis conceſſit. Poſtremo ſtuduit Medicine, & que ad omnem ejus ſcientie partem pertinerent accuratiſſime perſcrutatus, ſolemniſſimus artis Doctor effectus eſt, ſuſceptiſque ex publico ſalariis, Medicinam diu Bononie docuit, & accuratiſſime practicavit. Ex primis ſiquidem modernorum fuit, qui artis ſecretiſſima ſub Auctorum dictis latentia aperuerit, atque monſtraverit, agrumque . . . . . & incultum ſulcando futuris ſeminibus optimis preparavit. Hic quamquam adventitiis ſpretis lucris, glorie cupidus & honoris, commentandis auctoribus Medicine operam conceſſit; qua in re tante auctoritatis fuiſſe relatum eſt, ut que pro Gloſſis ordinariis haberentur, que operoſis medicine (*ſic*) voluminibus appoſite fuere, tante in ea diſciplina reputationis, quante in Legibus Civilibus Accurſii, cui & ipſe contemporaneus fuit. Duo ſiquidem Civitatis noſtre ſydera, que duas inter reliquas celſiores, utilioreſque ad conſervationem humane nature artes, tum in maxima caligine laborantes, faciles redderent, & apertas. Hic homo cum penes Italos, quaſi alter Ypocras haberetur, egrotantibus per Italiam ubicumque Dominis temporalibus, divitibuſque ad curam enormitate ſalarii vocabatur. Cumque per dies ſuos Summus Pontifex in morbum pene letalem incidiſſet, & Taddeum ad ejus curam accerſiri mandaſſet, deque diurno ſalario minime per arbitros conveniret, Taddeo per diem centum aureos pertinaciter poſtulante, idque Pontifex miraretur, conceſſit tandem in votum Taddei, deſiderio ſanitatis; cumque ad ipſum Taddeus perveniſſet, illi Papa cepit duritiam, & avaritiam modeſtiſſime exprobrare, cui ille animi ſtuporem fingens, miror, inquit, cum aliis prevocatus dominis, & tyrannis plerumque per diem aureis quinquaginta, vel pluribus donatus fuerim; Tu qui Chriſtianorum maximus es Dominus centum mercando (*an* me revocando?) negaveris, pulchre ſane, & modeſte arguens avaritiam Cl. . . . . Factumque inde eſt, ut & ſanitati redditus Summus Pontifex, ſive cure merito, ſive purgande ſuſpicionis avaritie intuitu, Taddeus decem millibus aureis donaretur, quos omnes vir ſancte vite, cum Bononiam repedaſſet, in conſtructionem hoſpitalium & cenobiorum piiſſime errogavit. Hic octogenarius Bononie mortuus eſt, & ſepultus. Admirabile autem in homine hoc puto, quod is eum grandius, aptiuſque tempus in querendis diſciplinis, nature malitia ſomnolentus amiſerit, illius factus etatis, cui literarum primordia difficiliora ſunt, ea didicerit, que ſoleant cum juvenibus adolere, queve uſui potius, quam diſcipline parere ſoleant.

XIII. De Dino de Garbo.

De Dino de Garbo Phixico multorum librorum, & Commentorum Medicine compoſitore.

Dinus de Garbo Taddei auditor, poſt eum medicus fuit inſignis. Hic genitus eſt Florentie Patre Bono Cyrutico maximo, ut nepos ejus Thomas, & Dini filius in ſua Summa refert, queſtione qua querit, an penam ſentiat naturali morte, hoc eſt emerita decedens. Studio vero Bononie datus eſt, ubi tantum liberalibus artibus Philoſophie, Medicineque doctrinis invaluit, quod univerſalis ſtudii voto ibi fuerit aſcitus ad Cathedram. Cumque ſub famoſo nomine diu Medicinam ibi docuiſſet, Bononienſium Doctorum invidia ſepe laceſſitus, indignatus eſt vehementer. Cumque per eos dies Senenſes ſolita vanitate generale Studium habere molirentur, Senas receſſit Dinus, ibique publice docuit Medicinam. Atque cum ſepius, & inſtanter precibus, muneribuſque a Bononienſibus repeteretur, redire Bononiam nullatenus aquievit. Hic juvenis adhuc ſuper tertia, & quarta Parte, ſeu quinti Canonis Avicenne expoſitiones conſcripſit utiles, & ſubtiles tam in practica, quam in theorica Cyrugie, que in ſtudiis ordinariis magiſtraliter perleguntur, eum eam jam grandevus Senis legeret. Rogatu Roberti Regis Sicilie, & Jeruſalem ſcripſit ſuper quarta primi Canonis Avicenne, opus pulcherrimum, & acuminis magni, quod dilucidatorium totius practice Medicine nuncupavit. Super primo Avicenne inſuper ſcripſit, & ſuper Canones primi, & ſuper libro Galieni de malitia complexionis diverſe, & ſuper libro Ypocratis de natura fetus. Quamplures etiam tractatus, & queſtiones compoſuit in Philoſophia, Medicinaque determinatas, que faciliorem, & uberiorem redderent diſciplinam. Is etiam commentavit vulgarem cantilenam Guidonis de Cavalcantibus Florentini, que de notis, occaſione, natura, moribuſque amoris cupidini ſervientis rationibus phyſicis, & moralibus ſuccincte, & mirabiliter demonſtravit. Que omnia per ſui dignitatem Dinum famoſum poſteris tradiderunt. Fuit vir iſte, ut ab illis, qui eum cognoverunt, audivi, tante conſiderationis, adeoque abſtracte nature, ut perſepe conſopitis exterioribus ſenſibus, quaſi extaticus ſuper ſe aſcendere videretur. Conſueverat ſiquidem in foribus domus ſue ſtare frequenter, genuque gravi ſuperpoſito, quaſi puerorum ludo calcaris radiaram ſpernam (*an* ſperam?) digito in girum velociſſime agitare; ita ut animo totus eſſe alibi putaretur. Ingenii fuit cultiſſimi, & perſpicaciſſimi acuminis, vite ornate, cultus philoſophici, ſed affabilis, & hilaris in egrotantium viſitatione, alias ſeverus, & ſecreti expetitor, & cultor otii, carus tamen omnibus, & acceptus. Hic admodum ſenex Florentie obiit, & in Eccleſia Minorum claro conditus eſt monumento.

Cap. XIV. De Turriano inſigni Phyſico, cognomento pluſquam Commentator.

Cap.

Cap. XV. De Thomaſio Dini de Garbo filin &c.

Cap. XVI. De Brunetto.

De Brunetto Latino Rhetorico.

In *exordio videtur ex poſitu Civitatis, & Caſtrorum, ac Planetarum influxu vim Florentinorum ad mercaturam, & ad eloquentiam, ac poeſim repetere. Ita autem* Caput *abſolvit*. Jamque pene ſenex mire, celeriterque gallicum perdidicit idioma, utque magnis, & nobilioribus viris illius regionis applauderet, pulcherrimum, & utilem librum in Rethoricis edidit gallica lingua, in qua omnem dicendi artem accutatiſſime, ordinateque ſecundum practicam congeſſit, quem Theſaurum appellavit. Opus ſane gratiſſimum, & urbane plenum eloquentie, & quod penes Gallos magno in pretio eſt.

Cap. XVII. De Bruno Caſini Rhetorico.

Cap. XVIII. Prefatio ad Semipoetas.

Supereſt admodum &c.

Cap. XIX. De Henricetto Semipoeta elegiaco.

Cap. XX. De Franciſco de Barbarano Semipoeta.

Cap. XXI. De Bonifacio Uberto Semipoeta hilari, & feſtivo.

Cap. XXII. De Guidone Cavalcante Philoſopho, & Semipoeta.

Cap. XXIII. De Guidone Bonatti illuſtri Aſtrologo.

Cap. XXIV. De Paulo Bagometro Geometra, & Aſtrologo.

Cap. XXV. De pleriſque Muſicis Florentinis, qui in ea arte egregie floruerunt, & preſertim de Franciſco Echo viro mirabili.

Cap. XXVI. De pleriſque Pictoribus Florentinis famoſis, & preſertim de Grotto artis predicte jam deperdite reſtauratore.

Cap. XXVII. Prefatio ad viros rei militaris inſignes.

Cap. XXVIII. De Lucerio antiquo, & primo Duce Florentino.

Cap. XXIX. De Farinata de Ubertis militie clariſſimo, & famoſo.

Cap. XXX. De Comite Guidone Guerra militaris rei peritiſſimo.

Cap. XXXI. De Nicola de Accinajolis militie magno, Regni Sicilie Seneſcalco.

Cap. XXXII. De Joanne, & ejus fratre Mattheo de Villanis Hiſtoriographis.

Hic definit Codex Barberinus.

Part. I. Pag. 137. Lit. g, Pag. 260. Lit. a, & alibi.

Dominicus Bandini immenſi laboris opus condidit, cujus hic titulus eſt: Fons Mirabilium Univerſi. *In eo de rebus omnibus, ſi dicere fas eſt, humanis, ac divinis, aliquid dicere ſibi propoſuit, quod magis ſcitu dignum videretur. Itaque nulla eſt artium liberalium, prout ætate ſua colebantur, ex qua aliquid non delibaverit, nulla pars Hiſtoriæ, quam non attigerit, uno verbo, nullum Scriptorum genus, quod quidem reperire potuerit, ex quo aliquid non excerpſerit. In trigeſimo hujus Operis libro, qui ſolus prægrande, ac ſpiſſum volumen occupat, agit de Claris Viris, qui ex omni memoria ad ſuam uſque ætatem vixerunt, quoſque non ſolum Hiſtoria vetus, & nova, ſed fabulæ etiam ſuppeditant. Vixit autem laborioſus hic Scriptor decurrente XIV. ſæculo, & anno MCCCLXXIV. in Scholis noſtris humaniores Literas docebat. Etiam Bandinus ejus pater eamdem facultatem profeſſus eſt, eumque magnis laudibus ipſe extollit. Oportet autem illum eſſe natum ex patre admodum ſene, ſi vera ſunt, quæ de illo ſcripta reliquit. Ejus ingens opus, quod ante dixi, in tria magna volumina diſtributum extat integrum Romæ in Bibliotheca Collegii Capranicæ. Sed Vaticano Codice, qui eſt n. 2029, uſi ſumus, ex quo pauca excerpſimus hic edenda. Plura de hoc Auctore, deque immenſa ejus farragine habet Laurentius Mehus vir eruditus in ſuis ad Ambroſii Camaldulenſis epiſtolas Prolegomenis, a quo illud præcipue animadverſum eſt, multa in hoc Scriptore, & in Philippo Villanio de Claris Viris Florentinis iiſdem fere verbis ſcripta eſſe, ut neſcias, uter ab altero acceperit.*

Auctor hic noſter de ſingulis Viris illuſtribus diſſeruit ſervato literarum Alphabeti ordine, atque ideirco non habita ratione temporis, quo quiſque vixit. Itaque eundem ordinem & nos ſequemur in paucis hiſce excerptis exhibendis, ex quibus de Auctoris guſtu ſatis dijudicari poterit. Primo ſit Accurſius, de quo ſic ſcribit:

ACcurſius Legum illuminator Florentie natus eſt origine populari. Hic mira temporis brevitate artes didicit liberales, moxque ad Jura ſe contulit, Sectarum omnium auditor. Cumque ab utraque parte omnia evacuaſſet, & jam ubique doctiſsimus diceretur, Bononie annis circiter quadraginta concurrens cum Odofredo de Odofredis de Bononia, tandem ſpretis lucris ſolitariam vitam elegit, & totum corpus Juris ſubtili brevitate gloſſavit. Que quidem Gloſſe adeo fuerunt grate omnibus, quod rejectis quibuſdam opinionibus aliorum, ipſe ſole de conſenſu omnium Doctorum juxta textum ſunt poſite, & ubique ſine controverſia pro legibus honorantur. Natus eſt Henrico Imperatore Barbaroſſa, & floruit imperante Federico Secundo, & tandem Bononie ex ſenio obiit anno gratie MCCLXXVII vite vero LXXV anno, fuitque animi dolore, lacrimis, & ejulatu totius Italie poſitum in eminenti piramide in Platea Fratrum Minorum &c.

Bandinus preſentis Operis Auctoris Genitor, vir facundia, literarumque ſtudiis, & artium liberalium clarum lumen, ſemper cum reverentia nominandus mihi, honeſtis parentibus ortus, Mercatoribus quidem origine, Dei nutu, ſemper abhorruit mercationes, ſequendo ſtudia literarum. Cumque in trivio eſſet ſummus, & in quadrivio haberetur inſignis, inſpecta Mundi practica, verſutiis, fraudibus, violentiis, ſtupris, cunctiſque facinoribus ſilendis potius, quam ſcribendis ..... elegit diſciplinando prodeſſe omnibus, memor quod ſcribitur .... Qui multos erudiunt ad juſtitiam

erunt

erunt ſtelle in perpetuas eternitates ...... Erat quippe doctrina mirabilis ſicut ſpeculum terſiſſimum inter ſuos. Nullus evo ſuo, quantum communis ferebat opinio, majoris eloquentia dicebatur, prout ſuccoſe, atque graves monſtrantur epiſtole ipſius..... & quidem quaſdam ejus orationes ita perfectas vidi, ut in eis neque Cato gravitatem, neque Lelius lenitatem, neque Ceſar calorem, neque Hortenſius diſtribucionem, neque parcimoniam Salluſtius, neque Quintilianus copiam, neque opulentiam Cicero... Poſtularet ergo laudes inclitas, ſummoſque titulos bonitas tanti Viri, quem maxime bonitatis tota Civitas predicabat ..... Quia erat omnibus gratiſſimus hoſpes. Me tunc etate..... fratres meos puberes, quoſdam etiam patrueles ejus ſepius monendo dicebat: Audite filii, & intelligite mente vigili verba mea .... Deficeret mihi tempus potius, quam facta, & moralia dicta ejus &c. Adducam tamen hic in teſtimonium a me Scriptorum paterna honorabilia opera pro Patria impenſa, eaque non tamen omnia &c. Invenio in publicis Annalibus Arretinorum auctenticatis manu Ser Riolomanni Armigeri de Burgo S. Sepulchri, quod anno Domini MCCLXIX., nemine imperante, & vacante Apoſtolica Romana Sede, die Dominico penultimo Sept. dum Arretina Civitas cum Burgo S. Sepulchri hoſtiliter diſſentiret, ad hanc tandem concordiam deventum eſt, ut Arretini eligerent XXIV. bonos viros, quibus darent pleniſſimam poteſtatem paciſcendi, & belligerandi ſecundum placitum prudentie eorum, quorum electorum nomina ſunt iſta:

Dominus Joſephus Judex.

. . . .

Bonagiunta Longus.
Albertinus Johannis.
Benecvene Bonaventure.
Mag. Bandinus Grammaticus.
Orionus Arengerii.
Orlandus Atti.
Dominus Martinus Judex &c.

Et Burgenſes ſimiliter ex parte alia congregato conſilio generali ad parlamentum elegerunt cum plena balia, & poteſtate in Syndacum Procuratorem, & negotiorum geſtorem dicti Communis Dn. Pepulum Judicem q. Dni Raverii de dicto Burgo. Et tandem poſt multa convenerunt dicti Procuratores, & Syndaci ut Commune Burgi quolibet Anno mitteret Arrecium in vigilia Sancti Donati Preſulis Arretini purpureum, ac novum Pallium de bono ſerico ſuper lancea explicatum a Porta Civitatis uſque ad Palatium Communis Arretii. Et in mane feſtive ſolempnitatis Beatiſſimi Donati Preſulis, qui eum portaverunt in precedenti die rurſus ponere, & dimittere ſuper Altare Majoris Arretine Eccleſie teneantur. Item quod Burgenſes omnibus ſuis expenſis refici faciant Caſtrum Plebis S. Stephani, & Portam, & omnia ejus edificia per ipſos Burgenſes everſa, & Eccleſiam Plebis poſitam extra Caſtrum, qualis erat, cum ipſam demoliti ſunt ...... Promiſerunt etiam dicti Burgenſes facere in perpetuum exercitum, & cavalcatas quotieſcumque Arretini hoc facerent, vel ſociis, & amicis &c. Et omnia ſupradicta Arretii firmata in Plebe Sancte Marie de Arretio, preſente Ven. Patre D. Johanne Priore Camaldulenſi, Dn. Tarlato de Petramala, Domino Caſtare Judice, Amanuato Notario Baldo Domini Caſtellani, Ventura Guidalis, & Notario Giſello omnibus Civibus Arretinis &c. *Sic definit*.

Brunettus cognomento Latinus Florentie oriundus tantus evaſit Rhetor, Philoſophus, Hiſtoricus, & Aſtrologus, quod poterat merito priſcis Oratoribus comparari, niſi contra naturam obſcene libidinis ejus gloriam infeciſſet. Et quamquam honorabundus in Patria ſua viveret, ſupervenientibus diſcordiis inteſtinis coactus jam ſenex linquere dulcem Patriam, pervenit in Galliam tranſalpinam, ubi repente Gallicum addiſcit ydioma. Et ut Gallis divitibus applauderet utilem librum Gallica lingua edidit, quem Theſaurum appellavit, diviſitque in libros ternos ..... Et habetur hoc Volumen apud Gallos in magno pretio, in quo dixit ...... faciendo ad Auctorem ſibi Brunectum loqui:

Siate recomendato il mio theſoro
Nel quale vivo ancora, e più non cheggio.

Effecit alium in latina, & materna lingua, quem theſaurectum dixit, in quo tractavit de moribus hominum, de caſibus, de mobilitate fortune, & humano ſtatu &c.

Colucius Pyerius Rhetor maximus, facundiſſimuſque Orator, Poeta clarus, & Hyſtoricus glorioſus, nunc adeo mirabilis in omni ſcientiarum genere, totaque politia inter quoſcumque clariſſimos mei ſtili viſus eſt, quod poſtquam cepi dotes ejus meo calamo ponere in papyro, fere ab inceptis deſtiti eum ſolum hac tempeſtate de ſe ſatis digne, nec alium ſcribere poſt ſe ratus &c. Fuit Colucius Pyerii filius oriundus de Salutatis inter ſuos clara proſapia de Stignano Caſtro quidem Vallis Nievole, noſtris temporibus Territorii Florentini, ubi orta dudum partialitatis diſcordia, ut frequenter aſſolet inter Tuſcos, Pyerius veluti caput Guelfe partis pellitur, bonis ejus famelicis hoſtibus ad predam datis. Hunc ergo Taddeus de Pepolis Bononienſis Dominus largo ſtipendio ad ſe traxit, edoctus eum fore armis clarum, nec minus conſilio prepollentem &c. Sed anno XI. ſui exilii clauſit feliciter vite terminum ſuperſtitibus tribus melioris ſexus filiis, Colutio ſcilicet, Corrado, & Joanne tunc puberibus. Colutius in literarum ſtudio Bononie enutritus jam etatem doctrina mirabili ſuperabat. Mox evaſit preſtantior ipſo Patre, nec minus ornatus morum, ac gravitate vite, quam fuerit profunde eruditionis celeber. Fulxit poſt tempus tantum eloquii jubar, ut monſtrant ejus epiſtole, quas emitit in eos ſtylo innumerabiles pene, q. Reges, Pontifices, & Auguſti earum ſententiis, ac gravitate moti ad ſe illum trahere incredibilibus emolumentis conati ſunt. Sed ejus celeſtis bonitas... noſtre Patrie vicit Pontificum, Regum, & Auguſti munera. Maluit ſemie dici Can. Cancellarius Florentinus ſub modeſta quadam delectatione cum eruditiſſimo, atque divino animo Civibus Florentinis, veluti ...... ſupradictarum

virtu-

virtutum, ... quam in Pontificalibus, ſive Auguſtalibus Atriis cum clientum catervis, cum ingenti auctoritate pompoſius conſpiei. Nec mirum eſt, quippe Colucius morum, ac virtutum Fenix in toto orbe, nobilitans non ſolum Patriam, ſed Europam omnem, eum non mòdo repreſentet, ſed etiam excedat ingenia cunctorum veterum Poetarum. Ipſe enim omnia dicendi genera proſaice, & metrice ſolus novit cum tanta ubertate doctrine, quod neſcias utrum profundius, an ornatius expleat omne opus. Et familiariſſime ſunt hiſtorie quarumcumque gentium, ſuntque ei ſenſus Fabularum notiſsimi. Et breviter quidquid . . . . ſacrarum literarum jacet in gremio ſibi apertum eſt. Lege ſi heſitas ſcientiarum gurgitem, ſeu abiſſum appellare mavis, librum ejus, quem . . . . . de laboribus Herculis quotidianis tenet &c. Legas elegantiſſimum librum illum, quem de Religione, atque fuga ſeculi ſub titulo Hyeronimi Camaldulenſis Ordinis Generalis edidit. Legas eroica metra de bello Pirri habito cum Romanis; tunc dices, quod prius de Marone Naſo dixerat:

Omnia divino monſtravit carmine Vates:

& ne cum multa dixero, plura de ſuis meritis preteream, hec ſit ſumma omnium dicendorum. Colutius Pyerius mea ſententia ſolus eſt arcane nature conſcius, qui divina ſolus & humana complecti animo, & eloqui ſtilo poſſit adeo exuberanter, ut omnes laudatos veteres antecedat . . . . . . Additur ſumma fides, benignitas incredibilis, & modeſtia ſingularis; & ut concludam, cetera humanitatis offitia penes ipſum unum ſunt, & quidquid dixerit credas a Divino fonte relatum eſſe, quoniam Oracula Delphis ceſſant, & a nemore Dodoneo prophetice abiere columbe . . . . . Nec te ut Pictor fabulator verbulis meis laudo, quem incredibilis ſapientie tue abiſſus laudat, predicat tua bonitas, eloquentia, atque caritas in mortali homine non credenda &c. Crede nempe mihi, crede cantatiſſime Vir inſignis, quod quamvis nunc clarus in Orbe ſis, vives tamen glorioſus in ſepulcro.

Dantes eſt proprium, & uſitatum nomen cujuſdam Poete, Philoſophi, & Theologi Florentini. Ubi nota, quod in ſunte Sacri lavacri Durante fuit ſibi nomen impoſitum. Sed blanditiarum alludio ſecundum Florentinum ritum ſincopato nomine Dantes vocatus eſt . . . . Sed incipiamus a primordiis &c.

Ipocras &c.

Tandem venit mirabilis Galenus. Venit deinde Raſis . . . . deiude Avicenna &c. & ut ad Italicos veniam, qui mira ſubtilitate opera liquerunt in phiſica, primus Gloſſàtor Taddeus Florentinus, cujus adnuc ſcripta ſunt maxime auctoritatis; non quod ante omnes aperuerit Medicine textus, ſed quoniam veritatis aſſertor feliciſſimus teneatur.

Fuit etiam Dinus de Garbo, quem miris laudibus extollit Muſactus Poeta tragicus Pactavinus: & etiam ipſe commendabilia multa ſcripſit, prout poſui in eodem libro VII. c. Dinus.

Hunc non inferiore fama nec ingenio ſecutus eſt filius Thomas, ut ſcripſi eodem libro c. Thomas.

Nec parve glorie fuit Gentilis de Fulgineo, qui multa copioſe ſine ſubtilitatis admiratione compoſuit.

Et ut vivos omittam, quos video fama claros, & ſcriptis ſine dubio celebrandos, fuit Chriſtophorus de Honeſtis de Bononia, fuit & Marſilius Pactavinus, qui univerſalitate rerum, & ſcientia claruit.

Omnibus tamen anteponendum cenſeo Petrum de Hebano Pactavinum, qui maxime utilitatis librum edidit in Medicina, cujus titulus *Conciliatores* &c. Qui etiam declaravit Problemata Ariſtotelis. Scripſit de Venenis, & alia multa fecit, adeo perfecte omnia, quod facile inter Medicos europicos alius clarior non habetur.

Nec multo prius, ſi ei non fuit contemporaneus Guilielmus de Placentia nomine Placidus in theorica, & practica Medicina, prout ipſius Gulielmina demonſtrat.

Extinctis his luminibus Medicine, heu ad hoc venimus in preſenti, ut cuicumque rudi ſe Medicum profitenti ſubjiciatur unuſquiſque &c.

Joannes Andree Doctor eximius Decretorum fuit dampnato conjugio natus. Ipſe ferme Patre Andrea Sacerdote, Matre vero Alpicola ignote ſtirpis venit ad lucem. Et hi ambo parentes in ſinu Alpium Mugelli, altero & vigeſimo lapide diſtante ab Urbe Florentia nati ſunt. Hic Andrea patre literarum elementa docente celeriter didicit primitiva. Inde ſe Bononiam contulit pedagogus, ubi liberales artes mirabili celeritate didicit. Cumque in tanta creſceret honeſtate, quanta ſufficeret homini religioſo, venit in gratiam Viri Nobilis Raynaldi de Ubaldinis adeo, quod ejus filium Scarpetta nomine ſub Joanne directore ad Jus Canonicum Bononiam deſtinavit. Ipſe autem Joannes ita profecit, quod in parvo tempore quammaximus Doctor habitus, ad lecturamque provectus ingenia cunctorum veterum ſuperabat. Dilexit adeo dicta Hieronymi, quod ſumma diligentia per diſcipulos variarum Regionum, quos ipſe docuerat, quaſi ejus opera congregavit. Et ipſe eleganti ſtilo libellum edidit de vita Hieronymi. Sub ejuſdem nomine fecit devotiſſimum (*ſic*) conſtrui haud longe a Civitate Bononie. Et dum juvenis eſſet, ſuper VI. Bonifacii ordinarias Gloſſas fecit. Sed ſuper Clementis ita perpingues Gloſſas edidit, quod univerſus Orbis quaſi quoddam veritatis oraculum ſumma cum veneratione ſuſcipiat; & cum jam lecture Canonum per V. annos ſine intermiſſione vacaſſet, publicavit illud inſigne Opus ſuper Decretalibus compilatum, cujus titulus eſt *Novella*, in quo quidem quacumque litera veteres ſcripſerant, ornate, ſubtiliter, atque ordinate digeſſit. Et in ſupplementum Gloſſarum, quas ut dixi juvenis ediderat ſuper VI. ſcriptum utiliſſimum fecit. Adjunxit etiam ſpeculo Guilielmi Durantis ea, que o-

pus

pus imperfectum perficere viderentur. Cum tandem verteretur in ſenium non mutato habitu, ne ypocrita videretur, quantum ſibi reſtabat temporis, rigidiſſima auſteritate tranſegit. A domeſticis quidem poſt ejus obitum referentibus compertum eſt hunc Virum circa xx. annis non jacuiſſe in lectis, ſed veſtitum urſina pelle breviſſime dormiviſſe, reliquum tempus orationibus expendiſſe, & per jejunia, & contemplationes celeſtes ſpreviſſe omnia vana mundi. Claruit Joannes noſter temporibus diverſorum Principum. Nam primo celebre nomen eius imperante Henrico per Bononiam diffuſum eſt. Qui Henricus cum anno gratie MCCCXIII. Inſignia Rome Imperialia recepiſſet poſt paucum apud Beneventum in agro Senenti extinctus eſt. Sed tunc erat clariſſimum nomen ejus cum Lodovicus Dux Bavarie Invaſor Imperii res Italicas turbabat. Bononie ſpiravit tandem anno gratie MCCCXXXXVII., vite autem ſue anno ..... & apud Eccleſiam B. Dominici in ſumptuoſo Sepulcro poſitus.

Petrus de Vineis patria Capuanus abjectiſſimo, & ignoto Patre, Matreque tenui muliercula, cum poſt multas anguſtias evaſiſſet Dictator magnus, magnuſque etiam in Jure Canonico, & Civili, Deo volente, tandem venit ad Imperiale Palatium Federici II. Ceſaris ingenio naturali & fortuna dives, Auguſtique Cancellarius, Conſiliarius, & pro cunctis omnium arcanorum conſcius. Reperio enim, quod in Neapolitano Palatio fuerit Imperator effigiatus in ſolio, & Petrus in ſede. Populus autem petebat juſtitiam ſub his verbis

Ceſar amor Regum Federice piiſſime Regum
Cauſarum telas noſtras reſolve querelas.

Imperator videbatur taliter reſpondere

Pro veſtra lite Cenſorem litis adite
Hic jura dabit vel per me danda negabit
Vinea cognomen Petrus Judex eſt ſibi nomen.

Sed vafra operatio Curialium ſue glorie, atque potentie invidentium ita eum exoſum Auguſto fecit ſub titulo proditionis diſſidente Federico cum Papa, ut ab eo Cremone .... tenebroſo ergaſtulo clauderetur, portareturque deinde Piſas, quo Imperator gradiebatur, jamque veniſſet ad S. Miniatis Caſtrum adeo impatiens factus eſt, quod fracto ad murum capite miſeram vitam liquerit. Vel, ut aliis placet, cum eſſet Capue tranſeunte Auguſto ſecus Palatium ..... precipitavit in viam, compoſito prius libello conſolatorio, cujus ſunt initia. *Aperi labia mea Deus* &c. voluitque ſuper Sepulcro ſculpi.

Hic redit in nihilum, qui fuit ante nihil.

XIII.

Part. I. Pag. 132, Lit. a, g, *& alibi.*

Eſt Codex membranaceus Bibliothecæ Comitum Romæ in 8. magn. conſtans paginis 494, quarum ſingulæ in binas columnas diſpertitæ ſunt. Forma literarum Auctoris ætatem redolet, de quo Fabritius, Muratorius, aliique locuti ſunt. Nos hic pauca ipſius Codicis excerpta dabimus, & in primis ea, quæ pertinent ad confirmationem eorum, quæ in Prima, & altera hujus Operis Parte allata ſunt.

Pag. 232. a tergo Columna ſecunda ſub anno Dominicæ Incarnationis MCCXXIX. narrat Frater Salimbene de Adam obſidionem factam a Bononienſibus Caſtri S. Cæſarii, & prælium factum cum Mutinenſibus, Parmenſibus, & Cremonenſibus. Inter eos autem, qui ceciderunt in prælio, nominat pag. 233. col. 1. Zangarum dicens:

IN prelio etiam ſupradicto mortuus fuit Dominus Zangarus de Sancto Vitale de Parma, qui fuit famoſus, & nominatus miles, & fortis bellator.

Mortuus eſt autem in Ceſarienſi prelio Dominus Guarinus de eodem Caſali, qui fuit filius Zangaro miles fortis, & doctus ad bellum. Hic fuit cognatus Pape Domini Innocentii IV.: habuit enim Sororem Pape Uxorem, ex qua genuit ſex filios, & filiam unam, quos omnes vidi, & fuerunt pulchri homines, fortes, carnoſi & pingues. Quorum primus eſt D. Hugo de Sancto Vitale, ſecundus D. Albertus Canonicus majoris Eccleſie, multis annis poſtea dictus eſt electus Parmenſis multis Annis. Nunquam pervenit ad Sacerdotium, quia noluit, ſed Diaconus mortuus eſt, nec fuit in Epiſcopum conſecratus. In Ala majoris Eccleſie, ubi Carrocium ſtare conſueverat poſt chorum Canonicorum ex parte loci Fratrum Minorum ſepultus eſt.

Et Dom. Opizo de Lavania, qui fuit Parmenſis Epiſcopus, & barbanus Innocentii Pape IV. inferius eſt ſepultus.

Porro iſte Dominus Albertus electus Parmenſis .... dixit mihi quod Pater meus ſperabat procurare egreſſum meum de ordine Fratrum Minorum cum Innocentio Papa, ſed morte preventus non potuit; cognoſcebat enim Papa Innocentius Patrem meum, quia Canonicus fuerat Parmenſis Eccleſie....

Fol. 233. col. 2. circa medium.

Hic (*nempe Innocentius IV.*) apud Lugdunum in Camera ſua mihi officium Predicatoris dedit, & me ab omnibus peccatis meis abſolvit.

Anno Dominice Incarnat. MCCXLVII. Hic (*nempe Innocentius IV.*) abſtulit Epiſcopatum Parmenſem Fratri Bernardo de Vicio, qui fuit de Scotis, & fecit Ordinem Fratrum de Martorano, quem Epiſcopatum habebat a Gregorio de Montelongo Lombardie Legato, & dedit iſti Alberto Nepoti ſuo; multum enim dilexit propinquos ſuos Papa Innocentius IV.

Et habuit tres Sorores maritatas in Parma, ex quibus multi ſunt nati Nepotes, quos omnes optime prebendavit, & juxta &c.

Porro tertius filius Dom. Guarini Anſelmus fuit pulcher homo, ſed quod ad arma valde ineptus, utpote qui &c.

Quartus fuit Guilielmus, qui erat ut puto XX. annorum quando objit, juvenis multum conſentiatus, ſolebat enim ſaltem ſemel in ebdomada confiteri.

Hic

Hic incipit col. 1. tergo ad fol. 233.

Quintus fuit Dom. Opizo, qui modo eſt Parmenſis Epiſcopus, ſed olim fuit multis annis Tripolitanus. Hic fuit homo quaſi militaris, & ſic poteſt deſcribi ſicut ſupra deſcripſimus Dom. Nicholaum Reginum Epiſcopum. Fuit enim cum Clericis Clericus, cum Religioſis Religioſus, cum Laicis Laicus, cum Militibus Miles, cum Baronibus Baro, magnus barattator, magnus diſpenſator, largus, liberalis, & Curialis. Multas Terras, & Poſſeſſiones Epiſcopatus barattavit in principio, & quibuſdam truſatoribus dedit. Quapropter accuſatus fuit Urbano Pape a Ghiberto de Gente, quod barattator, & diſſipator, & alienator erat Epiſcopalium rerum, ſed procedente tempore recuperavit Terras, quas dederat, & multa bona fecit in Epiſcopio. Hic fuit literatus homo maxime in Jure Canonico, & in Eccleſiaſtico officio valde expertus, & de ludo Scaccorum noverat, & Clericos ſeculares multum tenebat ſub baculo, & plebes, & Eccleſias dabat illis, qui bene ſibi facerent. Religioſos dilexit, & ſpecialiter Fratres Minores.

Unam magnam ruſticitatem fecit, quod cum haberet Epiſcopatum Tripolitanum, dimiſit illum, & cum adjutorio Domini Octoboni Cardinalis, qui poſtea Adrianus Pp. eſt dictus, abſtulit Epiſcopatum Parmenſem Mag. Johanni de Domina Riſidha, qui erat Archipreſbiter Majoris Eccleſie, & in utroque Jure peritus tam Eccleſiaſtico, quam Civili, & multis annis docuerat in utroque, & erat honeſta Perſona, & bona, & bene cantabat, & bene predicabat: inſuper & Magiſter ſuus fuerat in Jure Canonico; & Canonice, & bene electus fuerat a Canonicis aliis in Parmenſem Epiſcopum poſt mortem Domini Alberti Fratris ipſius ......

Col. 2. tergo fol. 233.

Porro ſextus filius, & ultimus Dn. Guarini ſupradicti cognati Pape Innocentii Quarti fuit Dn. Tedbiſius groſſus, & pinguis, & fortis.

Soror vero iſtorum Domina Cecilia fuit, que multis annis ſtetit in Monaſterio Parmenſi Ordinis Sancte Clare, poſtea &c.

Pag. 224. tergo col. 1. circa medium.

Anno MCCXXIX. Item tempore illo, quando primo tranſivit Pater meus (*Guido de Adam*) per Civitatem Fanenſem eundo Aſſiſium abſconderunt me Fratres cum Fratre meo per plures dies in domo Domini Martini de Fano, qui erat Dominus Legum, & Palatium ſuum erat juxta mare, & itidem veniebat ad nos, & loquebatur nobiſcum de Deo, & de Divina Scriptura, & mater ſua miniſtrabat nobis. Ego autem proceſſu temporis, tempore ſcilicet Poteſtarie Domini Jacobi de Pennaciis de Regio, & de Sello, cum haberem auctoritatem eligendi unum Sapientem de quacumque parte vellem, qui de quodam negotio cum Bononienſibus concordaret Reginos, recordatus beneficii Domini Martini, ipſum elegi, de quo Regini optime conſolati fuerunt. Et ipſe poſtea a Mutinenſibus ſalarium habuit, ut Mutine Scholaribus legeret. Poſtmodum elapſis forte duobus annis Januenſes elegerunt eum, ut eſſet eorum Poteſtas. Qua Poteſtaria finita, Ordinem Fratrum Predicatorum intravit, in quo laudabiliter vitam ſuam complevit. Erat enim tunc temporis in terra ſua valida guerra; ſed & dum adhuc in Ordine Predicatorum viveret, quidam elegerunt eum in ſue Civitatis Epiſcopum. Sed Predicatores non permiſerunt, quod ipſe Epiſcopatum acciperet, nolentes eum amittere. Hunc viſitavi Arimini in domo Fratrum Predicatorum, & congratulans, & ſibi congaudens dixi: feciſtis nunc, quod Patriarcha Jacob aliquando dixiſſe cognoſcitur, ſcilicet: Juſtum eſt, ut aliquando provideam domui mee: & multum placuit ſibi iſta auctoritas, & voluit eam habere. *Dicere pergit, cogitaſſe Martinum Fanenſem, ut in Ordinem Minorum reciperetur, ſed diſſuaſum a quodam ejus Ordinis Fratre ad Predicatores ſe contuliſſe.*

Pag. 224. tergo col. 2.

Pag. 237. col. 2. circa medium.

Sub Anno Domini MCCXXXIII. Nam primo venit Parmam Frater Benedictus, qui dicebatur Frater de Cornetta, homo ſimplex, & illiteratus, & bone innocentie, & honeſte vite, quem vidi, & familiariter cognovi Parme, & poſtmodum Piſis. Erat enim vel de Valle Spoletina, vel de partibus Romanis. Non erat alicujus Religionis quoad Congregationem. Sibi ipſi vivebat, & ſoli Deo placere ſtudebat. Amicus valde erat Fratrum Minorum. Quaſi alter Johannes Baptiſta videbatur, qui procederet ante Dominum, & pararet Domino plebem perfectam. Hic habebat in capite capellum Armenicam, & barbam longam, & magnam, & tubam eneam, ſive de oricalco parvulam, cum qua buccinabat, & terribiliter reboabat tuba ſua, & dulciter: necnon Zona pellicea erat accintus. Habitus ejus niger erat ut Saccus cilicinus, & longus uſque ad pedes. Toga erat ad modum Guaſcapi .... & in anteriori, & poſteriori parte crucem habebat magnam, & latam, & longam, & rubeam deſcendens a collo uſque ad pedes, ſicut in planetis Sacerdotalibus fieri ſolet. Taliter iſte indutus ibat cum Tuba ſua, & in Eccleſiis, & in Plateis predicabat, & Deum laudabat, quem ſequebatur maxima multitudo puerorum frequenter cum ramis arborum, & candelis accenſis, ſed & ego ſuper murum Palatii Epiſcopi, quod tunc temporis edificabatur, vidi ipſum pluries predicantem, & Deum laudantem. Et inchoabat laudes ſuas hoc modo, & in vulgari dicebat: *Laudato & benedetto & glorificato ſia lo Patre;* & pueri alta voce, quod dixerat, repetebant, & poſtea eadem verba repetebat addendo, *ſia lo Fiio*, & pueri reſumebant, & eadem verba cantabant: poſtea tertio eadem verba repetebat addendo, *ſia lo Spiritu Sancto;* & poſtea *Alleluia Alleluia Alleluia;* deinde buccinabat, & poſtea predicabat, dicendo aliqua bona verba ad laudem Dei, & poſt modum in fine predicationis Beatam Virginem

ſalutabat hoc modo, *Ave Maria clemens, & pia, gratia plena, Virgo ſerena* &c.

Ibidem, ſed columna 2. *tergo circa* medium.

Huic canonizationi (*S. Dominici*) adjutorium dedit Epiſcopus Mutinenſis, qui poſtea Cardinalis Guilielmus eſt dictus. Et fuit de Pedemontis, quem predicantem, & officium facientem in Paraſceve vidi in Eccleſia Fr. Min. apud Lugdunum quando Pp. Innocentius, & Curia erat ibi. Iſte ergo quia amicus erat Predicatorum ſolliciravit eos, dicens: Ex quo Fr. Minores habent unum Sanctum, faciatis & vos, ut alium habeatis, & ſi deberetis ipſum de paleis fabricare &c.

Duos hic celebres Concionatores ex Ordine Predicatorum laudat, Fr. Joannem Vicetinum, & Fr. Jacobinum de Regio. De Fr. Joanne ſic ait. Fr. Joannes parve litterature erat, & intromittebat ſe de miraculis faciendis. Magnam predicationem inter Caſtrum Leonem, & Caſtrum Francum tempore illo fecit.

Fr. vero Jacobinus de Regio, qui de Parma oriundus fuerat, litteratus homo fuit, & Lector in Theologia, facundus, copioſus, & gratioſus in predicationibus &c.

Pag. 238. *tergo col.* 2. *circa finem, & pag.* 239.

Fr. Girardum de Mutina Ordinis Minorum egregium Prædicatorem, & ſanctum hominem laudat Salimbene.

Pag. 239. *tergo col.* 1. *ad calcem.*

Fuerunt etiam tempore illo truſatores, & illuſores quam plures, qui maculas in electis libenter imponere conabantur, ex quibus unus fuit Boncompagnus Florentinus, qui magnus Magiſter in Gramatica in Civitate Bononie fuit, & libros de dictamine ſcripſit. Hic cum more....... truſator maximus eſſet quendam rithmum fecit in deriſionem Fratris Johannis de Vincentia, cujus nec principii reminiſcor, nec finis.... erant autem ibi verba iſta, pro ut memorie occurrunt.

Et Johannes Johanizat, & ſaltando chorcizat
Modo ſalta modo ſalta qui celorum petis alta
Saltat iſte ſaltat ille, reſaltant cohortes mille
Saltat chorus Dominarum, ſaltat Dux Venetiarum &c.

Et iſte Magiſter Boncompagnus videns, quod Fr. Johannes intromittebat ſe de miraculis faciendis, voluit & ipſe ſe intromittere, & predixit Bononienſibus, quod videntibus eis volare volebat. Quid plura? divulgatum eſt per Bononiam. Venit dies ſtatuta, congregata eſt tota Civitas a viro uſque ad mulierem, a puero uſque ad ſenem ad radicem Montis, qui appellatur Sancta Maria in Monte. Fecerat ſibi duas alas, & ſtabat in cacumine montis aſpiciens eos. Cumque ſe diu mutuo aſpexiſſent, protulit illud verbum. *Ite cum benedictione Divina, & ſufficiat vobis vidiſſe faciem Boncompagni*; & receſſerunt cognoſcentes ſe deriſos.

Iſte Magiſter Boncompagnus cum eſſet ſolemnis Dictator ex conſilio amicorum ſuorum ad Curiam Ro: acceſſit, volens experiri, ſi forte ex dictamine ſuo Ru: Curie poſſet gratiam invenire; quam cum non inveniſſet, recedens inde, factus jam Senex ad tantam devenit inopiam, quod oportuit eum apud Florentiam in quodam hoſpitali vitam finire.

Explicit pag. 239. *Incipit pag.* 240.

Pag. 236. *col.* 2. *verſus finem.*

An. Dñ. MCCXXXIII. Murabatur Palatium Epiſcopi Parmenſis, quod eſt ante frontiſpicium Maioris Eccleſie, & tunc Epiſcopus Gra. (Grà *nomen hujus Epiſcopi eſt apud Ughellum* Gratias. *Hic incipit col.* 1. *pag.* 236. *tergo*) de Florentia gubernabat Eccleſiam, & in pluribus locis Epiſcopatus plura fecit edificari Palatia, & ideo a Parmenſibus bonus Epiſcopus habebatur. Siquidem non fuit rerum Epiſcopalium diſſipator, ſed aggregator potius, & conſervator ......

Ante iſtum Epiſcopum fuit Dn. Opizo de Lavania Januenſi ...... Barbanus Innocentii Pp. IV. ......

Poſt Epiſcopum Grâm fuit quidam Gregorius Romanus, qui parvo tempore vixit, & mortuus eſt Mantue hereticus & maledictus. Quando enim in infirmitate ſua portaverunt ei Corpus Domini, noluit illud ſumere, dicens, quod non credebat de tali fide ....

Poſt iſtum fuit Epiſcopus Magiſter Martinus de Columio oriundus ex genere non ſatis claro. Poſt quem

Bernardus de Vitio, de quo ſupra memini me dixiſſe, ſicut & de ſubſequentibus: poſt Bernardum fuit Dominus Albertus de S. Vitale Nepos PP. Innocentii IV.

Pag. 236. *tergo col.* 2. *in principio.*

Milleſimo ſuprapoſito, *ſcilicet MCCXXXIII.*, Dn. Egidiolus Domine Agnetis de Parma Poteſtas fuit Reginus, quo anno primo incepta fuit Moneta Regii, & Dn. Nicholaus Reginus Epiſcopus vivebat adhuc. Iſtum Dominum Egidiolum vidi, quia de eadem Civitate eramus.

Pag. 241. *col.* 2. *circa* medium.

Sub eodem anno MCCXXXIII. (*hæc, quæ ſequuntur narrat Salimbene*) Frater Deteſalvei de Florentia ex Ord. Minor. ad ultra marinas partes ivit cum Archiepiſcopo Ravennate nomine Theodorico, qui fuit Sanctus homo, & honeſta perſona valde.

Poſt quem Archiepiſcopus fuit Dn. Philippus de Piſtorio, vel de Luca. Poſt quem Fr. Boniſacius ex Ordine Predicatorum natione Parmenſis, qui Archiepiſcopatum habuit a Pp. Gregorio X. non ob gratiam Ordinis ſui, ſed quod de parentela ſua erat, & nunc Archiepiſcopus eſt magnus, & ipſe prolocutor, & partem Eccleſiaſticam firmiter tenens.

Pag. 246. *tergo col.* 1. *circa principium.*

Item in ſupradicto milleſimo, *ſcilicet MCC XXXIII. Indict. XI.*, intravi Ordinem Frat. Minor.

Minor. ego Frater Salimbene de Adam ex Civitate Parmenſi quarta die intrante Febr. in feſto S. Giliberti receptus ſero vigilie Sancte Agathe in Civitate Parmenſi a Frat. Helya Generali Miniſtro. Ibat enim Cremonam ad Imperatorem miſſus a Dn. Pp. Gregorio IX. cum eſſet ſpecialis amicus utriuſque ....

Fuit enim unus Parens Fratris Helye, ſcilicet Pater de Epiſcopatu Bononie de Caſtro Britorum, Mater vero de Aſiſio fuit, & vocabatur in ſeculo Bonusbaro, & ſuebat cultras, & docebat puerulos in Civitate Aſiſii, Pſalterium legens; ingreſſus autem Ordinem Frat. Minorum vocatus fuit Helyas, & bis factus Generalis Miniſter ......

Plura de vitiis Fratris Eliæ, ubi prælongum Tractatum inſerit de moribus Prælatorum.

Pag. 279. col. 1. in initio.

Anno MCCXXXIX. excomunicatus eſt Fridericus Imperator a Pp. Gg. IX. Devicti ſunt Gallici ultra mare. Depoſitus eſt Fr. Helyas Generalis Miniſter Ordinis Frat. Minorum, & ſubſtitutus eſt Frat. Albertus Piſanus. Facta eſt Solis Eclipſis, in qua Sol orribiliter, & terribiliter obſcuratus fuit, & ſtelle apparuerunt, ut vidi oculis meis..... in ſexta feria in hora nona in menſe Junii tertio die intrante, & videbatur quod eſſet nox obſcura ...... & multi timore percuſſi venerunt ad confeſſionem ...... & pacem fecerunt ad invicem, qui diſcordes fuerant.

Ibidem col. 2. circa medium.

Eodem Milleſimo Imperator Fridericus obſedit Caſtrum Plumaticum, & Caſtrum Crevacori cum Parmenſibus, & Mutinenſibus, & cum CC. militibus Reginis, & M. peditibus in menſe Julii, Auguſti, & Septembris, & deſtructa fuerunt ambo dicta Caſtra, que Bononienſium erant. Iude exivit Proverbium, ut dicerent hi, qui in ludo Scaccorum ludebant:

Scacco per Vignola aven Plumaço.

Eadem pag. 279. terg. col. 1.
verſus initium.

Eo anno MCCXXXX. obſeſſa fuit Ferraria...... Revera Civitas Ferrarie Ro. Pontificis eſt, & Terra Eccleſie, & hoc audivi centies, quia ſeptem annis ibi habitavi, & etiam ab ore Pp. Innocentii IV. in plena predicatione hoc audivi, quia ipſe tangebam eum quando ſuper Feneſtra Palatii Epiſcopi Ferrarie predicabat.

De Paulo Traverſario.

Eadem pag. 279. terg. col. 2. circa finem.

Filium babuit, ex quo remanſit Filia non legitime nata.............. (*Pag. 280. col. 1. in initio.*) Hanc Papa Inuocentius IV. legitimavit, ut poſſet hereditare. Et dedit eam in uxorem Thomaſio de Foliano, qui erat de Regio, & attinebat ſibi, quem etiam in Romagnola Comitem fecit, & placuit Ravennatibus. Genuit autem Dominus Thomaſius ex ea filium nomine Paulum. Hic obiit Infantulus. Mortuo Thomaſio Dominus Stephanus filius Regis Ungarie Frater S. Eliſabeth, ſed non ex eadem Matre Nepos Marchionis Eſtenſis in Uxorem duxit eandem Traverſariam ſupradictam Uxorem Thomaſii.

Ex ea Filium habuit, qui cito obiit. Mortua Uxore Venetias ivit Stephanus, ubi in altiſſima paupertate deceſſit.

Pag. 280. tergo col. 2. in initio.

Secundus Cardinalis de Parentela Pape (*Nicolai III.*) fuit Dn. Jacobus de Columna, qui totaliter eſt amicus Ordinis Fratr. Minorum. Et cum eſſet Juvenis, & Perſona privata, & non habens aliquam dignitatem, a Bononia, ubi ſtudebat, venit Ravennam cauſa devotionis, ut Eccleſias viſitaret, quia in Ravenna per totum menſem Maii ſunt in Eccleſiis maxime indulgentie, & multi vadunt illuc de diverſis partibus Mundi ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Venit igitur Ravennam Dominus Jacobus cauſa predicta, & habitabam Ravenne tunc temporis in Conventu Fratr. Minorum Eccleſie Sancti Petri Majoris, in qua Corpus S. Liberii per Columbam electi venerationi habetur, & fui ei aſſignatus ſocius, & duxi eum ad omnia Sanctuaria intus & extra, ideſt per Civitatem, & extra.

Tertius Cardinalis de parentela Pp. Nicolai III. fuit Du. Latinus ex Ordine Frat. Predicatorum. Hic quantum ad ſimilitudinem corporis Petro Captio (*Capritio*) de Lambertinis de Bononia ſimilis videbatur ſecundum meum judicium.

Pag. 281. col. 1. ad calcem.

Verba faciens de indignis ad Cardinalatum promotis ait: Non longe petatur exemplum. Papa Urbanus IV. natione Trecenſis ad Cardinalatum promovit Dn. Angerum Nepotem ſuum, & ſublimavit, & exaltavit eum ſuper omnes Cardinales Curie quantum ad divitias & honores. Et erat prius vilis ſcolaris, ut etiam aliorum ſcolarium, cum quibus ſtudebat, carnes a macello portaret &c.

Pag. 281. tergo col. 1.

Loquitur Auctor de quadam pediſſequa Guilielmotti de Apulia, que prius *Paſchetta* dicebatur, & impoſuit ei nomen *Aycham*, & dicebat uxorem ſuam eſſe, & filiam Domini Pauli Traverſarii.

Pag. 283. col. 1. circa medium.

MCCXLIII. electus eſt Innocentius IV. natione Lombardus de Comitibus de Lavania ..... Hic fuit Canonicus Parmenſis Eccleſie, & cauſa deſtructionis Parme.

Pag. 286. tergo col. 2.

Sub anno MCCXXXXVII. loquitur Auctor de Fratre Vita Lucenſi ex Ordine Fratr. Minorum,

norum, quem dicit fuiſſe *meliorem cantorem de mundo tempore ſuo in utroque cantu, ſcilicet firmo, & fracto. In fine autem columnæ ait:* Hic fecit multas cantilenas de canto melodiato, ſive fracto, in quibus Clerici Seculares maxime delectantur.

Pag. 288. col. 1.

Ego quoque ſcribendo diverſas Chronicas ſimplici, & intelligibili ſtilo uſus ſum, ut Neptis mea, cui ſcribebam, poſſet intelligere, quod legebat, nec ſuit cure de verborum ornatu, ſed tantum de veritate hiſtorie conſcribende. Neptis autem mea Soror Agnes, eſt filia Fratris mei, que cum pervenit ad bivium pytagorice litere Monaſterium Parmenſe ingreſſa eſt Ordinis S. Clare, & uſq. in hodiernum diem perſeverat in ſervitio Jeſu Chriſti. Anno Domini MCCLXXXIV. quo ſcribimus iſta. Statuit &c.

Pag. 315., & ſeqq. Hæc habet Salimbene de principio, & fine Ordinis Saccatorum.

Sequenti feſto congregati ſunt omnes homines litterati de Caſtro Arearum, ut Fratrem Hugonem in Camera ſua audirent docentem. Et fecit eis ſermonem mirabilem, utilem, & pulcherrimum, & delectabilem. Quem ſubticeo & cauſa brevitatis, & quod ad alia dicenda feſtino. Cum autem ſermo finitus fuiſſet, erat ibi quidam homo ex eodem Caſtro, quem vidi, & cognovi, qui cum eſſet Scholaris rogavit Fratrem Hugonem, ut cum amore Dei ad Ordinem Fratrum Minorum recipere dignaretur. Et habebat etiam Frater Hugo a Miniſtro recipiendi licentiam, eo quod reverentiſſima perſona, & tantus Clericus eſſet, & quod ſpiritualis homo, & quod jam miniſter extiterat.

Porro homo iſte, qui Ordinis Fratr. Minor. petebat ingreſſum, fuit principium Ordinis Saccatorum, & habebat ſocium, qui ſimiliter intrare volebat. Hi inſpirati ſunt nutu divino in predicatione Fratr. Hugonis. Quibus Frater Hugo dixit: eatis ad nemora, & addiſcatis comedere radices, quoniam tribulationes appropinquant. Tunc iverunt, & fecerunt ſibi Mantellos catabriatos, ſicut antiquitus habere conſueverunt Serviciales Ordinis S. Clare, & ceperunt mendicare panem per Caſtrum illud, in quo habitabant Fratres Minores. Et abundanter dabatur eis, quia nos, & Fratres Predicatores docuimus omnes homines mendicare, & quilibet aſſumit ſibi Caputium, & vult facere unam Regulam mendicantem. Iſti multiplicati ſunt ſubito, & appellabantur a Fratribus Minoribus de Provincia Provincie ironice, & trufatorie *Boſcarioli*. Porro Frater Hugo multos habebat in Ordine ſuo, & maxime in Provincia emulos, & mordaces, & propter doctrinam Abbatis Joachim (*quam propugnabant*) & quia imponebant ei, quod Ordinem Boſcariolorum feciſſet. Et non fecerat eum aliter, niſi occaſionaliter dicendo: eatis ad nemora &c.

Porro proceſſu temporis fecerunt ſibi habitum de Sacco non cilicino, ſed quaſi ſindonieo, & inferius habebant Tunicas optimas, & ad collum Mantellum de Sacco, unde & Fratres Saccati dicti ſunt. Et fecerunt ſibi fieri ſoleas ſicut habent Fratres Minores. Nam quicumque volunt noviter aliquam Regulam facere, aliquid ſemper mendicant ab Ordine S. Franciſci, aut ſoleas, aut cordam, aut etiam habitum. Sed nunc Ordo Fratrum Minorum Papale privilegium habet, quod nullus talem habitum ferre preſumat, per quem Frater Minor ab aliquo credi poſſit, quia Fratres, qui dicebantur Britti in Marchia Anchonitana omnino talem habitum portare ſolebant, quos Papa Alexander IV. in unam Congregationem redegit cum aliis Heremitis, cum prius omnes Heremite in quinque diverſitatibus diſcrepantibus partirentur, ut oculis meis vidi. Nam erant Heremite, què dicebantur S. Auguſtini, & Heremite, qui dicebantur S. Guilielmi, & illi de Favali, & Britti, & Jambonitani.

Fuit enim quidam Johannes Bonus, qui fuit tempore Beati Franciſci, qui Congregationem Heremitarum fecit, cujus Corpus diebus meis Mantue eſt ſepultum, & cujus filium vidi, & cognovi Fratrem Matheum Mutinenſem, & pinguem. Ad Congregationem iſtius ultimi omnes alie ſunt reducte.

Porro Saccati diffuderunt ſe ſubito per Civitates Ytalie, in quibus capiebant loca ad habitandum, & omnem modum, quem tenebant Fratres Minores, & Predicatores in predicationibus faciendis, & Confeſſionibus audiendis, & in acquiſitionibus mendicandi ipſi ſimiliter tenebant in omnibus.

Pag. 316., ſed tergo col. 1.

Sed proceſſu temporis Papa Gregorius X., qui Placentinus fuit, in pleno Concilio Lugdunenſi penitus caſſavit hunc Ordinem .... nolens, quod tot eſſent Ordines Mendicantes, ne Populus Chriſtianus propter multitudinem Mendicantium tedio gravaretur &c.

Quæ hic ſequuntur comprehenſa inter lineam, non *habentur in corpore, ſed ad calcem tamquam nota addita, atramento, & charactere diverſo.*

Primus Ordinis Saccatorum dictus eſt Raimundus Atanulti, & fuit oriundus de Provincia Provincie de Caſtro Aree, ubi juxta mare fit Sal, & fuit miles in ſeculo, & fuit in Ordine Fratrum Minorum, ſed in Novitiatu fuit licentiatus, & emiſſus de Ordine quia infirmus erat. Filium habuit in Ordine Saccatorum, qui poſtea fuit Archiepiſcopus Arelatenſis. Fr. Bertrandus de Manara fuit primus ſocius ſupradicti Raimundi. Eſt autem Manara quedam Contrata juxta ſupradictum Caſtrum, in qua erat Monaſterium Dominarum Albarum, que devote erant Fratrum Minorum, & ſunt uſque in hodiernum diem magis, & magis.

Sequitur col. 1. pag. 316. tergo.

Illam etiam Congregationem illorum ribaldorum, & porcariorum, & ſtultorum, & ignobilium, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe,

& non

& non ſunt, ſed ſunt ſynagoga Satane, omnino deſtruxit. Ipſi enim non erant de ſemine illorum virorum, per quos facta eſt ſalus in Iſrael. (1. Macha. V.) quia nec utiles ſunt ad predicandum, nec ad Eccleſiaſticum officium decantandum, nec ad Miſſas celebrandas, nec ad Confeſſiones audiendas, nec ad loquendum in Scholis, nec ad conſilia danda, nec etiam pro benefactoribus exorandi, qui tota die per Civitates diſcurrunt, mulieres videndo.......

Col. 2. pagina ſupradicta.

Iſtorum principium fuit in Parma. Cum enim in Ordine Fratr. Minor. habitarem in Parmenſi Conventu Sacerdos, & Predicator, ex iſtius venit quidam Juvenis natione Parmenſis de vili progenie ortus, illeteratus, & Laycus ydiota, & ſtultus, cui nomen Gerardinus Segalellus, & petiit, ut a Fratribus Minoribus reciperetur in Ordinem. Qui cum non exaudiretur ab eis, tota die quando poterat morabatur in Eccleſia Fratr., & cogitabat quod poſtea ſtultizando implevit. Nam ſuper coopertorium Lampadis Societatis, & Fraternitatis Beati Franciſci depicti erant Apoſtoli circum circa cum ſolcis in pedibus, & cum Mantellis circa ſcapulas involuti ſicut traditio Pictorum ab antiquis accepit, & uſque ad modernos deduxit. Ibi iſte contemplatur, & excogitato conſilio poſtquam capillos nutrivit, & barbam, accepit ſoleas Fratrum Minorum & cordam...... & fecit ſibi fieri de Bixetto veſtitum, & mantellum album de ſtagmine forti, quem circa collum, & ſcapulas involutum portabat, credens per hoc Apoſtolorum habitum demonſtrare, & vendita Domuncula ſua, & accepto pretio ſtetit ſuper lapidem, ſuper quem antiquitus Poteſtates Parmenſes concionari ſolebant. Et habens denariorum ſacculum non diſperſit, & dedit pauperibus, nec congregationi pauperum affabilem ſe fecit, ſed vocatis ribaldis, qui ibi prope in Platea ludebant, ſparſit inter illos alta voce dicendo: quicumque vult accipiat, & habeat ſibi. Collegerunt itaque valde cito ribaldi denarios illos, & iverunt, & luſerunt ad taxillos, & iſto audiente, qui dederat, blaſfemaverunt Deum viventem &c.

Pag. 317. col 2. verſus initium.

Igitur de Ghirardino Segalello, qui fuit iſtorum principium, ſciendum, quod Filio Dei voluit ſimilari; nam fecit ſe circumcidi, quod eſt contra Apoſtolum...... Item in cunabulis jacuit faſciis involutus, & lac, & mamillas ſuxit cujuſdam *neſcie* mulieris. Poſtmodum ivit ad quoddam Caſtrum, quod appellatur Culiclus, ſive Colliculus, quia ibi poſt planiciem primo occurrunt Colles a Parma verſus Fornovum...... Et ſtans in media via ex nimia ſimplicitate tranſeuntibus clara voce dicebat: Ite & vos in vineam meam. Et qui cognoſcebant eum, reputabant eum fatuum, ſcientes quia nullam vineam ibi habebat. Montanarii vero, qui eum non cognoſcebant, ingrediebantur vineam verſus quam manum extendebat, & comedebant uvas non ſuas.....

Poſt hec cum hoſpitaretur apud aliquam Mulierculam viduam, filiam nubilem, & ſpecioſam habentem, dicebat ſibi a Domino revelatum, quod cum illa Puella debebat illa nocte nudus cum nuda in eodem lecto dormire, ut probaret ſi caſtitatem ſervare poſſet nec ne. Conſentiebat Mater, reputans ſe beatam, & Puella minime hoc negabat. Hoc Beatus Job non docuit, qui dixit 31. *Pepigi fœdus &c.* ......

Pag. eadem tergo col. 1. verſus finem.

Porro Ghirardinus Segalellus multis diebus ivit ſolus per Parmam, quia ſocium non habebat, & portabat Mantellum ſuum circa ſcapulas involutum, & nemini loquebatur, nec quempiam ſalutabat, credens implere illud verbum Dominicum Luce X. *Neminem per viam ſalutaveritis.* Bonum tamen verbum frequenter dicebat: *Penitenzagite;* neſciebat enim exprimere ut diceret, *Penitentiam agite*.....

Pag. 332. tergo col. 1. circa finem.

Mirum eſt autem, quod Abbas Joachim de iſtis Apoſtolis in ſcriptis ſuis nullam videtur facere mentionem, ſicut fecit de Ordine Fratr. Minorum, & Fratrum Predicatorum, quos in multis figuris veteris Teſtamenti, antequam mundo apparerent, venturos eſſe predixit, ſicut in hac Chronica, & in alia, & in tertia, & in quarta, necnon in tractatu, quem de Helyſeo feci, optime, & pluries demonſtravi.

Eodem anno multa de Fratr. Johanne de Parma Generali Miniſtro ſui Ordinis, qui cum in ſeculo eſſet, dicebatur Magiſter Joanninus de S. Lazaro. Tunc docebat Logicam. Educatus fuerat a Patruo ſuo ad S. Lazarum. Ingreſſus Ordinem Minorum ſtuduit Pariſiis.

Pag. 334. tergo col. 1. circa medium.

Cotidie celebrabat, & ita devote, quod aliquam gratiam inde ſentiebant adſtantes. Ita ferventer, & bene predicabat tam Clero, quam Fratribus, quod multos ex auditoribus, ut pluries vidi, provocabat ad lacrimas. Linguam habebat diſertiſſimam, & nunquam ceſpitantem, ſcientiam habebat optimam, quia bonus grammaticus erat, & Magiſter in Loyca in ſeculo fuit, & in Ordine Fratr. Minor. magnus Theologus fuit, & magnus Diſputator Pariſiis ſententias legit. In Conventu Bononie Lector fuit, & in Neapolitano Conventu multis Annis...... Nunquam vidi ita velocem Scriptorem, & ita pulchrum, atque veracem in littera de valde legibili nota. Dictator Nobiliſſimus fuit de ſtylo polito, & ſententioſus valde....... Hic fuit primus Miniſter Generalis, qui cepit Ordinem circuire, & Provincias Ordinis viſitare, quod conſuetum prius non erat, excepto quod Fr. Aymo ſemel fuit in Angliam, unde fuerat oriundus.......

Item iſte Frater Johannes de Parma fuit primus Generalis Miniſter, qui recepit devotos, & devotas Fratrum Minorum ad Ordinis beneficia, dando eis litteras ſigillatas ſuo

Gene-

Generali ſigillo, per quas multi Deo, & Ordini B. Franciſci facti ſunt miro modo devoti ...... Forma autem litterarum, quam dabat, erat huiuſmodi mutatis vocabulis Perſunarum uti congruum erat. *O lectis in Chriſto amicis Fratr. Minorum, & devotis Dn. Jacobo de Baxolis, & Domine Mabilie Uxori eiuſdem, necnon & Anſelixe prelictorum dilecte Filie Fr. Johannes Ordinis Fratr. Minorum Generalis Miniſter, & Servus ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam. Devotionem, quam ad* Ordinem &c Datum Ferrarie VIII. Idus Septembris Anno Dni MCCLIV.

Pag. 335. col. 1.

Item Fr. Jo. de Parma dedit licentiam Fr. Bonaventure de Balneo Regis, ut Pariſiis legeret, quod numquam alicubi fecerat, quia Bacellarius erat, nec adhuc Cathedraticus .. .. currebat tunc Annus MCCXLVIII. nunc autem agitur Annus Domini MCC LXXXIV. .....

Item cum Mag. Guillelmus de S. Amore provocaſſet Univerſitatem Pariſienſem contra Ordinem Fratr. Minor., & Predicator. Fr. Joannes de Parma Generalis exiſtens, congregata Univerſitate predicavit tam Scolaribus, quam Magiſtris, & facto eis pulcherrimo Sermone utili, & devoto in fine protulit verba talia &c.

Pag. 348. col. 2. circa medium.

Anno MCCIL. Bononienſes, & Banniti Mutine, & Romagnoli obſederunt Mutinam, & Burgos combuſerunt, & manganaverunt eam in menſe Septembri. *Poſt pauca.* Mutinenſes inierunt fedus cum Bononienſibus, & habuerunt duos Poteſtates, unum pro qualibet parte &c.

Pag. 355. col. 1. in initio.

MCCL. Octavum infortunium eius (*Friderici II., de quo plura ſupra*) fuit quando Principes, & Barones ſui rebellaverunt contra eum, ut Thebaldus Franciſcus, qui ſe incluſit in Cappacio, & propterea male periit exoculatus, & diverſimode afflictus, & interfectus ab eo. Et Petrus de Vinea, & plures alii..... Iſte, quem maxime dilexit, fuit Petrus de Vinea, quem de nichilo ſublimavit, ita ut poſſet ſibi dicere illud verbum, quod habetur III. Reg. XVI. *Exaltavi te de pulvere*. Prius erat pauper Homo, & Imperator fecit eum Dictatorem ſuum, & appellavit eum Logothetam, volens ipſum amplius honorare &c.

XIV.

Part. I. Pag. 105. Lit. a.

Ex Archivo Reformat. Communis Senenſ. Monaſterii, ſeu Abbatiæ S. Galgani fol. 284.

ANno MCCLXII. Indictione V. Nono Kalen. Auguſti. Donatio Bonajuncte quondam Peponis Decretorum Doctoris facta Monaſterio, & Eccleſie S. Galgani Vulterrane Diœceſis Ordinis Ciſtercienſis, & Domino Galgano Abbati Regulari predicti Monaſterii.

Totum Corpus Juris Civilis, quod Corpus eſt unus Codex de littera nova cum Apparatu Domini Accurſii, & valet. XXV. libr.

Digeſtum Vetus cum Apparatu Domini Azzonis, & D. Accurſii., & valet. XX. libr.

Digeſtum Novum de littera nova cum Apparatu D. Accurſii, & valet. XXX. libr.

Infortiatum in tres partes, cum Apparatu Domini Ugolini, & valet. XX. lib.

Authenticum cum tribus libris Codicis in uno Volumine, & valet. X. libr.

Inſtitutiones cum Apparatu D. Accurſii, & valet. II. libr.

Unus Codex de veteri littera cum Apparatu Azzonis, & aliis bonis, & utilibus Gloſis in Otice, & valet. XVIII. libr.

Summa Azzonis ſuper Codice, & Inſtitutionibus ſpecialiter edita, & valet. totidem.

Libellus Domini Rofredi de Benevento cum Summa Accurſii ſuper Authenticum, & cum queſtionibus ſingularibus D. Azzonis, D. Pilei, & D. Warnerii, atque cum Broccardis Azzonis, necnon, & aliis Libellis, Gloſis, & Rationibus in unius volumine libri, & valet. XV. libr.

Corpus Juris Canonici, quod eſt Decretorum liber, & valet. XII. libr.

Liber Decretalium novarum, & val. X. lib.

Actum in Clauſtro Eccleſie Rotunde S. Galgani de Monte Sepio per Alamannum Bernardini Not.

Part. I. Pag. 188. Lit. b.

Catalogus Librorum, qui apud Stationarios Univerſitatis Scholarium commodo proſtabant. Singuli in Pecias, ſic enim appellabant, diſpertiti erant; nos Pezze dicimus, unde & Pecia terræ paſſim in ſequioris ævi monumentis. Sic autem facilius Scholarium uſibus præſto erant, qui ſingillatim Librorum particulas commodato accipiebant, ſive legendi, ſive exſcribendi cauſa: quamobrem certum erat conſtitutum pretium, quod Stationariis ab iis, qui commodato accipiebant, ſolveretur. Erat autem majus, minuſve pretium conſtitutum, pro majori, aut minori æſtimatione Librorum, ut ex hoc Catalogo manifeſtum eſt, quem habemus in Libro I. Statutorum Univerſitatis Juriſtarum ad calcem Rubricæ de Taxationibus Peciarum, & Quinternorum.

Taxatio talis eſt.

LEcturam Domini Hoſtienſis - - - CLVI. - quaterni taxati, lib. II. ſol. X. - -
Summa tunc Archiepiſcopi - - - LX. - - q. t. - - - lib. I. ſol. o. - - -
Apparatus Domini Innocentii - - - - XLIII. - q. t. - - - lib. o. ſol. XII. -
Speculum Domini Guilielmi Durand.

Lectu-

Lectura Domini Guidonis de Bayſio Archid. Bonon., & debent ſolvi de pecia facta per eum ſuper Decreto	LXXVII.	quaterni taxati,	lib. o.	fol. o.	den. III.
Repertorium Dn. Guillielmi Durand.	XII.	q. t.	lib. o.	fol. III.	
Libellus Legatorum ejuſdem	VIIII.	q. t.	lib. o.	fol. IIII.	
Rationale Divinorum Officiorum ejuſd.	XIIII.	q. t.	lib. o.	fol. VIIII.	
Apparatus Domini Johaonis Andree ſuper VI. Dec.	XVIII.	q. t.	lib. o.	fol. VII.	
Apparatus Decreti ſunt	XXX.	q. t.	lib. o.	fol. XVI.	
Apparatus Decretalium ſunt	XVIIII.	q. t.	lib. o.	fol. XVIII.	
Apparatus ſuper Electione ſunt	III.	q. r.	lib. o.	fol. I.	
Summa Gofredi eſt	XVIII.	q. t.	lib. o.	fol. VII.	
Summa Ugutionis ſuper Decreto	LXXX.	q. t.	lib. o.	fol. o.	
Libellus Gofredi in Jure Canonico	VIIII.	q. t.	lib. o.	fol. III.	
Caſus Decretalium ſunt	XVI.	q. t.	lib. o.	fol. VII.	
Caſus Decreti ſunt	XX.	q. t.	lib. o.	fol. VIIII.	
Compoſtellanus eſt	VIIII.	q. t.	lib. o.	fol. III.	
Lectura Abbatis eſt	XXII.	q. t.	lib. o.	fol. III.	
Diſputationes Abbatis ſunt	XXII.	q. t.	lib. o.	fol. II.	
Diſputationes Petri de Sanſona	VI.	q. t.	lib. o.	fol. II.	
Lectura Dn. Princivallis ſuper Decreto	XXX.	q. t.	lib. o.	fol. III.	
Libellus Domini Egidii	V.	q. t.	lib. o.	fol. VIII.	
Summa Magiſtri Bernardi	VI.	q. t.	lib. o.	fol. II.	
Notabilia Jo: de Deo Hiſpani ſuper Decreto	V.	q. t.	lib. o.	fol. V.	
Libellus Fulgerinus	VII.	q. t.	lib. o.	fol. IIII.	
Martiniaci ſuper Decreto	XVIII.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Summa Bonaguide	III.	q. t.	lib. o.	fol. II.	
Caſus Jo: de Deo ſuper Decreto	XII.	q. t.	lib. o.	fol. II.	
Breviarium Johannis de Deo	VIIII.	q. t.	lib. o.	fol. I.	den. VI.
Margarita Bernardi	II.	q. t.	lib. o.	fol. III.	
Libellus Tranſchedi	VI.	q. t.	lib. o.	fol. IIII.	
Cavillationes Johannis de Deo	V.	q. t.	lib. o.	fol. III.	
Diſputationes Johannis ſunt	III.	q. t.	lib. o.	fol. I.	den. VI.
Queſtiones Bartholomei Brixienſis	VII.	q. t.	lib. o.	fol. III.	
Suffragium Monachorum	II.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Summa de Penitentiis Johannis de Deo	III.	q. t.	lib. o.	fol. I.	den. VI.
Brochardi Dalmaſy ſunt	II.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Notabilia Martini de Fano ſup. Decreto	VII.	q. t.	lib. o.	fol. III.	
Diſcordantie inter Jus Can. & Civile	II.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Summa Johannis de Deo	II.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Flos ſuper Decreto	I.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Libellus de formandis Libellis		q. t.	lib.		
Super quadam accuſatione	II.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Libellus Judicum eſt	I.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Candelabrum ſuper Decreto	II.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Lectura Domini Dini de Muſello ſuper Tractatu de re Jur. l. VI. Decretalium	V.	q. t.	lib. o.	fol. III.	
Memoriale Decreti Mag. Laurentii de Polonia Decret. Doct.	V.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Diffinitio de voluntate in utroq. Jure compoſita	III.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Diſtinctiones Petri Sanſonis	V.	q. t.	lib. o.	fol. II.	
Paſtorale Johannis de Deo	III.	q. t.	lib. o.	fol. II.	
Summa de Sponſalibus ejuſdem		q. t.	lib. o.	fol. I.	
Textus Decreti ſecundum Pecias	XLVII.	q. t.	lib. o.	fol. X.	
Textus VI. lib. Decretalium	VII.	q. t.	lib. o.	fol. VIII.	
Textus ff. Veteris	XXX.	q. t.	lib. o.	fol. XVIII.	
Textus Codicis	XXVII.	q. t.	lib. o.	fol. XVII.	
Textus Infortiati cum tribus Partibus	XXVII.	q. t.	lib. o.	fol. XVII.	
Textus ff. Novi ſunt	XXVIII.	q. t.	lib. o.	fol. VII.	
Textus Inſtitutionum ſunt	VII.	q. t.	lib. o.	fol. II.	
Textus Authenticorum ſunt	XIIII.	q. t.	lib. o.	fol. IIII.	
Textus uſus Feudorum	I.	q. t.	lib. o.	fol. I.	
Textus trium lib. Cod. ſunt	VII.	q. t.	lib. o.	fol. II.	
Textus Lombarde	VII.	q. t.	lib. o.	fol. II.	
Liber Novellarum in Textu	VI.	q. t.	lib. o.	fol. II.	
Apparatus ff. Veter.	XLII.	q. t.	lib. o.	fol. XVII.	
Apparatus Codicis ſunt	XXXII.	q. t.	lib. o.	fol. XV.	
Apparatus ff. Novi	XXVII.	q. t.	lib. o.	fol. VI.	

Appa-

Apparatus Infortiati ſunt	XXVII. quaterni taxati,	lib. o.	ſol. XV.	
Apparatus Inſtitutionum ſunt	XXXII. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Textus Clementinarum una Pecia	IIII. q. t.	lib. o.	ſol. II.	den. III.
Apparatus Clementinarum Dom. Jo. Andree	VIIII. q. t.	lib. o.	ſol. V.	
Apparatus Authenticorum ſunt	VIIII. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Apparatus trium Librorum Codicis	V. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Apparatus Uſus Feudorum	III. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Apparatus ſuper Libro Lombarde	IIII. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Apparatus ſuper Libro Novellarum	V. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Libellus Rofredi in Jure Civili	XXVIII. q. t.	lib. o.	ſol. XIV.	
Summa Azonis cum omnibus extraordinariis	XXXIV. q. t.	lib. o.	ſol. XV.	
Lectura Codicis Dn. Odofredi	C. q. t.	lib. I.	ſol. X.	
Lectura ff. Vet. Dn. Odofredi	C. q. t.	lib. I.	ſol. X.	
Lectura ff. Novi Dn. Odofredi	XXX. q. t.	lib. o.	ſol. X.	
Lectura Infortiati Dn. Odofredi	XXX. q. t.	lib. o.	ſol. X.	
Lectura ſuper Inſtitutionibus Dn. Ja. de Raven.	VIII. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Lectura ſuper tribus Locis Codicis	XVI. q. t.	lib. o.	ſol. VI.	
Caſus de Viviani ſuper Infortiato	XVIII. q. t.	lib. o.	ſol. VIII.	
Caſus D. Guillielmi Fantònis ſup. Auth.	V. q. t.	lib. o.	ſol. VIII.	
Caſus trium Lib. Codicis	III. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Caſus Inſtitutionum ſunt	VII. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Brocarda Azonis	VIII. q. t.	lib. o.	ſol. V.	
Queſtiones Pilei ſunt	V. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Libellus Pilei eſt	II. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Queſtiones Rofredi ſunt	V. q. t.	lib. o.	ſol. V.	
Queſtiones Azonis ſunt	I. q. t.	lib. o.	ſol. I.	
Queſtiones Bernardi ſunt	I. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Libellus Bernardi de Orva	I. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Notabilia ſuper toto Corpore Jur. Civ.	VI. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Diverſitates Dominorum ſunt	V. q. t.	lib. o.	ſol. I.	
Diſtinctiones Domini Ugolini ſunt	III. q. t.	lib. o.	ſol. I.	
Inſolubilia Domini Ugolini ſunt	I. q. t.	lib. o.	ſol. I.	
Cavillationes Bagarotti ſunt	V. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Summa Rolandini in Arte Notarie	VII. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Margarita Gallacerti eſt	VII. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Reprobationes Guidonis de Zuzarici ſuper ff. Vetus	II. q. t.	lib. o.	ſol. I.	
Statuta Dn. Rolandini de Romantiis	II. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Notabilia Domini Martini de Fano ſup. Auth.	VIII. q. t.	lib. o.	ſol. III.	
Diffinitiones Domini Azonis ſunt	IIII. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Lectura Domini Dini ſuper Accuſationibus	V. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Lectura Juditiorum duorum eſt	II. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Summa Placentini eſt	XVI. q. t.	lib. o.	ſol. V.	
Margarita ſuper Ordine Juditiorum eſt	II. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Lectura Domini Petri Graſſi ſuper Accuſationibus	III. q. t.	lib. o.	ſol. II.	
Lectura Domini Cini de Piſtorio ſuper Codice	q. t. Q. accipiatur pro Peciis.	lib. o.	ſol. o.	den. IIII.
Lectura Domini Ja. de Belviſio	q. t. Q. accipiatur pro Peciis.	lib. o.	ſol. o.	den. IIII.
Additiones Domini Dini de Muſello ſuper Infortiato, & ff. Vet.	q. t. pro Peciis.	lib. o.	ſol. o.	den. IIII.

X V.

Part. I. Pag. 59. Lit. c, Pag. 158. Lit. f, & alibi.

Indiculus Librorum Cervotti.
Ex Schedis Cl. Sartii.

Diverſitates Dominorum ſunt M. Egidii.
Libellus Uberti de Bubio.
Diſtinctiones Domini Ugolini.
Inſolubilia Domini Ugolini.
Conciliationes Dn. Bagarotti.
Summa Rolandini in Arte Notarie.
Margarita Gallacerti.
Reprobationes Guidonis de Zuzaria ſuper ff. Vetus.
Statuta Dn̄. Rolandini de Romancis.
Summa Bonaguide, que vocatur Gemma.
Notabilia Dni Martini de Fano ſuper Aut.
Definitiones Dni Azzonis.

Lectu-

Lectura Dñi Dini ſuper Accuſationibus.
Lectura Judiciorum duorum.
Summa Placentini.
Margarita ſuper Ordine Judiciorum.
Lectura Dni Petri Graſſi ſuper Accuſationibus.
Lectura Dñi Cini de Piſtorio ſuper Codice.
Lectura Dni Jacobi de Belviſio.
Additiones Dni Dini de Muſello ſuper Inforziato, & ff. Veteri.

X V I.

Part. I. Pag. 215. Lit. g, & Pag. 225. Lit. f.

Damus hic Catalogum Conſultorum S. Officii Bononiæ, qui fuerunt ab anno MCCXCVII. uſque ad annum MCCCVII.; prout deſcribuntur in Codice membranaceo Archivi ejuſdem S. Officii. Inter eos autem numerantur Martinus Sulimanus, & Lambertinus de Ramponibus, in quorum gratiam Cl. Sartius hujuſmodi Elenchum ſe daturum promiſit.

Anno MCCXCVII.

Dominus Guido de Baiſio Archidiaconus Bonoonienſis Decretorum Doctor.
Dn. Gerardus de Coruazanu Vicarius Dn. Epiſcopi Bonon.
Dn. Arpinellus Archipresbiter S. Petri Majoris de Bonon.
Dn. Rodulfus Abbas S. Proculi de Bononia.
Dn. Martinus Sulimani Doctor Legum.
Fr. Ugolinus de S. Ambroxio Supprior in Conventu FF. Predicatorum de Bononia.
Fr. Gabriel Reginus. }
Fr. Homobonus Bonon. } Lectores in Ord. Predic.
Fr. Albergipius Bonon. }
Fr. Mattheus de Ord. FF. Minorum, qui fuit Inquiſitor hereticorum.
Fr. Gerardus de Arpinellis de Ord. Minor.
Dn. Henricus de S. Miniato de la Porta Doct. Leg., Judex, & Aſſeſſor D. Berardi de Camerino Poteſt. Bonon.
Dn. Bonincontrus de Hoſpitali de Bononia Doct. Decret.
Fr. Aymericus Placentinus Prior in Conventu Fr. Pred. de Bonon.
Dn. Julianus D. Cambii de Strata S. Vitalis de Bonon. Doct. Legum.

MCCXCIX.

Dn. Guido de Abaixio, ut ſupra.
Dn. Marſilius de Mantighellis Decret. Doct.
Dn. Johannes de Monte Murlu Doct. Decret. legens actu Bononie.
Fr. Aymericus Placentinus Ord. Predic. Lector in Conventu Bonon.
Fr. Artimixius Guardianus in Conventu Fratrum Minorum.
Fr. Lambertus baccalarius in eodem Conventu.
Dn. Bonincontrus, ut ſupra.
Fr. Johannes Faventinus Prior in Conventu Fr. Predicat. de Bononia.
Dn. Lambertinus de Ramponibus.

Fr. Rambertus de Primadiciis Mag. in Theologia. }
Fr. Manfredus de Doaria. }
Fr. Symon Supprior. }
Fr. Gerardus Tuſcis. } de Ordine Fr. Pred.
Fr. Guido de Apoxa. }
Fr. Petrus Tridentinus. }
Dn. Johannes Archid. Tridentinus Vicarius Domini Bonon. Epiſcopi.
Dn. Bartholuccius de Preytis Leg. Doct.
Dn. Bonvilanus de Thederixiis Juriſperitus.
Fr. Millidolius de Corvis Ord. Predic.

MCCCI.

Fr. Franciſcus Epiſc. Salubrienſis Or. Pred.
Fr. Rambertus &c.
Fr. Aymericus Lector in Conventu.
Dn. Martinus de Sulimanis Leg. Doct.
Dn. Bonincontrus &c.
Dn. Julianus Domini Cambii de Gratiadiis Leg. Doct.
Dn. Agucius de Hericio Juriſperit., & Capell. Domini Epiſcopi Bonon.

MCCCII.

Dn. Mattheus Canonicus Foropopulenſis, & Vic. Ven. Patr. D. Epiſcopi Bonon.
Dn. Andreas Archipresb. Eccleſie Majoris S. Petri de Bononia.
Dn. Nicolaus Domini Rodolfini de Lameſiis Juriſperitus.

MCCCIII.

Dn. Guido de Abaiſio Decretor. Doct., & Archidiac. &c.
Dn. Lambertinus de Ramponibus Leg. Doct.
Dn. Rolandinus Domini Guidonis Belviſii Decret. Doct.
Fr. Aymericus Bonon. Ord. Pred. Supprior in Conventu Bonon.
Fr. Petrus de Forolivio Ord. Pred.

MCCCIV.

Dn. Albertinus Ughetti Legum Doct.
Dn. Ottavante Domini Guidolotti de Florentia Decret. Doctor.
Dn. Jacobus D. Guidonis Belviſii Leg. Doct.
Dn. Gratiadeus Decret. Doct. filius Domini Juliani Cambii.
Dn. Ubaldinus Domini Antonii de Gallucciis Legum Doctor.
Fr. Johannes Parmenſis Ord. Pred. Lector in Conventu Bonon.
Fr. Petriſolus de Apoſa Ord. Min.
Fr. Thomaſinus Parmenſis dicti Ord.
Dn. Ubaldinus de Malavoltis Legum Doct.
Dn. Paulus D. Martini Sulimani Leg. Doct.

MCCCV.

Fr. Gualterius de Florentia Ord. Pred. Doctor in utroq. Jure.
Dn. Johannes de Calcina Decret. Doctor.

MCCCVI.

Fr. Gualterius &c.
Dn. Paulus de Sulimanis.

MCCCVII.

Dn. Partholuccius de Preytis Leg. Doct.
Dn. Petrus de Cerrutis Leg. Doct.
Dn. Paulus de Corpis Decret. Doct.
Fr. Gualterus de Florentia utriuſ Jur. Doct.
Dn. Jacobus de Attis Vic. Ven. Patr. Domini Uberti Epiſcopi Bonon.

XVII.

Part. I. Pag. 355. Lit. d, & Pag. 359. Lit. d.

Ex Codice mſſ. Bibliothecæ Fratrum Minorum Caſenæ ad calcem Summæ S. Raymundi.

Exſcribi curavit Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Præſul Franciſcus Auſellius optimus, & præſtantiſſimus Caſenæ Epiſcopus, quem hic devotionis, & amicitiæ etiam cauſa nominatum volo.

COnſcilium Magiſtri Pernardi Doctoris Decretalium ſuper publici Blaſphemi Domini, eiuſque Sanctorum talis eſt. Quod puniri debent ſecundam Decretalia Gregorii VIII., & non ſecundum arbitrium Sacerdotis; ſapientes vero fratres contrarium dicunt, ſcilicet, quod Sacerdos poteſt eis impoaere penitentiam ſecundum ſuum arbitrium.

De lucro autem dicitur, quod non tenentur, niſi de falſo acquiſito, ſicut taxillis falſis, ſeu alias; Verum ſuggeratis ſibi, ut quod male acquiſivit in bonis expendat pauperibus erugare C. pro Socin VI.

Societatem uno pecuniam conferente alio operam preſtante contrahi magis optinuit, quia ſepe opera alicujus pluſquam pecunia valet, ut in tte. §. 2., & ſi partes adiecte non fueriat equales in lucro, & dampno...., ſi non fuerit. Sed quero an ille, qui pecuniam contulit, debeat habere capud ſalvum in diviſionem Societatis in ſortem, & lucrum ex ea provenien, communicare. Joannes diſtinguit, an ab initio ſic dederit pecuniam communicaret, & an ut ſua remaneret. In primo caſu communicat, in ſecundo non. Sed quid, ſi hoc non appareat. Reſponſio: In dubio preſumitur communicata, ut ff. eſt lib. 1. §. final., & l. s., licet alia ſit hujus Civitatis, & quorumdam Civitatum conſuetudo. §. Item quid ſi hec ſors ſit amiſſa, an tantumdem debeat reponere, & an ſit comune periculum, ut ille qui operam ponebat aliquid conferat, ſi finita eſt inter emptorem rerum. Ur ff. eſt l. verum, §. interemit; nam & circa pecuniam conſuevit operam exhibere, quod modo non habent. Accurſius ff. pro ſocio l. ſi non fuerit. Ulpianus. Si non fuerint partes Societatis adiecte, equas eas eſſe conſtat; ſi vero placuerit, ut quis duas partes, vel tres habeat, alius una; an valeat, & placet valere, ſi modo ad id plus contulit Societati, vel pecunie, vel opere, vel cujuſcumque alterius rei cauſa. Ita contrai Societatem poſſe, ut nullam partem dampni, lucrum vero commune ſit. Caſſius putat, quod ita demum valebit, ut Sabinus ſcripſit, ſi tanti ſit opera, quanti dampnum eſt, plerumque enim tanta eſt induſtria Socii, ut plus Societati conferat, quam pecunia. Item ſi ſolus naviget, ſi ſolus peregrinetur, pericula ſubeat ſolus. Ariſto refert Caſſium reſpondiſſe, Societatem tamen coire non poſſe, ut alter lucrum tantum, alter dampnum ſentiret. Et alias hanc Societatem leoninam ſolitum eſt appellare; & nos conſentimus talem Societatem nullam eſſe, ut alter dampnum ſentiet, lucrum ſentiat, alter vero, & nullum lucrum; iniquiſſimum enim genus Societatis eſt, in qua quis dampnum, & non lucrum ſpectet.

Paulus, Mucius ſcribit non poſſe Societatem coiri, ut aliam dampni, aliam lucri partem Socius ferat.

Servius. Nec poſſe Societatem ita contrai, neque lucrum, niſi omni dampno deducto, neque dampnum, niſi omni lucro deducto.

Sed poteſt Societas contrai, ita ut ejus lucri, quod reliquum in Societate ſit, omni dampno deducto, & pars aliqua conferatur, & ejus dampnum, quod ſimiliter relinquitur, pars alia capiatur.

Plus contulit Societati; Si autem non contulit plus, numquam hoc pactum valet; quidam ut Ac. quod non, ut hic 21. eſt, quod enim §. illud. Et eſt ratio, quia Societas habet jus......, unde licet alia hujuſmodi pacta...... ſcilicet depoſiti l. 1. §. 1. convenit. Hec tamen non valeant, ut prima eſt l. §. fin., & prima eſt l. verum, & ratio &c.

Alii dicunt, ut Joannes, quod valent, & libenter audiunt hoc maxime, nam hoc ipſo, quod Socius ſit, dicunt alii afferre commodum aliquod, ut Ac. de cauſa empti l. fundi partem..... tenii, ut alii dicunt, quod valet jure pacti, non jure Societatis. Sed prima verior eſt: tanti ſit opera, ſcilicet extimanda, quanti dampnum eſt, & in periculum dampni ſubeundi. Si ſolus peregrinetur. In fine Socio Ac. Sed quod ſi perdatur pecunia, talis an ſit periculum commune. Joannes: non niſi hoc actum eſt, ſicut ſi alter, qui operas preſtat, mereretur, non eſſet commune; Sed an poſſet unus alium compellere, vel operari, vel ut tantum.... pecunie reportet. Reſponſio: Non quia ſoluta eſt Societas in..... rerum, ut prima eſt verum §. fin., & alter vero dampnum, ſcilicet totum, ut ſubjicit idem eſt, ſi partem dampni ſentiat, & nichil lucri. Ac. Sed cum majorem partem lucri, & minorem, & pacto poſſunt percipere, ut ſupra eſt in princip., quis erit finis. Videtur enim quod ſi etiam unum nummum pro lucro habeat, & totum dampnum, quod valeat, ſed reſpondeo. Arbitrio judicis hoc dirimendum, ut Ar. ſupra e. Societate ſi. Vel ſi vis hoc valere uſque ad tres partes, vel duas, non ultra. Nam ſic figit hec lex ſuos pedes, ut in principio ſui dicit in l. Mucius. Neque lucrum intelligatur, niſi omni dampno deductu. Hoc de dampno caſu accidenti, ſecus ſi culpa, quia tamen non communicat, immo preſtatur, ut ſupra eſt, non ob eant acc.

Part. I.

X V I I I.

Part. I. Pag. 324. Lit. a.

Codex, qui inſcribitur, Summa Dictaminis Magiſtri Guidonis Fabe, *exiſtit Tuderti in Bibliotheca S. Fortunati, & pertinet ad Sæcul.* XIII. *Nihil aliud eſt, quam quoddam Epiſtolarium, ſive potius Epiſtolarum Exemplar, quæ aliis, atque aliis, pro variis, quæ incidunt, opportunitatibus, tranſmitti poſſunt. Neque enim credi certo debet, omnes, quotquot in eo Codice reperiuntur, Literas, revera ad eos miſſas fuiſſe, quibus inſcribuntur. Ita quidem arbitratur clariſſimus, & doctiſſimus Præſul Joſeph Garampius, a quo pauca ipſius Codicis Excerpta mox ſubjicienda habuit Andreas Joanettus Abbas S. Gregorii de Urbe, amicus optimus, & doctrinæ laude plurimum præſtans. Sartius indicat Codicem Einſidlen. Monaſterii plut.* XXVIII. *n.* 4., *& ait, eundem Clariſſimum Præſulem ex Germania reducem ejus Excerpta attuliſſe. Sed revera Garampius Codicis Tudertini Excerpta communicavit cum Sartio, quemadmodum laudatus Joanettus per Literas certiorem me fecit. En autem Nomina eorum, quibus in Epiſtolario Guidonis Fabæ Literæ inſcribuntur.*

A. EPiſcopo Hoſtienſi. B. Epiſcopus Albanenſis.

G. Epiſcopus Mutinen.

T. Scolaſtice militie Bononie commendato.

C. Booonie vigilans Scolaſticus.

B. Scolari Paduan. C. olim Socius ejus nunc Scolaris Bononie.

S. Vicecomiti Domini G. de Bollan.

A. Imperatrix G. Regine Francorum.

B. Ducitſa Aoſtrie A. Marchioniſſe Eſtenſi.

A. Poteſtati Bononie B. & C. ejuſdem Civitatis Rectores.

Alliprandus Fava Bonon. Pot. A. & B. Conſulibus Ville Ulmitule, vel Burgi Panicalis, vel Caſtri S. Johannis &c.

I. Regi Francie B. Rex Uogarie.

G. Duci Spoleti. F. Dux Auſtrie.

J. Marchioni Montisferrati. A. Eſten. & Anconit. Marchio.

Guidoni de Tuſcia Comiti Palatino Johannes de Guramatia Comes Romaniole.

Rolando Militi Mutine.

Friderico Imp. P. Rex Francorum.

B. Senator Urbis.

A. Imperatrici Aug. Concilium, & Pps. Civ. Bonon. ejus ſubditi & fideles.

Duci Venetiarum ſic ſcribitur: Preclaro ac Magnifico viro Dno P. Ziaoi Venetie, Dalmatie, Croatie dimidie, necnon & quarte partis Imperii Romaoie Duci feliciſſimo.

Dominus Papa Cardinales, & omnes Archiepiſcopos, Patriarchas, Primates, & Epiſcopos appellat Fratres hoc modo: Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. Fr. Patr. Aquilejen., vel Primati Graden., vel Archiepiſcopo Salzburgen., vel Epiſcopo Papenbergen. Sal., & Ap. Bened. Et nota quod non pooit in literis ſuis proprium oomen Prelati, ſed duo puncta fiunt, inter que remanet modicum ſpatium carte, quod repreſentat proprium nomen: & ſignificat, quod non ſcribit perſone, ſed tantummodo dignitati; quod patet ex eo, quod dignitas ſequitur illud ſpatium, cum dicitur, Epiſcopo Bonon., vel Imolen.

A. Archiepiſcopo Raven. G. Parmen. Epiſ.

B. Regin. Epiſcopi.

V. Epiſcopo Colonien. M. Epiſ. Gurcen.

Henricus Colonien. Epiſcopus.

A. Mutinen. Epiſcopus.

B. Nonantulane Plebis Archipresbyter.

Henricus Booon. Epiſcopus.

Gherardus Rangonus de Mutina.

R. Archid. Florentino T. Archid. Bonon.

G. S. Marci Presbytero Card.

G. Abbati S. Proculi. A. Abbas S. Stephani.

B. Heremita Camaldul. G. Heremita Sancti Michaelis.

Iocipiunt dictamina a Magiſtro Guidone compoſita, que celeſti quaſi oraculo edita ſuper omni materia ſuavitatis odorem exhibent litteratis, quia de paradiſiaco fonte divina gratia proceſſerunt.

Si tam eito vobis argentum non miſimus, quod nobis in Foro Reni Bon. mutuaſtis &c. nunc argentum veſtrum bonum, & legale ad Marcam Colonie, ſicut accepimus, vobis mittimus &c.

H. Bon. Epiſcopo Conſules Maximatiei &c.

Hugolinus Epiſcopus Mutinen.

H. Albanen. Epiſcopo Mag. Guido &c.

Henricus Bonoo. Epiſcopus.

Magiſtro T. Bonon. Archid. G. Parmen. Epiſcopus: de cauſa matrimoniali inter Domioam Dyanam filiam Domini Andoloiis, & D. Salinguerram Cives Bonon. nobiles, & poteotes.

T. Tarrabien. Epiſcopo ubiq; terrarum magrato, & dignis laudibus hoooraro.

A. Pariſien. Epiſcopo V. Pot. Bonon.

R. S. Angeli Diac. Card.

G. Poteſtati Bonon. I. Poteſtas Mutinen.

Pinus de Saliſuno Poteſtas Bonon.

Johanni Comiti Romaniole V. Pot. Bonon.

B. Poteſtas Bonon.

G. Pot. Mediolan. ad C. electum Pot.

Greg. Epiſc. Serv. Serv. Dei Ven. Fratri G. Dei gratia totius Dalmatie, & Croatie Primat., & Ap. Sed. Leg. Cura paſtoralis &c.

C. Patr. Graden. J. Patr. Bituricen.

J. Mediolan. Archiep. S. Raveno. Archipr.

T. Ap. Sed. dignatione Ferrarien. Epiſcopo. G. Dei gratia Cremon. Epiſcopus.

Epiſtola Capituli Mutioen. ad S. Archiepiſcopum Rav. Nuntiat ſe poſt obitum A. eorum Epiſcopi elegiſſe T. Booonie Archid. in Epiſcopum.

J. Archidiacono Parmen. R. Archid. Vicenn. petit ſermooes Fratris Aotonii, & ſummam B. Bernardi.

C. Archipresbitero Tarviſino E. Archipr. Eccleſie Paduan. Hic nuntiat, quod ex compromiſſo in eum facto a Capitulo ipſum C. elegit in Epiſcopum.

J. Heremite Camald. G. Heremita S. Mich. de Nemore.

Si Muſicam oeſcio, vel cantus multiplices variare, Gregoriane mihi note ſufficiunt ſpretis aliis cantilenis, que diſſolutionis preſtant materiam, & viam aperiunt delinquendi.

Digitized by Google

Magiſtro Petro Hyſpano Doct. Decret. Bononoie commoranti Magiſter Guillielmus Gualcus Doct. Decr. Padue &c. dicit, quod *Padue multitudinem habebitis auditorum, ubi loci viget amenitas, & venalium magna copia reperitur*.

G. honeſte Vidue Antonius Frater minor indignus presbiter, & peccator.

G. Poteſtati Bonon. Magiſter Guido. Nunciat ſe recepiſſe a Gregorio PP. literas per M. Epiſcopum Imolen.

Albertus Faventin. Epiſcopus.

Gerardus Epiſcopus Aretin.

Fridericus Archiepiſcopus Mediolan. concedit privilegium pro Hoſpitali Leproſor. S. Lazari in ſtrata publica juxta Civ. Bonon.

Alatrinus Domini Pp. Cappellanus P. nuncium in Angliam mittit.

Jacobus Guidonis de Lambertino Bonon. Canonicus.

Fridericus Imperator A. conſtituit ſuum in Romaniola Vicarium.

Idem ſignificat Gregorio PP. ſe in Terram Sanctam expeditionem parare. Gregorius reſpondet: *Sancta ſunt deſideria* &c.

E. Regi Anglie B. Rex Ungarie de copulando filio ſuo P. ſue filie Domine matrimonialiter.

P. Ziani Venet. Dalmat. &c. Dux.

G. March. Montisferrati T. Eſten., & Anconitanus Marchio, cujus auxilium implorat.

T. Comiti Tuſcie Palatino B. Comes Rainerius de Makente.

A. Imperatrix G. Regine Francorum.

XIX.

Huic numero aſſignanda duximus Excerpta antiqui Codicis membranacei exiſtentis in Archivo Canonicorum S. Petri Romæ n. 13. lit. H, cujus titulus: Forma Literarum Scolaſticarum. *Sartius hunc numerum nullibi indicavit; ſed arbitror, viro Cl. propoſitum fuiſſe de hujuſmodi Codice loqui inter Theologiæ Profeſſores. Nos vero ibidem, pag. ſcilicet 10. Part. II. hunc Codicem laudavimus, eumdemque anonymum diximus. At revera ejus Auctor fuit Boncompagnus celebris in Scholis noſtris Humaniorum Literarum Profeſſor, de quo Part. I. pag. 108. Quamvis enim ex prima Codicis pagina, quæ ferme deleta eſt, Auctor non innoteſcat; innoteſcit tamen ex pag. 18., 19., 20., aliiſque. Totum Opus tributum eſt in ſex libros; ſinguli vero libri in titulos dividuntur. In Dialogi formam initio eſt ſcriptum. Diſcipulus, & Magiſter ſe produnt. De Beſtia quadam monſtroſa multa ad ſtilum comparandum exponuntur petenti Diſcipulo. Mox ita.*

Pag. 2. col. 1. circa finem.

Subtiliter conſideraſti que deſunt, unde ſcias, & non dubites quod libros, quos primitus edidi, tuo dominio ſubjugavi, conſiderans quod nil jure de iis, que in illis poſui continetur, verumptamen ſunt diſperſi per Orbem Terrarum ſunt difuſi. Nunc autem librorum ſpecifica vocabula, & doctrinas in eis poſitas ſub brevitate diſtingue.

Libri, quos prius edidi, ſunt XI.; quorum nomina hoc modo ſpecifico, & doctrinas, que continentur in illis, ita diſtingo.

Quinque nempe ſalutationum tabule doctrinam continent ſalutandi ...... regulas initiales ex ..... probatur.

Tractatus virtutum exponit virtutes, & vicia dictiouum.

In notulis aureis veritas abſque mendatio reperitur.

In libro, qui dicitur Oliva, privilegiorum, & confirmationum dogma pleniſſime continetur.

Cedrus dat noticiam generalium Statutorum.

Mirra docet fieri teſtamenta.

Breviloquium doctrinam exhibet inchoandi.

In Iſagoge epiſtole introductorie ſunt conſcripte, Liber amicitie XXVI. amicorum genera pura veritate diſtinguit.

Rota Veneris laſciviam, & amancium geſta demonſtrat.

Hic liber in ſex libros dividitur ordine regulari.

Primus eſt de forma literarum Scolaſtice conditionis.

Secundus formam Eccleſie Romane tangit breviter & ſummotenus, quoniam augmento non indiget plenitudo.

Tertius formam continet literarum, que valent Summo Pontifici deſtinari.

Quartus eſt de literis Imperatorum, & Regum, atque Reginarum, & de miſſivis, atque reſponſivis, que poſſunt fieri ab inferioribus ad eos.

Quintus eſt de Prelatis, & Subditis, & negociis eccleſiaſticis.

Sextus eſt de literis nobilium virorum Civitatum, atque populantium.

De artifitioſa ordinatione dictionum &c.

De admonitionibus, que rudibus Scolaribus tranſmittuntur &c.

De laude ſapientie, atque ſapientum, & confortatione doctrine.

Reſponſiva obedire nolentis.

Notula doctrinalis.

Pag. 14. tergo col. 2.

De honeſtis moribus Comitis.

Amabilis, & dilecte Scolaris Matthee Brancaleonis credere te volo, & habere pro certo ...... omitto ſiquidem altiſſimam genealogiam Principum, de qua originem contraxiſti, divitias, formam corporis, & ingenii claritatem, quibus non modicum illuſtraris, & referam, que Patruo tuo Domino Leoni tituli S. Crucis Presbitero Cardinali Apoſtolice Sedis Legato, de tuis moribus, & converſatione retuli, cum in Alemaniam pro facto Eccleſie, & Imperii properaret. Interroganti quidem ſine meditatione reſpondi, quod in te confluxerunt univerſe nature dotes: proſapie tue nobilitas per tuorum morum nobilitatem nobilitatur &c.

De illis, qui per vanam adulationem deluduntur.

Narratio interlocutoria ad materiam prime deriſionis exprimendam.

Litere,

Litere, quas ſub nomine Roberti tranſmiſi.

Narratio, que ſecundario factum exponit.

Litere, quas poſt illas meo nomine deſtinavi.

Narratio, que finem facti exponit.

Narratio ſecunde deluſionis.

Litere, quas ſub nomine W. Ortonenſis direxi.

Narratio, que factum exponit.

Narratio, que pronunciat materiam tercie deluſionis.

Litere, quas abſque titulo in VI. clauſulis deſtinavi, quarum quelibet habebat inceptionem: *finxi me longius ire*.

Narratio, que inſinuat finem facti.

De illius Magiſtri deluſione, qui dedit mihi materiam de..... & penna &c.

Narratio interlocutoria ad materiam prime deluſionis.

Ante adventum meum pullurarat in proſatoribus hereſis canceroſa, quod omnis, qui pollicebatur in proſa doctrinam exhibere, literas deſtinabat, quas ipſe magno ſpacio temporis, vel alius pictorato verborum faſtu, & auctoritatibus philoſophicis exornaret, cujus teſtimonio probatus habebatur Orator. Unde rudes, & inſcii pro auro cuprum deauratum emebant; Magiſtri vero, & eorum fautores ex eo, quod depreziabar proverbia, & obſcura dictamina contempnebam, dicebant me literatura carere, nec aſcribebant virtuti, ſed vitio, & levitati, quod ſemper in preſentia dictare volebam. Videns ergo, quod ſine publica verecundia eorum non poterat temeritas refrenari, finxi, quod quidam eximius Orator Bononienſem intraverat Civitatem, cui nomen Albertus erat, & ita ſub ipſius velamine, ac nominis umbra contra me ipſum literas texui puderoſas.

Litere, quas ſub nomine Roberti tranſmiſi.

Diſparilis proportionis libamine mihi ſtilus reſpondet........ Accedit ſententia diſpar accidens alterabile, circumferentia tripartita, & illatum ſolubile antecedenti deſtructo per equivocationem &c.

Jam puer abecedarius ſe pre his cunctis prefert, ſe majorem Tullio eſſe proponit, ſeminat in teſtis fictilibus athomos philoſophie &c. Appareat ille Philoſophus Boncompagnus, & reſpondeat mihi, ſi audet, quia hodie in conſpectu veſtro diſpoſui perorare, atque ſibi clarius oſtendere, quod de Francie theſauro procedere conſuevit &c.

Pag. 19. tergo.

Narratio, que ſecundario factum deponit.

Auditis quidem literis ceperunt Magiſtri, & Amici mei vocales, verſipelles, atque fucati extollere famam puram Ruberti, & famam deprimere Boncompagni.

Litere, quas poſt illas meo nomine deſtinavi.

Concluſus ab inconceſſis inſtabo pro expoſitoria &c., & jam apparebit utrum rethoricam viderim per ſomnium in Parnaſo.

Pag. 19. tergo col. 2.

Narratio, que finem facti exponit.

Auditis quidem ſecundis literis ceperunt amici mei reales contra invidos proclamare dicentes: Hodie apparebit quid facere poterit contra Boncompagnum Robertus, & ceperunt ſe invicem cedere alapis. Tunc amici Pp. inimicum facto ingenti clamore ad Majorem Eccleſiam deverunt. Et ita fuit Magiſtrorum, & Scolarium Univerſitas congregata. Ego autem acceſſi ad locum, & ſedens pro tribunali ridebam, querens aliquando quando veniet iſte Robertus. Canes vero mei nullum tamquam aliq. accuſabant dicentes: impetus (*ſic*) fuit aliquantulum, ſec cito veniet, expectate. Aſtantes nempe quemlibet & ignotum digito demonſtrabant proclamantes: Ecce Robertus venit, ecce Robertus. Demum cum eſſem pre diuturne more tedio fatigatus ſurrexi clamans: veniat Robertus, ſurgat Robertus, qui nos tamquam animalia bruta vocavit pariter, & deriſit. Et continuo plurimi reſponderunt: nullus eſt hic, qui vocetur hoc nomine. Et facto ſilentio tale inſolubile promulgavi. Elapſo tempore poſitum erat me Robertum eſſe. Cedat tempus, rei veritas eſt, quod ſum Boncompagnus, & crediditis venire ad vocationem Roberti, & veniſtis ad vocationem Boncompagni. Ergo eſt nobis per falſam poſitionem manifeſte concluſum. Invidi namque mei, & alii cum ſummo ludibrio, & pudore perpetuo receſſerunt, & ego a dilectis meis fui ſuper ulnas uſque ad hoſpitium pre gaudio deportatus.

Pag. 20. col. 1.

Narratio ſecunde deluſionis.

Elapſo vero unius anni ſpacio conſideravi, quod perfectum odium, & perfectus amor judicium non cognoſcit. Unde finxi adveniſſe quemdam, qui vocaretur W. Orton., ſub cujus velamine litteras deſtinavi. Literas, quas ſub nomine Ortoneſi W. direxi.

Cum ex prime contagionis vitio humana conditio ad reprehendendum nimium ſit proclivis, inveterati delicti vinculum diſſolvere jam non poſſum &c.

Lib. III. pag. 54. tit. de Electionibus diſcorditer factis.

Audivere gentes, & intellexere populi de longe, qualiter nos in electione ſupplantaverit quidam Bononien. Canonicus nomine Bonaguiſa. Porro cum tota Civitas, Clerus, & Populus Bonon. eſſent in Majori Eccleſia congregati, & electionem ſolempnem audire optarent, Canonici quidam voluntates ceperunt exquirere ſingulorum. Nam fere omnium vota in Magiſtrum L. Theologum convenerant, & omnes illum in Epiſcopum cupiebant habere, exceptis quatuor, vel tribus, qui contradicere non audebant. Tunc predictus Bonaguiſa finxit ſe aliorum votis penitus conſentire, & dixit: bonum eſt propoſitum veſtrum, ſed ad vitandum romorem populi uſque in craſtinum electionem facere differamus, & dixit omnibus altius: placet vobis: & reſponderunt omnes: placet: & ita ſcriptum fuit. Ego autem dabo licentiam univerſis, ne alicujus materia ſcandali hodie invaleſcat, & aſcendens pulpitum ait: facile

poterat

Digitized by Google

poterat hodie ſcaodalum generari, ſed recedere poteritis, quia per Dei gratiam bene ſumus in electione concordes, & in nomine Domini, ſicut licentiam habeo a fratribus meis, cligo Dominum G. Archidiacnnum Bonomien. in Epiſcopum, & Paſtorem.

Fautores autem, qui ad hoc fuerant ordinati, eum non cum parvo tumultu poſuerunt in ſede, & pulſatis campanis quidam Clerici *Te Deum laudamus* altius cantaverunt. Non (*fortaſſe* nos) autem ſtupore, atque admiratione confuſi contradicere ignoravimus, immo quia inopinabile fuit unus poſt alium obedieotiam ſibi promiſit. Nec ub hoc iſta reſcribimus, quod electionem vitare credamus, ſed ut de tante ſupplantationis ſophiſmate modernis, & poſteris memoria relinquatur.

Lib. 6. pag. 158. tit. ult.

Quomodo fiant depoſira, de Signis depoſitorum, de Deceptionibus depoſitorum, & Fraudibus depoſitariorum. Ro. aucto. . . . . . In fine hujus Operis: de recitationis tempore, de tempore dationis.

Sequuntur tres formulæ, quæ reſpondent tribus ſupradictis argumentis Depoſitorum; habentur deinde tres aliæ, quas hic damus.

Deo vero ſit laus, qui ſex libris hujus voluminis, cooperante S. Spiritus gratia couſumavi. Nunc autem precor omnes, & ſingulos, qui emolumentum habent de hoc labore, ut felicem optent gloriam inventori, quem infiniti ſcorpiones venenoſis caudis pungere vitebantur, poſt cujus dorſum canes plurimi latraverunt, ſed ante ipſius faciem continuerunt omn. labia invidorum. Recitatus equidem fuit hic liber, approbatus, & coronatus lauro Bononie apud S. Joh. in Monte in loco, qui dicitur Paradiſus, anno Dñi MCCXV. ſeptimo Kal. April. coram Univerſitate Profeſſorum Juris Canonici, & Civilis, & aliorum Doctorum Scolarium multitudine numeroſâ.

Item datus, & in commune deductus fuit Padue in Majori Eccleſia in preſencia Domini Alatrini Summi Pontificis Capellani, tunc Apoſtolice Sedis Legati, Venerabilis Jordani Paduani Epiſcopi, Ciofredi Theologi, Cancellarii Mediolanen. Profeſſor. Juris Canonici, & Civilis, & omnium Doctorum, & Scolarium Padue commorancium anno Domini MCCXXVII. ultimo die menſis Martii.

Explicit liber Epiſtolarum.

X X.

Part. I. Pag. 434. Lit. b.

Damus hic Excerpta Statutorum Populi Bonon., quæ ad Scholas noſtras pertinent. Varias habemus in Archivo Publico hujuſmodi Statutorum Compilationes, ut vocant, ſed pleraſque mancas, præſertim antiquiores. Itaque ſelegimus Collectiones an. MCCLIX., & MCCLXXXIX., utpote pleniores, additis tamen alicubi variantibus ex aliis Collectionibus præcedentium annorum.

Ex Lib. Stat. MCCLIX. Lib. VII.
Rubr. 3.

Quod Domini Legum non paciſcantur pro mutanda Contrata, vel pro Studio regendo.

STatuimus, quod Domini Legum non faciant pactum, nec jurameotum cum aliquo, vel aliquibus pro mutaoda Contrata cauſa Studii, vel pro Studio regendo. (a)

Rubr. 4.

Quod Domini examinati non inchoent regere, nec librum dare, niſi primo juraverint, & de Studio augendorum. (b)

Statuimus, quod quilibet volens regere Studium Bononie, poſtquam examinatus fuerit, & approbatus, ut regat, non ſinatur regimen inchoare, nec aliquis Doctor Legum det ei librum ſuum, niſi primo juret ut hactenus juraverunt, quod de cetero in aliqua alia terra non leget Scolaribus ſcientiam Legum, niſi Bononie, & ita juret legere, ea Poteſtas teneatur dare operam, quod hec juramenta predicto modo fiant coram ſe, vel uno ex judicibus ſuis, & de his juramentis fiant publica Inſtrumenta per Notarios apud Maſſarium Communis Bonon.

Item dicimus, ut Domini Legum non debeant dare operam, ut Scolares in alia Civitate debeant morari, nec in hoc conſilium, vel adjutorium preſtabunt. Immo debeant curare, quod Studium bona fide in hac Civitate augeatur, & quod illi Domini Legum dare debeant conſilium Poteſtati, & Judicibus Commun. Bonon., & Rectoribus, qui pro tempore fuerint, ſi ab eis petierint, & hec jurent attendere, & obſervare, & de predictis juramentis fiant publica Inſtrumenta in Libris Communis obſervanda.

Rubr. 5.

De Civibus non euntibus poſt Scolares recedentes.

Et quia publice utilitati novimus expedire, ſtatuimus, quod nullus Civis habitator hujus Civitatis vadat poſt Scolares, qui de Civitate receſſerint pro Studio aliquo faciendo, vel pro habitando, & nullus Civis, vel aliquis alius ducat Scolares aliquos per ſe, vel alium aliquo ingenio, vel det operam de ducendo cauſa Studii alibi exercendi, vel habitandi, & ſi quis contrafecerit a modo in antea, nec ipſe, nec ſui liberi ſint Cives, vel habitatores hujus Civitatis, & ipſo jure ſint publicata in Communi bona eorum, & etiam perſone eorum ſint in banno Commun. Bonon., & hoc Statutum habeas locum a

tem-

(a) *MCCLII. concordat.*

(b) *In Statut. an. MCCXLIX., & MCCLII. hac rubrica ita concepta eſt:* Quod debeant regere Domini Legum. *Prima Statuta erant ſine rubricis, quare ſtatutum eſt aliquando, ut Statutis fiant rubricæ. Hinc mendoſe multum.*

tempore Dñi Guillelmi de Poſterla citra MCC IIII. Et nos, ut in futurum obtineat, confirmamus. Et quicumque ſciverit aliquem contrafacientem debeat denuntiare Poteſtati; & quicumque hoc primo Poteſtati denunciaverit, ita quod ob ejus denunciationem liquidum ſit Poteſtati, habeat a Communi C. libras. (a)

Rubr. 6.

Quod nullus faciat contractum cum Scolaribus extra Civitatem, & diſtrictum Bon.

Item ſtatuimus, quod nullus faciat Contractum aliquem cum Scolaribus in aliqua Civitate Ytalie extra Bonon., vel ejus diſtrictum nunc habitantibus, nec aliquis pro eis, & qui contra fecerit, ſolvat Communi L. libr. bonon. nomine pene, & ſi Poteſtas ſciverit teneatur auferre ei, & ſi non ſolverit ponatur in banno, nec de banno extrahatur, niſi hanc ſolverit penam. Si vero de hoc accuſatus fuerit, & legitime contra eum probatum non fuerit, tunc Sacramento innocentiam ſuam defendere, & purgare teneatur. Et quicumque hoc in publicum duxerit, habeat medietatem dicti banni, & hoc Statutum ponatur in ſacramento librorum.

Rubr. 7.

Quod Scolares, & eorum res habeantur, & reputentur tamquam Cives, & de hiis, qui venerint cauſà ducendi alios Scolares.

Statuimus, quod Scolares, & eorum res cuſtodiantur tamquam Cives, & pro Civibus reputentur quo ad cuſtodiam, & defenſionem, & utilitatem eorum, & perſonarum, & rerum, & hoc in noſtro diſtrictu, & civitate, & legatur hoc Statutum, nec occaſione rerum aliquarum detentarum de cetero in aliquo loco Scolares, vel eorum res detineantur, vel capiantur, & ſi Poteſtas contrafecerit, amittat de feudo ſuo C. libr. bonon., nec poſſit remitti cum Conſilio, nec ſine Conſilio. Et ſi quis in hac Civitate venerit cauſà ducendi Scolares alibi, & Poteſtati fuerit denuntiatum, faciat eum detineri, donec ſecuritatem habuerit CVI. Imperial. Et ſi Poteſtati conſtiterit eum veniſſe pro dicta cauſà, puniat eum in CC. libr. bonon., & plus ejus arbitrio, quarum medietas ſit accuſantis, & alia ſit Communis.

Rubr. 8.

Quod nemo faciat ſeptam, vel conſpirationem pro Studio transferendo de Civitate Bononie ad alium locum.

In nomine Domini MCCXVII. Si quis inventus fuerit feciſſe, vel facere ſeptam, vel conſpirationem pro Studio transferendo a Civitate Bonon. ad alium locum perpetuo banniatur, & omnia ejus bona publicentur, quorum medietas accuſanti detur. Item ſi quis Scolaris, vel alius aliquem alium Scolarem aliquo modo, vel ingenio aſtrinxerit, ut poſſit ei precipere de diſcendo de Civitate iſta cauſà Studii, banniatur, & ejus bona, que habuerit Bonon., vel in ejus diſtrictu publicentur, quorum medietas ſit accuſantis.

Rubr. 9.

De Condictionibus Studentium Bonon. docendo, & addiſcendo.

Placuit univerſo Conſcilio Bonon. campane ſonitu coadunato, quod nulli Bonon. Studenti nunc, vel in preterito, vel in futuro in Jure Civili, ſeu qualibet alia literarum ſcientia, ſeu facultate tam in Scolis, quam extra Scolas, & tam docendo, quam addiſcendo, poſſit, ſeu debeat obici, quod ſit infamis, vel ad actus legitimos non admittatur, vel quod ſit inteſtabilis, vel ex nullius capiat teſtamento, ſeu qualibet ultima voluntate, vel quod nullus ſua capiat voluntate, vel ejus ſententia tamquam non legitima reputetur, ideo quod Bonon. ſtudet Bon. docendo, vel addiſcendo, non ideo habeatur infamis, ſeu inteſtabilis, & non ideo minus ad omnes actus legitimos admittatur, & capere poſſit ex alterius teſtamento, ſeu ultima voluntate, & alius ex ſua, & ejus ſententia tamquam legitima admittatur; & qui contrafecerit indicando, vel allegando in judicio, vel extra, vel conſilium dando, vel in fraude eorum, vel hujus Statuti, ſit infamis, & inteſtabilis, & ad nullos actus admittatur, & ejus ſententia ſit illegitima ab omnibus reputanda, nec ex alicujus capiat voluntate ultima, nec aliquis ex ſua, & ſit in banno Communis ipſo jure, & omnia bona ſua publicentur in Communi ipſo jure, nec bona recuperet, nec de banno extrahatur, niſi per voluntatem ejus in hoc obitiat; & hoc Statutum, ſeu Decretum de cetero ſemper teneat, & in perpetuum, & ponatur in Sacramento Rectoris, ſeu Rectorum, qui pro tempore fuerint, & in Sacramento ſequenti, & ſtat ut . . . . nec poſſit immutari, nec deleri de libro Statutorum conſilio, vel ſine conſilio, ſed ſemper ponatur in libro Statut. quolibet anno, & in perpetuum ſit firmum, & teneat, & immutabiliter permaneat, & ſi mutatum fuerit contra ipſum, ipſo jure non valeat.

Rubr. 10.

Quod Scolares poſſint habere Rectores.

Pro honore, & commodo, & utilitate Commun. Bonon. cauſà Studii attendentes in Civitate Bonon. poſſint libere commorari ſicut poterant ante Statutum conditum inter eos de Rectoribus non habendis. Ita tamen, quod ſi contigerit ipſos habere, quod jurent ipſi Rectores in Sacramento Rectorie, quod non dabunt operam aliquo modo, vel ingenio de Studio Bonon. ex Civitate Bonon. transferendo, nec aliquem Scolarem cogant de Civitat. Bonon. exire (b)

niſi

(a) *In aliis* C. ſolidos.

(b) *In Statut. an.* MCCLII. *adeſt lacuna ante ea verba, niſi primo.*

niſi primo fecerit Poteſtati liquidum Rectores facere tale Sacramentum Sculares habere Rectores non poſſint.

Rubr. 11.

Quod Stationarii exempla tenentes ea non vendant, ſed habeant ea correcta & emendata, & de apparatu tenendo, & dando, & de mercede exemplariorum, & venditionum librorum, & de non ab eo, vel ab eis emendo, niſi de ſcientia venditoris.

Ad honorem Univerſitatis Scolarium, & pro bono Studii, & pro honore Rectorie, que pro tempore fuerit, ſtatuimus, ut Stationarii exempla tenentes, nunc, vel in futurum non preſument vendere, vel alio modo alienare, ut portentur ad Studium alterius Civitatis, vel aliter fraudolenter facere in leſionem Civitatis, & Studii Bonon., & qui contrafecerit puniatur pro qualibet vice in x. libr. bonon., & plus arbitrio Poteſt. Item quod Stationarii teneantur habere exempla correcta, & bene emendata, bona fide prout eis poſſibile erit, & qui contrafecerit puniatur in x. libr. bonon. Item quod Stationarii non faciant pactum cum aliquo Doctore Legum pro ſumendo (a) aliquo antiquo apparatu, & alium de novo apparatum alicujus Doctoris exaltando, & poſt novum apparatum factum teneantur nihilominus tenere, & tradere petentibus antiquum, ſi voluerint exercere artem. Et ſi antiquus apparatus .... petetur a Scolaribus & novus, & hoc in banno, & pene x. lib. bonon. Item quod Stationarii, & venditores librorum tantum accipiant pro exemplatiis, & venditionibus librorum nomine exemplariorum, & ſui laboris quantum retro ſoliti fuerunt accipere ex generali conſuetudine Civitat. Bonon., & hoc in pena, & banno xx. ſolid. bonon. pro qualibet vice. Item quod venditores librorum, & Stationarii non emant aliquem librum per ſe, vel interpoſitam perſonam, & niſi fuerit de conſcientia venditoris, & hoc in pena, & banno xx. ſolid. Imperial. Item quod venditores librorum, & Stationarii jurent in ſequimento, quod facient poſtea in omnibus fideliter facere, & exercere artem ſuam, & quod ſervabunt omnia Statuta facta de arte eorum per Comm. Bonon.

Rubr. 12.

Quod Statuta facta pro Scolaribus de Statutis non extrahantur.

Item ſtatuimus, quod omnia Statuta, que facta ſunt, & compoſita in libro Statutorum in favorem Scolarium firma & rata in perpetuum permanebunt, & de libro Statutorum non poſſint extrahi aliqua oratione.

Rubr. 13.

Quod Cives non jurent ſub aliquo Rectore Scolarium.

Statuimus, & ordinamus, quod nullus Civis Civitatis Bonon., vel diſtrictus Bonon. debeat jurare ſub aliquo Rectore Scolarium, vel ſub aliquo alio Scolari aliquo modo vel ingenio. Si quis contrafecerit, ſit in banno Communis perpetuo, & poſt eum puniatur in ſuis bonis ſuo arbitrio, & ea publicet. Et hoc cepit habere locum ab anno Domini MCCXIV. die penultima menſis Auguſti, & de his preciſe Poteſtas teneatur, ſi invenerit, vel fuerit contrafactum.

Ex Lib. VIII. Statutorum Pop. Bonon. anni MCCLXXXIX.
Rubr. 1.

De Studio Scolarium Civitatis Bononie manutenendo.

STatuimus, quod Poteſtas Bonon., & ejus familia, & Dn. Capitan., & ejus familia teneantur, & hoc debeant toto poſſe dare operam, quod Studium Scolarium tam Juris Civilis, quam Canonice, Gramatice, Dialetice, Fiſice, Dictaminis, & aliarum ſcientiarum non reprobatarum ſit, & eſſe debeat perpetuo in Civit. Bonon., & in bono ſtatu manutenendo, & Doctores ipſarum ſcientiarum, & Rectores Scolarium, & ipſam Univerſitatem Scolarium, & Scolares, & ipſorum vitam, & res, & bona tueri tam in juditio, quam extra, ubicumque, & quotieſcumque expedierit, & omnia, & ſingula ſtatuta, ordinamenta, privilegia, & reformationes faciendas in ipſorum Studii Doctorum Rectorum Univerſitatis & Scolarium favorem ſervare, & ſervari facere bona fide ad augmentum Studii, & bonum ſtatum Scolarium, & quietem, & punire quemlibet tam forenſem, quam civem, qui procuraret, vel tractaret, quod Studium predictum alibi transferetur penis deſignatis in Statuto Com. Bononie, quod eſt in hoc libro, ſub Rubrica de Tractantibus, vel Conſpirationem, ſeu Septam facientibus pro Studio transferendo extra Civit. Bononie.

Rubr. 2.

De tractantibus, ſeu ſeptam facientibus, vel conſpirant. pro Studio transferendo extra Civitatem Bononie.

Hac edictali conſtitutione ſancimus, quod nulla perſona eccleſiaſtica, vel ſecularis, ſcolaris, civis, vel forenſis audeat, vel preſumat ſeptam, vel conſpirationem, aut tractatum facere, vel per ſe, vel alium per nuntium, vel literas, vel alio quocumque modo cum aliqua perſona eccleſiaſtica, vel ſeculari, Collegio, vel Univerſitate, vel Communitatia de Studio Civitatis Bonon. transferendo ad alium locum, vel procurare, quod Studium Civit. Bonon. poſſit tolli, & quod aliquis civis, ſeu habitator Civit. Bonon. non audeat, vel preſumat ducere Scolares alibi gratia Studii, alibi extraendi, vel ſequi Scolares aliquos predicta de cauſa. Et ſi quis contrafecerit, & venerit in fortiam Domini Poteſtatis, & Communis Bononie condempnetur in mille libr. bonon. Si vero non venerit in fortiam Domini Poteſtatis, & Com-

(a) *In Statuto MCCXLIX.* ſupprimendo.

& Communis Bononie, ponatur in perpetuo banno Communis Bononie tanquam proditor Communis, & Populi Bononien., de quo perpetuo exire non poſſit, nec cancellari. Et ſi talis bannitus venerit in fortiam Domini Poteſtatis, & Communis Bononie, capite puniatur in tertium diem, & omnia bona talis banniti publicentur, & perveniant in Communi. Et ſimilem penam incurrat Poteſtas, & quilibet de Poteſtatis ipſius familia Capit., & quilibet de ſua familia, qui contra predicta facere attemptaverit &c.

Item quod nullus, qui ſit, vel erit Doctor Legum, vel Decretorum civis Bononie ullo modo, vel ingenio ab hodie in antea audeat, vel preſumat ſe conferre ad aliquam civitatem, locum, vel terram, aut comunantiam cauſa legendi in aliqua predictarum ſcientiarum, & qui contra fecerit, puniatur, & condempnetur pro qualibet vice in mille lib. bonon. Si venerit ad mandata Communis. Si autem ad mandata non venerit, ponatur in perpetuum in banno Communis Bonon. tanquam proditor Communis, & Populi Bonon., & ipſius bona omnia publicentur, que perveniant in Commune, & quilibet poſſit de predictis accuſare, & habeat a Communi Bonon. centum lib. bonon. Si ſiquid. fuerit Domino (a) de aliquo, qui in aliquo de predictis Capitulis contravenerit, ſeu fecerit, eandem penam patiatur quilibet, qui ex dictis Docturibus erit a duobus annis retro, niſi redeat infra tres menſes a die publicationis hujus Statuti, & moretur continue in Civitate Bononie.

Rubr. 3.

De Stationariis tenentibus exempla librorum, & apparatum.

Ordinamus pro utilitate Scolarium Studii, quod Stationarii exempla librorum & apparatum tenentes non preſumant vendere, vel alio modo alienare, ut portentur ad Studium alterius Civitatis, vel Terre, vel aliquid fraudolenter facere in lexionem Civitatis, ſeu Studii Bonon., & banno centum libr. bon. cuilibet contrafacienti, & pro qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare, & denuntiare, & habeat medietatem banni. Item quod ipſi Stationarii teneantur habere exempla correcta, & bene emendata bona fide, & prout melius poſſibile erit, & de eis Scolaribus petentibus copiam facere, & pro exemplatura id accipere, quod hactenus per tempora preterita conſueti ſunt recipere, & non plus.

De domibus, in quibus habitant Scolares non emendis.

Statuimus, & ordinamus, quod hoſpitia, & domus, in quibus habitant Scolares non poſſint deſtrui per Commune Bonon. occaſione alicujus maleficii, vel delicti, vel rebellionis partis Lambertatiorum, vel condempnationis, vel multe facte de Domino domus, nec invadi per alium donec eas habitaverint, ſed libere dimittantur eiſdem pro toto eo anno, quo eas conduxerint ſolvendo penſionem, ſi non ſolverint Communi Bonon., ſi jus aliquod habeat Commune in ipſis hoſpitiis, ratione condempnationis facte, de Domino Hoſpicii, vel aliqua alia ratione, vel ſolvendo creditori Domini Hoſpitii, qui ratione alicujus obligationis Domini Hoſpitii ipſum Hoſpitium occuparet, vel aliter de jure. Et finito anno conductionis poſſit procedi de jure, non obſtante habitatione Scolarium.

De examinatis, & approbatis in Jure regere volentibus.

Statuimus, quod tam civis, quam forenſis (b) de cetero examinatus, & approbatus fuerit, ut Doctoris honores mereatur, & legere voluerit, poſtquam examinatus fuerit, & approbatus non ſinatur regere, nec aliquis Doctor Legum debeat eidem examinato dare librum, ut legat cum ſui licentia, niſi primo corporaliter juraverit ad ſancta Dei Evangelia, quod non leget Scolaribus ſcientiam Canonicam, vel Legalem extra Civitatem Bononie, & Poteſtas teneatur predictum Sacramentum preſtari facere cuilibet examinato, & approbato antequam detur ei liber, vel licentia legendi per Doctorem, ſub quo conventum recepit ipſe examinatus coram ſe, vel uno ex Judicibus ſuis, & ſit preciſum.

De privilegiis Rectorum Scolarium, qui poſſint ire ſine impedimento alicujus ad D. Poteſtatem, & Capitaneum, & ejus famil.

Statuimus, quod liceat Rectoribus Univerſitatis Scolarium ire ad Dominum Poteſtatem, & ejus Judices, & alios de ejus familia, cum loqui voluerint, nec poſſint prohibere Rectoribus, ne ad eos accedant pro factis dicte Univerſitatis, & Poteſtas teneatur precipere Baroariis, & Nuntiis, & Domicellis, quod non vetent ipſis Rectoribus, quominus veniant, & loqui poſſint ipſi Domino Poteſtati, & cuilibet de ejus familia pro factis Univerſitatis predicte. Item dicimus, quod ipſis Recturibus liceat ſine impedimento alicujus Baroarii, vel Nuntii, vel alterius accedere ad Dominum Capitaneum, Anzianos, & Conſules Populi Bonon., pro factis Univerſitatis, & juſtis, & licitis negotiis, & pro eodem injuriis. Et ſi voluerint habere conſilium Populi predicti Capitaneus, Anziani, & Conſules conſilium ipſis Rectoribus concedere teneantur pena ex banno cuilibet Baroario, vel Nuntio, vel cuilibet alteri impedienti, vel prohibenti x. lib. bonon., & pro qualibet vice.

De immunitate Doctoribus conceſſa, & Scolaribus Civibus regentibus.

Ordinamus, quod Doctores Legum, & Doctores Decretorum, qui regunt, non teneantur ire in aliquos exercitus, vel cavalcatas, qui, vel que fient de cetero, pro Communi Bonon., vel ad cuſtodiam alicujus caſtri, vel loci, vel etiam cum milites, vel pedites mit-

(a) *Deeſt* Poteſtati.
(b) qui.

mittuntur in ſervitio alicujus, vel aliquorum, vel ad aliquod opus faciendum, nec ponantur in decenis militum, vel cinquantinis, vel vigintiquinquinis peditum, vel alio numero militum, vel peditum. Hoc tamen ſalvo, quod ſi que collecte imponentur pro Communi Bonon. pro aliquo exercitu faciendo, vel cavalcata, vel cuſtodia alicujus caſtri, vel aliqua alia cauſa de ſupradictis, ipſam collectam, prout eis contigerit, ſolvere teneantur, ſicut alii cives Civitatis Bonon. Et ſalvo, quod ſi aliquis de predictis Doctoribus equum pro Communi Bonon. haberet, non excuſetur a dictis exercitibus, vel cavalcatis, quin ire, vel ſufficientem ſubſtitutum mittere teneatur. Eandem immunitatem habeant Bidellus generalis tocius Univerſitatis, & unus Bidellus pro quolibet Doctore regente, & unus Stationarius pro qualibet ſtatione. Idem dicimus in Magiſtris Gramatice, Dialectice, Fixice, Notarie, & Dictatorie facultatis, qui regunt, ſeu regent continue. Dicimus etiam, quod Scolares cives, qui extraordinarie Scolaribus legunt continue, & Scolares, qui Scolas Juris Civilis, vel Canonici intrant continue, excuſentur ab exercitibus, & cavalcatis, dum tamen loco ipſorum mittant ydoneum ſubſtitutum, niſi eſſent tales, cui pro Communi Bonon. eſſet equus impoſitus.

De privilegiis Scolaribus conceſſis, & Univerſitati ipſorum ad ipſorum petitionem, & ſunt X. Capitula.

D. Henricus de Brabantia.
D. Hiſpanus de Lambis.
D. Jacobus qnd. Hugonis de Piſtorio.
D. Jacobus de Boccamaciis de Roma.
D. Jacobus Can. Salamantinus D. Papæ Capel.

D. Ja-

D. Jacobus Laciti fil. D. Hugoois Laciti militis Arelat.
Mag. Ingerardus de Cutiacho Can. Laudun.
Mag. Joh. Medicus, qui fuit de Benevento.
D. Joh. qod. Matthæi de Miſcina.
D. Joh. qnd. Hugonis de Piſtorio.
D. Joh. de Brotia Præpoſitus Caleſtriæ.
D. Joh. de Montemurlo Doct. Decretal.
D. Joh. de Prato Atrehaten.
D. Jordanus de Mootecucoli Præp. Lemovic.
D. Lapus de Guezis.
D. Neapoleo de filiis Urſi Archid.de Magliolica.
Mag. Nicolaus de Roma.
D. Nicolaus Monac. S. Albani Anglus.
D. Nicolaus de Gaſejo Catallan. Dioc.
D. Octobonus de Placentia Domini Papæ Subdiaconus, & Capell.
D. Oddo Alamanni Gratianopol. Dioc.
D. Otfredus Ruffini de Carpentoracto.
D. Paulus Domini Aginolphi Comitis de Valmoot. diſtrictus Romæ.
D. Paulus de Comite.
Mag. Peregrinus de Plumario.
D. Petrus nepos Gerardi de Parma Sabin. Epiſ.
D. Petrus Stephaoi de Narbona.
D. Petrus de Rivoricco Can. Valentio.
D. Petrus Capoccius de Roma.
D. Petrus Geſſarii.
D. Petrus de Pruito fil. D. Enrici Chaizi Taurin. Dioc.
D. Poncius Petri Magalon. fil. Domini Petri de Argaſia.
D. Raymundus Gariti Cao. Carcaſon.
D. Raymundus Acti Abbas Maſia ....
Mag. Rayoaldus de Veotimilia Geouenſis.
D. Richardus de Mootenigro Præpoſ. Remenſ.
D. Rogerius de Rovigi Pragen. Dioc.
D. Sifredus Rafina Carpentoract.
D. Sigerius de Girellis Can. Sultuoen. Leod. Dioc.
D. Simianus Can. Wratislav.
Mag. Stephanus de Matiſcone.

1291.

D. Aegidius de Novello Ebreduo.
D. Aimelius de Montecucolo.
D. Amadeus de Gehennis Can. Lingon.
Mag. Angelus fil. Oddonis de Civit. Peruſ.
Mag. Baldredus Bixet de Scotia.
D. Bellingerius Domini Raymundi de Barbonis.
Mag. Beltrame Morici, qui fuit de Firmo Doct. Grammat.
D. Bernardus Can. Vermanden. & Vicer.
D. Bernardus de Alhaſo.
D. Cataldus de Penavaria.
D. Coradus de Scombergh.
D. Franciſcus Domini Petri de Gubio.
D. Franciſcus de Manfredis de Faventia.
D. Gorgia fil. D. Rocheſani Can. Filtri.
D. Gratia Abbas S. Victoris de Cluxis.
D. Guillelmus dictus Negoſante Prior S. Mariæ de Plano Senogal.
D. Guillelmus de Barenfiliis Doct. Decret.
D. Johan. Petri Can. Compoſtellan.
Mag. Nicolaus Medicus de Jeoua.
Mag. Nicolaus de Guaſeglia.
D. Octaviaous de Ubaldinis.
Mag. Petrus de Biſencio.
D. Petrus Domini Petri de Sampſooe.
Mag. Poncius de Narbona Proc. Roſtagoi Archiep. Aquen.
D. Richardus de Bellomonte Cao. Tullen.
D. Rogerius D. Ludolai de Auriliaco.
D. Roſtagnus qod. D. Malſanguis de Provincia.
Mag. Simon Amieine.
D. Stephanus Can. Narbon. Doct. Decret.
D. Valentinus de Garganis de Bergamo.
D. Ubaldinus qnd. D. Octaviani de Muſello.
D. Vitalis Can. Vicer.
D. Ynardus Guaſti (*an* Guaſci) Can. Fueralobrienſis.

1292.

Mag. Adam D. Gualfredi Cleric. Epiſcopi Dunelm.
D. Aegidius Dominiel Archid. Ripaſol.
Mag. Aymericus Sanglerii Archid. Bajocenſ.
Mag. Albertus D. Bonacoſæ de Matelica.
D. Albertus Papienſis.
D. Alſonſus Martini Archid. Alaven.
D. Ambroſius de Mediolano.
Mag. Andreas Calveti de Ebroduoo.
D. Andreas Cantor Varidien.
D. Andreas de Nivella Leodien. Dioc.
D. Angelus de Muſellis de Roma.
D. Anſelmus de Duricia.
D. Anſelmus de Durcia de Lucduno.
Mag. Antonius fil. M. Matthæi de Padua.
D. Arnaldus de Pergamo fil. D. Fuciui de Bonfatis.
D. Aſſcoſius Can. Pitavien.
D. Acto de Terane.
D. Baldredus Biſter Scotus.
Mag. Beltrame qnd. Morigi.
D. Bertramus Chriſtophori de Avenione.
D. Bertrandus Ermengaldi Catelaunen.
D. Bertus de Caſtroveteri Can. Navarieo.
D. Benedictus de Sanervilla Prior de Lintona.
D. Bonifacius de Cachanacho nepos D. Uberti de Cotenato Card. S. Euſtachii.
D. Bonifacius Præpoſitus Opolien. in Polonia.
D. Buſino Jacobuccii de Fabriano.
D. Dinus D. Jacobi de Muſello Doct. LL.
D. Franciſcus Vaſcus Can. Aſten.
D. Frenandus Alfonſi.
D. Georgius de Sollerio Can. Yponenſ.
D. Gerardus de Coroazano Vicar. D. Epiſc. Bon.
D. Gerardus de Juliaco.
D. Gerardus de S. Cruce fil. Dn. Guill. de Figiaco Caturc.
D. Gerardus de Montecucoli.
D. Gervaſius de Maurenia.
D. Gezus Gucii de Mugello.
D. Guido fil. Mag. Bernardi de Ciſterona.
D. Guillelmus de Petralata Decret. Doct. Monac. de Lejavanc.
D. Guillelmus de Villanova Can. Barciloo.
D. Guillelmus de Lucxia Can. Cabilonen.
D. Guillelmus de Cornubia Decret. Doct.
D. Guillelmus de Vincton.
D. Guillelmus de Erghinburgh.
D. Guillelmus de Bloy de Cornubia.
D. Guillelmus qod. D. Henrici de Imbria de Novaria.
D. Guiroardus Guiroardi Cao. Bon.
D. Gurzolus D. Galvani de Stephanardis.
D. Henricus D. Jacobi Lazi de Pitis.

D. Henricus qnd. D. Hermanni de Mdeng. de Alamania.
D. Hugo Sayne de Turonis.
D. Hugo Tanen. fil. D. Hugonis.
D. Hugo de Cambuchacho Doct. LL.
D. Jacobus Martini de Hungaria Arcbid. Mingrad.
D. Jacobus Theſaurarius Gallavaten.
D. Jacobus fil. D. Matthæi Urſi Theſaur. Salam.
Mag. Joh. de Caſtro Arquato Can. Belluac.
Mag. Joh. de Bocra Præpoſitus D. Martini Turon.
Mag. Joh. de Arebato.
Mag. Joh. Mag. Raguelis de Agleriis.
D. Joh. Philippi fil. Mag. Philippi de Ebreduno.
D. Joh. Monterii Can. Compoſtell.
D. Joh. Gaytani Can. Pariſien.
D. Joh. Michaelis Can. Aſturicen.
D. Joh. de Divione.
D. Joh. de Pontilca.
D. Joh. de Muſca Atrincen. Dioc.
D. Joh. Philippi de Ebreduno.
D. Joh. de Cangesbergh. fil. D. Coradi.
D. Joh. de Magonza.
D. Joh. Can. tit. S. Marcelli de Urbe.
D. Joh. Saccutii Bonacurſis de Fabriano.
D. Joh. de Aſellera Can. de Boſan.
D. Joh. de Anglia.
D. Joh. de Gecham Monac. S. Petri Lincol.
D. Lambertus D. Zanis de Peruxio.
Mag. Landus de Caſtello Caſtri.
D. Landulphus de Columna Can. Senon.
Mag. Laurentius Joh. de Civitate nova.
D. Marcus de S. Eugenia Sacriſtá Barcilon.
Mag. Martinus Can. Trecenſis.
D. Martinus Hiſpanus Gallicbus de Tuda.
D. Martinus de Poma de Fergamo.
Mag. Matthæus Gundiſalvi Can. Ulisbonen.
D. Matthæus de Limoxino Can.....
Mag. Michael Mag. Patavini de Venetiis.
D. Michael de Donodei de Scotia.
D. Monaldus de S. Genexio Can. Sarisberienſ.
D. Montenaxius de Marchixiis.
D. Napullio Fortebraccii de Ravegnana Can. Camaracen. Ab. Sed. Apoſt. Capell. Can. Camerac. Tornac., & Furocenen.
Mag. Nete de Piſtorio.
D. Nicolaus de Praga.
D. Nicolaus de Magonza.
D. Octobonus de Plaſentia Decanus Sveſſion.
D. Oddofredus de Magonza.
D. Orpizo de Cedonio Siniſcalcus S. Martini Turonen.
Mag. Pax Fiſicus, qui fuit de Roygo.
D. Percivallis de Selvaticis de Aſti.
D. Petrus D. Bernardi de Ciſterona.
D. Petrus de Scroxallia Can. Rutinen.
D. Petrus Joh. Can. Aſturicen.
D. Petrus de Pulcroviſu Can. Barcilonen.
D. Petrus de Villanova Carpentorac. Dioc.
D. Petrus D. Fei de Florentia.
D. Petrus de Cambucaco Caturcen.
D. Philippus de Caſtegnolis Can. Eſten.
D. Poncius Joh. Can. Compoſtell.
Mag. Raginaldus de Vidriaco (*al.* Verdeliaco) Can. Laudun.
D. Raymundus Beltramingus de Aſti.
D. Rannus Can. S. Venantii de Fabriano
D. Robertus de Colongus Monac. Dunelmen. (*al.* de Collvelinguard).
D. Robertus de Vicecomitibus ordinarius in Eccl. Maj. Mediol.
D. Sclata de Orte. Can. Foſſen.
D. Severinus Can. S. Venantii de Fabriano.
D. Sigerius de Pareliciis Can. Foſſen.
Mag. Simon de Anglia.
D. Stephanus Matthæi de Fur. de Lugduno.
D. Thebaldus de S. Remigio.
D. Thebaldus de Infangatis de Florentia.
Mag. Thomas Guiſcardi Decan. Glaſſionen.
D. Thomas Florani de Matelica.
D. Tuſcus de Ancona.
Mag. Ubertinus de Papia.
D. Ubertus de Caſtroveteri Can. Novar.
D. Ubertus de Vallibus.
D. Ycellinus de Mandugagliaxinis de Brixia.

1293.

D. Accurſinus de Modoecia.
D. Albertus de Caprionibus de Brixia.
D. Albertus Archipresb. S. Proculi Favent.
D. Albizus de Brixia.
D. Aldebertus de Petraforti.
D. Ambroxius de Actabellis de Laude.
Mag. Angelus Medicus fil. D. Hugolini de Senis.
Mag. Anſaldus de Faba de Genua Medicus.
Mag. Antonius de Nubalento Can. Brixienſ.
D. Arnoldus Domini Suſini de Bergamo.
Mag. Bartholomæus Mag. Petri Reale.
D. Bartholomæus Domini Pradini de Laude.
D. Bernardus de Turi de Spoleto.
D. Bertrandus de Lutiliacho.
D. Brochardus de Leonet. Ord. Hoſpit. Jeroſol.
D. Cabri de Patientibus de Mediol.
D. Carolus Erbendi Can. Apſalen.
D. Chonus de Vallexia.
D. Coradus de Silimbergh. Rector Eccleſiæ Ilindon.
D. Coradus de Chichilimbergh.
D. Comes de Certaldo Rector S. Martini in Colle.
Mag. Conſilius Siniconis de Matelica.
D. Fatius de Labro.
D. Federicus Præpoſit. Moguntin.
D. Federicus de Mirſen Domini Heberardi de Lancisberg.
Mag. Franciſcus fil. Mag. Petri Paganucci de Matelica.
D. Franciſcus Jacobini Can. Cervienſ.
D. Franciſcus Domini Jacobini de Mutina.
D. Franciſcus de Bajolis de Blancanigro Imolen.
D. Gabrinus de Cremona.
Mag. Galfredus Domini Coradi de Magontia.
Mag. Gerardus qnd. Gerardi de Regio Mag. in Gram.
D. Gerardus de Seſicino Can. Balnen.
Mag. Guido Piſanus.
Mag. Guillelmus de Aſti Doct. in Logica.
D. Guillelmus de Carnoto.
Mag. Henricus Arcbidiac. Lundenſis de Datia.
D. Henricus de Friburgo.

D. Hen-

D. Henricus dictus Macirel. Canon. Baſileen.
Mag. Henrigictus de Aono Andegur. Dioc.
D. Henrigittus Prior S. M. in Colle Fexul. Dioc.
D. Herbo Domini Henrici Argentinen.
D. Hugo Magrini Rutinen. Dioc.
D. Hugo Aslaceo. Argentin. Dioc.
Mag. Joh. Melioris de Fighino Repetitor in Gram.
Mag. Joh. Jacobi de Suaſa Medicus.
Mag. Jnh. Petri de Lavania Medicus.
Mag. Joh. de Ponteilia.
Mag. Joh. de Muſca Abrinc. Dioc.
D. Joh. de Sacerio Abrincen. Dioc.
D. Joh. Godeus Aoglicus.
D. Joh. de Landesburgh.
D. Joh. de Divione.
D. Joh. Gaytanus Canon. Pariſ.
D. Joh. de Prato.
D. Lanfrancus de Cuſſano.
D. Lapus Domini Bernardi de Podio Bonizi.
D. Laſâlious de Mediol.
D. Martinus Bartholomæi de Mutioa.
D. Martinus de Pomis de Bergamo.
D. Matthæus Hugonis de Limox.
Mag. Monaldus quoud. Bonagratiæ de Fabriano.
D. Neapoli Fortebraccl.
D. Napuleo Archid. de Majorica in Eccleſia Legiooen.
D. Paoocha Domini Romaldeſchi de Aretio.
D. Petrus Plebanus Sancti Appiani Floreot. Dioc.
D. Petrus Pirovano Mediol.
D. Petrus de Scroſſâlia Can. Rutinen.
D. Petrus de Diegia Caturc. Dioc.
Mag. Regioaldus de Verdeliaco.
D. Robertus Monac. Dunelmen.
D. Robertus de Geralzeke Can. Argeot.
D. Rogerius de Lodelao Rector. Eccl. de Galgrad.
D. Richardus de Evaſtaxia.
D. Salvagius de Florentia.
Fr. Simon Pelegrini de Faveotia.
D. Stephanus Domini Petri de Pergamo.
D. Stephanus Domini Petri Benti de Urbeveteri.
D. Stephanus Catalli de Antona.
D. Ubaldinus Domioi Treoſerici de Labro.

1294.

D. Aoſelmus de Pergamo.
D. Bragoneria Saraceni de Certaldo.
D. Emcho Comes de Spaoche Rector.
D. Emicho de Spaynem Can. Magunt.
D. Fraociſcus de Barberino.
Mag. Hugo Anglicus.
D. Petrus Joh. de Yporegia.

EXCERPTA
CODICIS
DIPLOVATACCII.

Poſt abſolutam Appendicem, Mantiſſæ loco dabimus hic Excerpta antiqui Codicis Thomæ Diplovataccii, de quo plura locuti ſumus Part. II. hujus Operis pag. 46 Ex Vitis illuſtrium Jureconſultorum, quas Diplovataccius ſcripſit, eas ſolum ſelegimus, de quibus ſermo eſt habitus in hoc Opere. Eruditis, ut reor, gratum id accidet, & Codicis, qui, ut diximus, extat apud Cl. Hannibalem Oliverium, immortalitati aliqua ex parte conſultum erit: In hiſce Excerptis exhibendis uſi ſumus ipſo Oliverii Codice, quem mihi Vir humaniſſimus commodavit; & quoniam Cl. Sartius, qui ad diuturnum tempus eodem uſus eſt, cujus etiam Excerpta edere cogitabat, ut ego ex quibuſdam ejus ſchedis colligere potui, notulas identidem ſua manu adjecit, eaſdem etiam una cum his Excerptis exhibemus. Utinam Codex ipſe erroribus tam ſæpe non abundaret, neque conſtaret literis adeo minutis, confertis, & inter ſe nexis, ut oculo eædem vix patere poſſint.

Cum Diplovataccii Vitam jam ſcripſiſſem ann. MDCCLXX., eademque ipſo anno impreſſa fuiſſet, inſequenti anno MDCCLXXI. numquam ſatis laudatus Hannibal Oliverius vulgavit typis Gavellianis eamdem Diplovataccii Vitam, cujus titulus: Memorie di Tommaſo Diplovatazio Patrizio Conſtantinopolitano, e Peſareſe, *eamdemque mihi, etſi nihil tale merenti, inſcriptam voluit Vir Clariſſimus, cujus ego humanitatis, & amicitiæ officiis parem certe gratiom referre numquam potero. Animadverti quædam ipſum emendaſſe in Codice Joannis Baptiſtæ Pigna, quo cæteroquin uſus eſt. Sed nec multa, nec magni momenti eadem ſunt, & in laudato Oliverii Libello videri facile poſſunt. In dandis autem his Iureconſultorum Vitis, non rationem temporum, ſed ordinem alphabeticum ſecuti ſumus.*

I.

ABbas antiquus ſecundum aliquos floruit tempore Rolandini ſupradicti de anno MCCLXXXVIII. Decretorum Doctor præcipuus, qui & ipſe ſuper Decretalibus, & ſine aliqua prefatione deſcendit ad Text. ſecundum Jo: Andr. in procem. oovell. in 2. Col. &c. Iſte fuit diſcipulus, & auditor Petri de Saxonia, ut ipſe Abb. refert in C. Paſtoralis &c. Floruit io partibus Ultramootanis in Civitate Aviene &c. Item, & tempore predicto ſecundum aliquos floruit Ugo Epiſcupus Vercellenſis, & poſtea Epiſcopus Novarienſis, qui fecit pulcram ſummam ſuper Decretalibus &c. In uno alio libro antiquo inveni, quod ſunt diſtinctiones Abbatis, & Petri de Saxonia. Diſputavit etiam plures queſtiooes, de quo etiam. Vide Jo: Andree &c.

II.

ACcurſius natiooe Tuſcus, Patria Florentinus J. U. D. eximius, & irrefragabilis per viam gloſſarum fecit (a) pulcrum apparatum ſup. tot. C., & L. lib. ff., & Auth. Vide de Scriptor. Eccleſiaſt. C. XCVII. gloſſavit tot. Jus Civile a Juſtiniano compoſit. &c. Item compoſuit alium apparatum ſup. lib. Authent. &c. Item tractat. de arbitr. &c. Et etiam compoſuit plures queſtiones, & diſputat., de quibus dicit Jo: Andr. &c. Iſte &c. vocatus fuit Accurſius &c. quia occurrit, & ſuccurrit contra tenebras Juris Civilis &c., habuitque Villam Riccardinam ſibi delectabilem pro ejus ſtudio, prout ipſe dicit in l. annua &c., que Villa eſt in Comitatu Booonie. Hic in XXXVIII. anno etatis ſue incepit ſtudere in legibus, ſecundum Modernos &c. Ita fecit predictus Accurſius, qui evaſit in tam excelſum virum, & Booonie ſtuduit ſub Domino Azone, prout ipſe in pleriſque locis &c. ipſum Azooem in Domioum ſuum allegat, & precipue in §. hujus ſtudii Inſt. de Juſt., & Jur. &c. Item Accurſius habuit duos filios maſculos, Franciſcum, & Zerbottum, ſec. Bald. &c. & unicam filiam, quam nuptui tradidit D. Guielmo de Accurſiis &c. Accurſius quadragenarius imperante Federico II. cepit Booo. legibus operam dare, adeoque profecit, ut Odofredum Preceptorem, tunc Doctorem longe ſuperaret. Poſtremo ſe ſe in ſolitudine

seci-

(a) *Accurſii Opera. In his multa a Pancirolo omiſſa.*

Google

recipiens, Juris libros gloſſematis annotavit, quibus.... utunt. poſt Cyprianum, antiquum ſane enarratorem. Erant Bononie due tunc ejus artis factiones, qui Bulgarum, & qui Martinum Goſiam, quos omnes ipſa ſcientie ſanta ad ſuam ſcaolam convertit. Primo advertendum &c., quod apparatum gloſſarum ſua lib. Initt. &c. puto eſſe majoris authoritatis aliis, quia magis digeſte edidit &c. II. advertendum, quod ipſe Accurſius habuit illuſtre ingenium ſecund. Bald. &c. Ideo fons Juris Civil. dictus eſt &c. De Accurſio inveni, quod dicere ſolebat, quod anteaquam fuiſſent gloſſe Accurſii, fuerunt XXX. gloſſatores ante eum &c. Item dicebat D. Barth. quod Accurſius gloſſator reprehendit ſepe in gloſis Ugolinum, quod ejus inimicus erat, imo quia ejus uxorem ſupponebat, ſcivit tantum tractare, quod fecit eum bandire de Bononia. Item in dictis reportatis inveni: Accurſius gloſſator eximius &c. Florentinus origine fuit &c. in Bononia diu legit, & ibi ſepultus in quodam ſepulcro alto in introitu Monaſterii Fratrum Minorum Chriſti Confeſſoris Franciſci, & fuit diſcipulus Azonis, & habuit duos filios Guielmum, & Zervottum. Guielmus fuit valens Doctor, & diſputavit multas queſtiones, ſed Zervottus fuit groſſus intellectu, & ideo videmus, quod gloſſe Cervine parum habent ſaporem. Hec omnia Bald. tract. famoſ. Doctor. &c. Floruit imperante Federico II., & tandem ex ſeculo Bononie (a) migravit anno gratie MCCLXXV. (b), vite vero LVIII anno. Fuit itaque cum dolore, lacrymis, & ejulatu totius Italie poſitus in eminenti Pyramide in Platea Frat. Min. &c. Fuit familiaris Franc. Petrarce &c. Floruit Accurſius anno Chriſti MCCXX., quo tempore gloſſavit lib. Authent. &c. Anno Domini MCCXXVII. &c. gloſſavit lib. Cod. Bononie, ut ipſe refert in l. in Cauſis de accuſat. &c. Tandem moritur Bononie, & ut ſupra ſepultus in Eccleſia S. Franciſci, ubi hodie corpus ejus juxta Portam Templi Divi Franciſci &c. una cum filio tumulatum inſpicitur, ubi ſunt infraſcripta verba in Pyramide: „Sepulcrum Accurſii gloſſatoris Le„gum, & Franciſci ejus filii.„ Quidam tunc temporis tale epitaphium compoſuit: „Hic „jacet Accurſius„ &c.

III.

Albericus de Roſato (c) Pergomenſis Auguſti, Pontificiſque Juris interpres, & ſi in ſtudiis legendo non floruit, tamen in Bergomo, ortus ſui Civitate, & aliis Ciſalpinis Gallie Civitatibus Advocatus clariſſimus ea in re habitus fuit, cujus eminentiſſimo, ac prope divino ingenio per maxime ampliſſima Civilium Legum Volumina ſunt illuſtrata; nam ſuper toto C. auream lecturam compoſuit &c., & etiam ſuper toto ff. Vet., & ff. Nov., & Infortiato Commentarios edidit excellentes, ſuper ſtatutis queſtiones utiles, & primus utile opus confecit &c. Dictionarium etiam in utroque Jure pulcherrimum edidit, & ſuorum ſcriptorum copia frequens eſt, quibus Lombardi, & Periti permaxime utuntur. Tradunt etiam, ſuper ſext. Decretal. libro, & Comediam divino quodam Volumine ſuper Dantem Poetam contropoſuiſſe, & quedam alia. Iſte fuit auditor, & diſcipulus Richardi Malumbr., ut ipſe refert in ſuo proem. ſuper ff. vet. in princ., & Roland. de laud., ut per ipſum in auth., qui ſemel C. de probat., & al. &c. Fuitque contemporaneus Barth., nam vidit Bart. commentarios, & precipue ſuper Infortiato, nam ipſum allegat in II. parte Statutor. in queſt. 157. &c., & in ſuo Dictionario in verbo repreſalie, facit mentionem, quod quidam Bart. de Saxofer. compoſuit pulchrum tractat. de repreſal. &c. Iſte Albericus fuit egregius Commentator, ſecund. Jo: Bapt. in tract. de mod. ſtud. in 12. col. &c. Floruit Pergami, & Mediolani anno Chriſti MCCCXXVIII. tempore Domini Jo: XXII. Summi Pontif. prout ipſe refert in ſuo Diction. in verbo decima, & in l. 1. in fine. Ubi etiam facit mentionem de D. Galeatio Vicecomite Duce Mediolani, & Marco fratre, pro quibus ipſe allegavit, quibus ſingulariſſimis Dominis defunctis.... Vicecomite Galeatii predicti filio ſucceſſit Luchinus Vicecomes cum Jo: ejus fratre Epiſcopo Novarenſe in regnum, & dominium Mediolani, Pergami, Brixie, Verone, Placentie, Laude, Cumarum, Novarie, & Novellarum, a quibus fuit miſſus Legatus, & Orator D. Albero. Avignonum ad Benedict. XII., ut ipſe refert in Auth. jubemus in II. Col. de Sacr. Eccleſ. Benedictus predictus Summus Pontifex ipſos Mediolani, aliarumque Urbium, quas poſſidebant, Vicarios Eccleſie nomine conſtituit anno Domini MCCCXLV., quos poſtea Vicarios confirmavit Clemens VI. Summ. Pont., & vide Alberic. in II. parte Statut. in III. q. in II. col. &c. Iſte Albericus degradatus fuit a Collegio Bergomenſi ob contraria Conſilia ſuper eodem puncto tradita. Quapropter in Cenobium Celeſtinorum extra Muros Bergomi ſcripſit, atque ibi egregios Commentarios ſcripſit in Jure Civili, que in eo loco religioſe ſervantur. Ejus quoque ſepulchrum in eo loco viſitatur; nam & ibi procul a negotiis publicis vitam finivit. Iſte Albericus habuit Patruum in utroque Jure peritum Dominum Albertum de Roſatis, de quo per ipſum Alberic. in ſuo opere Statut. &c., & in dicto opere allegat Dyn. alios etiam clariſſimos Doctores de Accurſiis patria Bononien. &c. *

IV.

Albertus Galeottus Parmenſis Legum Doctor eximius. Rogatus a Sociis compoſuit quamdam Summam de Queſtionibus ſuper

(a) *Error eſt in his numeris.*

(b) *Dominicus Bandini mortuum dicit Accurſium ann. MCCLXXVII. atat. ſua an. LXXV. Ita in Cod. Vaticano 2020.*

(c) *Bononia legit, ut ipſe teſtatur in l. Omnes populos ff. de Juſt., & Jure §. inde Piſas ad legendum profectus eſt, cum Studium Bononienſe interdictum fuiſſet a Benedicto XII. ibidem. Sed ea Commentatio in l. omnes populos, inſerta Commentariis Alberici, non ejus eſt, ſed Raynerii Forolivienſis. Qua igitur ante adnotata ſunt, ad Raynerium ipſum pertinent. M. S.*

per Jure Civili, & Canonico &c., in qua ſumma decidit Cauſidica, & inſtruit Advocatos, & inchoat a Procuraroribus, cui ſummule fecit additiones Rolandinus Bononienſis &c. Compoſuit etiam tract. de conſiliis habendis &c. Compoſuit etiam quaſdam reportationes ſuper Cod., & ipſas allegat Joan. Andr. in addit. ſpecul. in tit. de dilationibus &c. Floruit autem Mutine, & ibi per plures annos legit, prout patet in principio ſue Margarite, & Summe de queſtionibus, & etiam in ſtudio Padovano ibid. tit. de exception. &c. Ipſe tamen Albertus vidit ſcripta Odofredi, ut patet in ſua Margarita in rubr. de duobus reis &c. Dicit Jo: Andr. in addit. ſpecul. in proem. verbo Ceterum, quod Albertus Galeotti Parmenſis, cujus utile opus, licet Margarita vocetur, non tamen ab ipſo: ipſe enim vocavit Summulam queſtionum, & de ſcriptis Eccleſiaſticis c. 98.

V.

ALbertus Papienſis Legum Doctor his temporibus (a) floruit, & ea in diſciplina nonnulla compoſuit, quam maxime ſuper C., Digeſtoque toto lecturas acutiſſimas. Ipſumq. Specul. multoties allegat, & precipue in tit. de ceſſione action. §. 1., & adverte, quod Ubertus de Bobbio adaptavit ſcripta Alberti Papienſis, & ego habeo lecturam ſuper Cod. ipſius Alberti adaptatam per Ubertum predictum. Iſte floruit tempore Jacobi Balduini, ut habetur per Jo: Andr. in addit. ſpecul. tit. de ceſſ. actionis &c., & ibi dicit, quod Albertus pred. diſputavit U ······ & quod Jacobus Balduini tenebat contrarium; & ibi videas, & ſic anno Domini MCCXXVII. fuit.

V I.

ALdericus Legum Doctor excellentiſſimus, qui per viam Novellarum pulchra in Jure Civili compoſuit, que non inveniuntur; ipſum etiam Doctores antiqui valde commendant, & precipue Roffred. Beneventanus in ſuis libell. tit. de Actionibus &c. Hoſtienſ. in Summa. tit. de can. poſſ. §. & qualiter &c. Idemque Hoſtienſ. tit. de fide Inſtrum. &c. ubi allegat Albericum de Porta Ravennate, & Aldericum allegat Accurſ. in §. hoc conſiderantes &c. Cyn. dicit in l. ſi deceſſerit in 2. col. ff. qui ſatiſd. cogantur ſub n. 6., ubi dicit, quod Alber. de S. Nata fecit quamdam cavillationem pro ſuo Scholari &c. Jacob. de Ravano, Accurſ. &c. Floruit tempore .... Caroli.

V I I.

ANdreas de Barulo Legum Doctor excellentiſſimus ſcripſit utiliter ſuper ordinariis Juris Civilis, & ſuper tribus libris C. &c., quem allegat Alexand. in l. cum quid ff. ſi ... & Fely. &c. Iſte Andreas fuit Neapolitanus, ut in lectura ſua apparet, & floruit tempore Franciſci, & Cerbotl Accurſii, ut per ipſum Andr. habetur in l. profexio C. de Mun. Patri &c. ubi dicit ſe vidiſſe Cerbottum filium Accurſii petentem reſtitutionem in integrum &c. Andr. Sicul. &c.

V I I I.

AZo Vir Utriuſque Juris celeberrimus, atque inſignis, & in Jure Civili proculdubio Princeps conſultiſſimus, in Jure Civili, & primo Cod. Summas a Rogerio initiatas perfecit, ad plenum conſummavit, ut ipſe refert in proemiis ſuper tribus libris Cod., & etiam fecit minorem apparatum ſuper Pandect.; licet aliqui dicant, predictas Summas fuiſſe Jo: Boſſiani. Vide Odofred. in l. Legem C. de pact. Item compoſuit Summam mirabilem ſuper toto Cod. incipit = Cum poſt &c., & hoc fecit ad memoriam, & ſui nominis famam, ut Summe Rogerii in deſuetudinem mitterentur, prout idem Azo atteſtatur in dicto proem. ſuper 3. libris Cod., cui Summe fecit additiones Odofredus (b) Beneventanus, prout in aliquibus Summis incorporate habentur, de quibus dicam infra; fecit & additiones D. Ugolinus, prout vidi in aliquibus Summis. Item ſuper Inſtitut. pulchram Summam edidit, cujus principium: Quaſi modo geniti pueri &c. Item & ſuper ff. Vet. pulcrum apparat. compoſuit &c. fecit & Summam ſuper libro authenticorum, quam aliqui Jo: Boſſiani eſſe affirmant. Compoſuit etiam Brocarda &c., & dicit Bald. in c. filii de maior. obed., quod fuit Azo uberrimus fons Juris Civ. &c., quod habuit illuſtre ingenium, & Salye. dicit in L 2. c. de Sent. &c., quod qui neſciat equitare, teneat ſe ad Azonem, & alibi in ſtudiis univerſalibus. Padue autem a Doctoribus, & Scholaribus adoratur, unde dicit Proverbium antiquum = *Chi non ha Azzo, non vada in Palazzo* = & ut audio, non poteſt Doctorari, & eſſe de Collegio Patavino, qui non habet Azonem. De illo etiam dicit Odofred. Beneventanus in fine lecture ſive ſuper C., quod Azo habebat adeo animum in legendo, quod quando legebat, ſemper erat bone voluntatis, & ita dicit audiviſſe ab eo, & in diebus vacationis ſemper infirmabatur, & ita tempore vacationis mortuus fuit, & propter mortem ipſius fuit retardatum ſtudium uſque ad feſtum omnium Sanctorum, & dicit Odofredus, Cynus, & Albericus, quod Bononie tempore Azonis erant decem millia Scholarium, & quod ſemel propter multitudinem magnam, orta contentione inter Scholares Lombardos, & Tuſcos, Civitas illa fuit in magno periculo, & nemo non poterat coercere illos, & ut facilius coerceri poſſent in futurum de concordia tunc renuntiaverunt privilegio Judicum, de quibus in auth. habita C. ne filius pro Patre, & in Criminalibus ſe ſubmiſerunt juriſdictioni Poteſtatis &c. Iſte Azo fuit Condiſcipulus Jo: Boſſiani &c., & fuit preceptor Accurſii, Goffredi, & Odofredi Beneventani, & aliorum. Hic Azo ſecundum aliquos fuit Bononienſis, ſed certe credo, quod fuit Ultramontanus de Monte Peſſulano, & ut percipi poteſt ex dictis per ipſum in Proem. ſum. ſue ſuper tribus libris, ubi dicit, „ quod exiſtens apud Montem Peſſulanum, ſibi venit in animum

„ tyro-

(a) *Scilicet anno MCCXXVII.*

(b) *Lege Bononienſis.*

„ tyronibus legum, introductiones ad libros Juris Majoris componere, Institut. ſummas conficere, illaſque, Deo propitio, ſubtili, & moderno compendio compilavi. His autem peractis longe poſtea in patriam reverſus ſum, indeque poſt aliquos dies, ante duos, videlicet, menſes ab illis Bono: qui de Caſtello vocantur Brenio, diſcipulis Jura tradidi, alioſque Preceptores ad lumen invidie provocavi, Scholas eorum diſcipulis evacuavi, Juris arcana pandidi, legum contraria compeſcui, occulta potentiſſime reſecavi, & quod fuit mirabilius etiam rogatus, ut de legibus ſermonem facerem, rem non novam aggreſſus ſum, cunctiſque vocatis Scholaribus morem geſſi, mox tranſacto biennio, cum tripudio, & gaudio repatriavi, & vacare propoſui. Porro ſubito ex inopinato ſocii mei, & multi alii ſecuti ſunt me *de Bononia*, ut legerem multiplicatis ſermonibus rogaverunt, ac precibus, & conſanguineos meos, qui rogarent, adinvenerunt; rogatus annui, & legi, & divina favente gratia, ſatis honorabiles Scholas per quadriennium habui; exacto quadriennio iterum Domi apud Montem Peſſulanum redii, ibique mihi cordi fuit trium librorum Cod. titulos utiles, & ff., quos noſtre Summe prime non complectuntur, ſub ſummulis comprehendere, novaſque ſummas veteribus aggregare. „ Floruit Bononie, & in Monte Peſſulano, ut ſupra habetur. Anno Domini MCC., tempore Innocentii III., & aliorum Imperatorum &c., ut per Odoſred. in lectura &c. Floruit Azo tempore D. Ugolini (a) Epiſcopi Ferrarienſis antiqui, ut habetur per ſpeculum in tit. de reſtit. ſpol. §. nunc dicamus, verbo, porro, ubi dicit, quod Azo allegavit in cauſa, in qua ipſe D. Ugo erat Judex. Et de eo vide per Alexand. in conſ. 74. &c. Roffred. &c. Fuit alter Azo Bononienſis gener. Jo: Andrea, ut infra dicam, & iſto modo, quod aliqui credunt iſtum Azonem fuiſſe Bononienſem. Iſte Azo legit Bononie, & in Monte Peſſulano. Vide ipſ. in proem. ſumm. ſuper lib. authent. Adde, quod de iſto Azone inveni infraſcripta in quodam tractatu. Bald. de commemorat. famoſiſſimorum Doctorum in 2. col. quod Bart. Dominus ſuus dicebat, quod Azo fuit de principalioribus illuminatoribus juris, & ipſe Ugolinus gloſſator, & regulariter in Palatio diſcordabant, intantum, quod tandem inſtigante diabolo ſemel Azo Ugolinum, dum diſcederent de palatio Poteſtatis, interfecit, & illa de cauſa Azo decapitatus fuit (Azo diſcipulus Jovannis). Adde etiam, quod Azo ſepultus fuit Bononie extra Eccleſiam S. Protaſii, ubi eſt tale Epithaphium = Trinitati &c.

I X.

BAgarottus J. U. Doctor eruditiſſimus tempore ſupradictorum floruit, qui ſecundum Ju: Andream in addit. ſpecul. in proem. in ver. ceterum in addit. magna, poſt ſpeculatorem ibi compoſuit libellum &c. compoſuit & librum, cui cavillationum nomen impoſuit &c., & de Judicis recuſatione premittit. De iſto Jo: Andr. &c. Iſte floruit tempore Jacobi Balduini &c., & ſic Anno Domini MCCXXVII.

ODofredus Beneventanus (b) Civis Bononienſis, & de Odofredis celeberrimus Legum Commentator ſcripſit acutiſſimas lecturas, quam maxime ſuper Cod. &c. Item, & ſuper ff. Vet., & ſuper ordinar. Juris Civil. &c. ſuper uſibus Feudorum utiliſſ. ſummam &c. commentavit Capitula pacis Conſtantie &c. Compoſuit etiam plures tractatus, & precipue tract. de percuſſionibus &c. Item & de poſitionibus &c. de libellis formandis ſuper qualibet actione &c. Fecit etiam additiones Summe Azonis &c. Iſte fuit diſcipulus Jacobi Balduini, cujus tempore Odofredus erat Advocatus Bonon. prout ipſe refert in auth. dos data C. de donat. ante nupt. &c. Floruit Bononie tempore Jacobi Balduini, ut ſupra, & ſic tempore Gregorii Noni Summ. Pont., ut habetur ex dictis per ipſum in l. more, verbo modo ff. de juriſ. omn. Jud., & dicit Jo: Baptiſta Severin. in tract. de modo ſtud. in 9. Coll., quod floruit Anno Domini MCCXL. Et quia vivebat, etiam tempore Jo: Andree, & dicit colligi ex dictis per Jo: Andr. in addit. ſpecul. &c. Dicit tamen .... lib. 2. Hiſtoriarum quod Odofredus Bononienſis Legum commentator floruit Anno Domini MCCLVI., & anno Mundi MMMMMMCCCCCLIV., & ſic tempore Alexandr. IV., & dicit Jo: Andr. in addit. ſpecul. tit. de reſtit. in integr. §. ſi quis autem &c. quod Odofredus fuit tempore Franc. Accurſii, & cum eſſet quedam queſtio de facto ex una parte erat Advocatus prefatus Odofredus, ex altera Franciſcus Accurſius, & adde, quod tempore Odofredi mortuus fuit lucerna, & ſpeculum juris D. Azo, prout refert idem Odofred in fine lectionis ſue ſuper Cod. &c. Odofredus Bononienſis fuit origine, & nobilis homo, & ſepultus eſt in Eccleſia S. Franciſci extra portam ipſius Monaſterii in quodam Sepulchro alto, & fuit diſcipulus Accurſii. Ita dicit Bald. tract. de commemor. famoſ. Doctor. in 2. col. in fine.

X.

BAzianus clariſſimus Doctor, de quo multe gloſſe loquunt. in C. tua, de Cleric. egrot. &c., & Jo. Andr. in proem. Specul. in verbo, porro, in C. Si quis 19. 3. &c. Scripſit & ipſe ſuper prima Compil. Decretalium per modum Summe Apoſtillarum, vel lecture, ſecund. Jo: Andr. Vide omnino Abb. antiq. in C. Raynutius in fin. de Teſtam. ubi dicit, quod Bazianus regebat in Provincia, & vidit ſcripta Jacobi Bald. &c. Vide Cyn. &c., qui dicit, quod Magiſter Jovanes, Magiſter Bazianus ſcripſit Appatatum ſuum ſup. Cod. Credo, quod &c. ſit alius a predicto Baziano, tamen Jacobus floruit eodem tempore Federici II. Imperatoris, & Anno Chriſti MCCXX.

XI.

(a) *Equalis Ugolino, qui fuit Epiſcopus; non Rector Ugolinus vocat, qui potius Uguccio eſt dictus.*

(b) *Unde habet Odofredum Beneventanum fuiſſe? Alii in hunc errorem lapſi ſunt, Odofredum Bononienſem cum Roffredo Beneventano confundentes.*

X I.

BErnardus Compoſtellanus Archidiaconus, & Canoniſta ſupremus, trahens moram in Curia Romana, duas primas Compilationes Decretalium videns non eſſe perfectas, de Regiſtro Innocentii III. extraxit quaſdam Decretales, & fecit unam Compilationem Decretalium, que Romana Compilatio vocabat: &c., quam Compilationem predictam, ut ipſe in fine operis aſſerit, extraxit ex Regiſtro predicti Innocentii a principio ſui Pontificatus uſque ad decimum, de qua Compilatione vide Hoſtienſ. in Sum. ſua in VI. Col., & Jo: Andr. in proem. Decretal. in III. Col. &c., ubi dicunt, quod in dicta Compilatione erant quedam inſerta, que Romana Curia non approbavit, & quia non diu viguit dicta Compilatio, non habemus aliquem, qui illam gloſſaverit. Item Bernardus legerat duas primas Compilationes Decretalium, & apoſtillas dedit ſuper illis, ſecund. Jo: Andr. in verbo, porro, & in C. II. de appellat. &c. Floruit anno Chriſti MCCVIII. temporibus Henrici V. Imperatoris, & Innocentii III. Summi Pont., cujus erat familiaris; nam, ut ipſe Bernardus in fine ſue Compilationis Decretalium aſſerit, multa a dicto Innocentio accepiſſe &c. Item compoſuit Summam de Materia electionum, ſatis brevem, & utilem, quam per rubricas diviſit, in qua fecit proemium &c. incipiens: „ Quia quam plerique „ fecit & Concluſionem per verſus tales:

„ Hoc Bernardus opus fecit non ſine labore
„ Sed labor eſt facilis, quando ſuperatus amore.

Iſtum Magiſtrum Bernardum Decretorum Doctorem allegat Hoſtienſ. in Sum. tit. de ordin. ab Epiſc. &c.

X I I.

BErnardus Compoſtellanus, patria Parmenſis (a), vir divino fultus ingenio, Apparatum compoſuit ſuper Compilatione Decretalium, quam gloſſis ſuis, quibus nunc utimur, integritate, & diligentia Innoc. IV. ornavit, & explanavit, & primas gloſſas contexuit, atque peregit, & ſecund. Jo: Andr. in proem. Novell. in III. col. Fecit ipſe Apparatum ſuper Decretales ex Apparatibus ſcriptis, & reportationibus notatorum antiquarum Compilationum, videlicet Bernardi Papienſis, Jo: Galenſis..... antiqui, Bernardi Compoſtellani, Ruffini, Silveſtri, Riccardi, Rodorici, Petri Hiſpani, Bernardi, Damaſi, ... Jo: Teuthonici, Tancredi, Guielmi Naſo, Jacobi de Albaſco, aliquibus tamen per eum additis. Item poſtea dictus Bernardus fecit poſt Apparatum predictum gloſſarum, quaſdam additiones, & ſec. Jo: Andr., & Abb. in C., quod ſicut de elect. &c. Hoc, quod dicit Ugolin. adverte ibi &c., & dicit Jo: Andr. ſe habuiſſe a Magiſtro ſuo, quod illa fuit ultima additio, quam ipſe fecit ad gloſſas ſuas, unde veriſimile eſt, quod libri habentes illam additionem in contextu gloſſarum, habent alias additiones &c. Circa hoc adverte, quod Bernardus non poſuit nomen ſuum in dicto Apparatu gloſſarum (b). Rationem ponit Jo: Andr. in data VI. libr. in ult. queſt., & dixi ſupra in Capit. de Accurſio gloſſatore. Fertur etiam, quod Innocent. IV. voluit inſerere Apparatum ſuum ſuper Decretales, & mens ſua erat exornare ipſas gloſſis ſuis, & cum Bernardus predictus ipſius Capellanus petiiſſet licentiam, inſerere gloſſas ſuas Textui Decretalium, mutavit opinionem ſuam, & conceſſit ſibi licentiam de ſuo Apparatu facere unum Volumen, de quo dixi ſupra in Cap. de Innoc. IV. Item (c) ſcripſit de ſpeciali mandato ipſius Innocentii ſuper I. lib. Decretal. per viam lecture uſque ad tit. de renunciatione &c. Item recollegit Apparatum Decretal. compoſitum per Innocent. IV., & nomen illi impoſuit „ Margarita Compoſtellani &c. „ Item Bern. fuit Parmenſis, & Canonicus Bononienſis (d), & Innoc. IV. Capellanus, prout ipſe notat in C., quod ſicut in Ubi dividat. de elect. in fin., & Jo: Andr., & Doctores ibi, & notat idem Bernard. in proem. ſuo ſuper Decretalib. in princip. Iſtum Legis Canonice expoſitorem appellat Specul., Ubertin. &c. Dicit Bald. in conſil. 438. vol. 4. incipit: „ Ad evidentiam premittendum, quod fuit Summus „ gloſſator Decretalium, & cujus authoritas „ a Divo Thoma de Aquino mirifice com„ mendata allegat. „ De quo etiam vide Jo: Andr. in C. cum inter &c., ubi dicit, quod dum Compoſtellanus conquereretur coram Papa, qui in ſua Sententia reprobaverat certam conſuetudinem allegatam pro Comite Brittanie, quia de ea non fuerat actum, Reſpondit ei Papa, quod talia allegant. coram inferioribus, non coram ſe. Jo: Andr. Fely. &c. Iſte fuit Magiſter Speculatoris, ut ipſe refert in Specul. &c., & Jo: Andr. dicit, quod ipſe Bernardus fuit Curialis. Audivit etiam Tancredum, ut per Specul. de reſt. in int. &c. Floruit, ut dixi tempore Innoc. IV., & ſic anno Domini MCCXLVIII. Rome, & Bononie, & mortuus fuit Bononie, & ibi corpus ejus in Martini Eccleſia contumulatum eſt, cujus ſepulchro, hec carmina annotata ſunt: „ Quem clarum genuit „ &c. Jo: de Imol. in proem. Decretal. in II. col. Ubi ingredientibus dicit, quod Bernardus colligens ſcripta Doctorum aliorum antiquorum compilavit Apparatum, ſeu gloſſas, que textui Decretal. ſunt appoſite, quo ferme tempore plures ſcripſerunt, veluti Vincent. Goffr. Philip. Innoc. Hoſti. Pet. de Saxon. Abbas. Bern. Compoſtell., qui tamen ſcripſit ſuper certa parte lib. primi, ex quibus verbis pondera ſi iſte ultimus Bernardus ſit alius a primo (e), & Bald. in tract. famoſ. Doctor. in penult. col. dicit: „ Bernardus „ gloſſator Decretalium „ fuit Canonicus Eccleſie Cathedralis S. Petri de Bononia, & ibi ſepultus in ea Eccleſia.

XIII.

(a) *Bernard. Compoſtell. cum Bernard. Bottone Parmenſi confundit.*

(b) *Nomen ſuum non apponit Commentariis a ſe additis in Decretales.*

(c) *Hac pertinent ad Bernardum Compoſtellan.*

(d) *Canonicus Bononien., & Innoc. IV. Capellanus. Hic eſt Bernardus Bottonus.*

(e) *Hic tandem Bernard. Bottonum a Compoſtellano diſtinguit.*

X I I I.

BErnardus Dorna Doctor Legum ſingularis, & eximius per hoc tempus cum ſupraſcriptis (a) floruit hic, ſecund. Jo: And. in add. ſpec. verb. Ceterum &c. Fuit Provincialis, & Scholaris Azonis, & librum de libell. conceptione compoſuit &c. de Jure Canonico parum allegans. Vid. in lib. de Scriptor. Eccleſ. cap. 97.

X I V.

BErnardus Papienſis Prepoſitus irrefragabilis, & precipuus Doctor Canonum in Jure Canonico, compilationem Decretalium, admodum copioſiſſimam, & celeberrimam compoſuit, cujus principium eſt = Incipit Breviarium ..... Bernardi Papienſis Prepoſiti &c., de quo dicit Hoſt. in proem. Summe in VI. col., quod cum multe Decretales epiſtole extra corpus Decretorum vagarentur, Magiſter Bernardus Papienſis Prepoſitus primam compilationem compoſuit, que vocabatur prima, ad differentiam aliarum compilationum. Et ideo dicit Jo: Andr. in Proem. Decretalium in III. col. in Novel., & Jo: de Imol. in §. Sane, ubi dicit, quod Bern. Papienſ. Prepoſitus, poſtea Faventinus Epiſcopus, fecit primam compilationem Decretal. &c., & Jo: Andr. in proem. Specul. in verb. porro, in addit., que incipit = Papienſem = quod dictus Bernardus ſuper dicta compilatione, quam fecerat, & cui nomen ſuum inſcripſerat, fecit Summam, que incipit = Profectus diſcipuli &c. Fecit etiam ſuper dicta compilatione paucas gloſſellas, quas gloſſel. in dicta compilatione inſertas habeo, in fine etiam omnium compilationum habeo alias gloſſellas. Super dicta compilatione Bernard. incipit · Canonum Statuta &c., cujus nomen igooro; nec de nomine authoris, & Patrie aliquas conjecturas habere potui, tamen ſcripſiſſe concipio poſt Magiſtrum Ugonem, quem allegat in C. licet de penis &c. Iſte Bernardus fuit primus de Notatoribus antiquarum compilationum poſt Gratian.; & primo qui commentavit Decretales antiquas &c., & ut dixi poſtea effectus fuit Epiſcopus Faventinus. Floruit Rome, & Bononie anno Domini MCLXXX., temporibus Federici I. Imperatoris, & Alexandri III., & Lucii III. Summorum Pontificum, quorum Alexandri, & Lucii III. Decretales in dicta compilatione inſeruit, ut patet &c. in c. Adamus &c., & in aliis locis, ubi facit mentionem de Decretalibus Lucii III., cujus tempore floruit &c.

X V.

BUlgarinus de Bulgarinis patria Senenſis Juris Doctor facundiſſ., & eruditiſſ. per hoc ipſum tempus MCCCCLXXXX. poſtquam Piſis ordinarie legendo, diſputando, & ſcribendo maximo in pretio eſſet, Senis floruit, qui ſuper Ordinariis ſubtiliſſime ſcripſit, & repetiit rubr. C. qui admit., & rubr. ff. ſolut. matrim. Iſtum D. Bulgarinum excellentem J. U. D. appellat Petr. Cor. &c.

X V I.

BUlgarus natione Piſanus (b) Doctor Legum excellentiſſimus, & ipſe per viam gloſſarum in Jure Civili, & maxime ſuper Pandectis, & Cod. ſcripſit. Hic Bononie legens maximo fuit in pretio, & plures utiles queſtiones in Jure noſtro reliquit, ſecundum Alber. in l. hac conſultiſſ. C. qui Teſtam. fac. poſſ. Scripſit etiam ſuper lib. feudorum. Vide que ſupra ſcripſi in verbo Juſtinianus de interpretatione Greca. Credo, quod fuerit primus, qui in dicto libro ſcripſerit, de quo etiam vide Gloſſ. in §. de rerum diviſione &c. Vide de Bulgaro per Accurſium in dicto capite, in verbo, incluſerit, quod Bulgarus nolebat includere apes, dicens, in iis, & ſimilibus magis timeo ſcandalum, quam firmum judicium. Et in l. rem non novam C. de jud., ubi dicit Gloſſ. I., quod cum Bulgarus de nocte duxiſſet Uxorem, & mane inciperet dictam l. non novam, fuit deriſus a ſuis Scholaribus &c. Rotfred. Beneventan. in ſuis libellis in tit. de Advocatis &c. dicit, quod Bulgarus fuit interrogatus a Federico Imper., an Advocati jurare debebant juxta l. non novam, & vide Felyn. &c. Dicit Bart., quod Curia Bulgari eſt contrata quedam in Civit. Bononie, ubi ſtetit Bulgarus, & ad fugiendas contentiones tempore ipſius Bulgari fuerunt reducta quedam in ſcriptis, que fuerunt Bononie obtenta, & de conſuetudine approbata, que conſuetudines ſervantur per omnes partes Italie. Iſte Bulgarus fuit Preceptor Jo: Boſſiani, ut ibi dicam, & vid. Bart. & Alberic. in l. hac conſultiſſ. &c., ubi dicunt, quod Bulgarus antiquus Doctor fuit Piſanus. Floruit temporibus Martini Boſſiani, ut in l. bene a Zenone &c. anno Chriſti MCLXXX.

X V I I.

DYnus de Mugello patria Florentinus J. U. D. eruditiſſimus primum locum in Italia obtinens ſcripſit ſubtiliſſime ſuper ff. Vet. Infort. & ff. Nov. &c. Fecit etiam quaſdam additiones ſuper Infortiato &c. Item & ſuper ff. Nov. ſcripſit per modum additionum &c. Item compoſuit ſuper Inſtit. in tit. de actionibus pulcbra Commentaria &c. Item & tractatum preſcriptionum &c. Item & tractat. de primo, & ſecundo decreto &c. Item & tract. ſive ſummulam de ſucceſſionibus ab inteſtato, quam inſeruit Cyn. in Auth. itaque C. coram de ſucceſſ. Item & alium parvum tract. de ſucceſſion. ab inteſtato &c. licet ille tractatus intituletur Bart. de Saxoferrato &c. Fecit etiam pulchrum Commentum ſuper arbore Joannis &c. Recollegit etiam Gloſſas contrarias, & diſperſas in corpore Juris Civilis &c. Extant etiam ipſius elegantiſſima conſilia, ac etiam plurime diſputationes, & plurime repetitiones &c. Et publicato libro VI. Decretalium anno Domini MCCLXXXXVIII. per Bonifatium VIII. de mandato Bonifatii predicti compoſuit pulchrum Commentum ſuper tit. de reg. Juris in VI. &c. Floruit temporibus Francisci Accurſii, ut per Bart. in l. I. §. Suſpect. ad Turpil. &c., ubi dicit,

(a) *Nempe cum Guillielmo Naſo, & Alexandro.*

(b) *Omnino Bononienſis fuit Bulgarus.*

eit, quod dum loco Franciſci legebat Dyn., & cum reprobaſſet Gloſſam patris ſui, ipſe Franciſcus ſurrexit contra eum, & rixati ſunt ad invicem; & Bononie multo fuit in pretio. Floruit etiam Rome, ſecundum Alberic. de Roſat. in l. de quibus, in 47. col. ff. de legibus &c. Iſte fuit preceptor Cyn. de Piſtorio, ſecundum Cyn. in l. ſi res C. ſi res ali. prim. dat. fuer. &c., & preceptor Oldradi &c. Huic diſputando, ſeu terminando aliquam queſtionem adeſſe videbatur tota ſynodus legalis ſcientie &c. Bald. in conſ. 100. in 2. col. appellat Dynum excelſum Doctorem; ejus enim tanta fuit authoritas tempore ſuo, quod Verone ſtatutum fuit, quod Conſultor teneretur primo conſulere ſecundum Statutum, & conſuetudines Civitatis Verone, & eis deficientibus, ſecundum Jura Romana, & Gloſſas ordinarias Accurſii approbatas per ipſum, & quando ſibi invicem contradicant, tunc conſulatur ſecundum illam gloſſam, quam Dynus approbat &c. Jo: Andr. in addit. ſpecul. in tit. de ſucceſſion. ab inteſt. in princip. dicit, quod Dynus non fuit Canoniſta, & Canonum fuit inſcius. Tandem mortuus fuit. De iſto dicit Angel. in l. I. Cod. de adject. falſ. cauſ. legat. & ſequitur Andr. Sicul. &c. quod ſi Teſtator in teſtamento confiteatur, habuiſſe ab aliquo ex uſuraria pravitate, & ſe promiſiſſe aliquibus virginibus certam dotem, quod ex ipſa confeſſione non poterit invitus conveniri, ſi ad ſanitatem reducatur: & ita dicit conſuluiſſe Dyn., ſed refert Ang. ſe audiviſſe, quod quidam heremita dicebat, quod ſibi venerat in viſione, quod Dyn. erat damnatus ex illo conſilio, & ideo caveant ſecundum eum conſulentes, ne conſulant contra conſcientiam &c. Inveni in libraria S. Dominici de Bononia, quod Dyn. ſcripſit ſuper toto ff. Novo &c. Dynus de Moſcello, quem vulgares corrupte Mugellum dicunt, loco quidem ameniſſimo, ſcaturientibus fontibus infinitis, & alluvione fluminis Siene in Territorio Florentino, poſt Accurſium gloſſatorem, & ejus filium, claruit mirabili fama legum; cumque per plures annos ſummis cum titulis legiſſet Bononie, & Bonifacio Summo Pontif. cum maximis prerogativis ad Curiam tractus eſt, volebat enim Summus Pontifex in Jure Canonico addere unum librum, in quo ponerentur quecumque in Jure Canon. viderentur abeſſe, quod ſuffragante Dyno.... perfectum eſt, & appellatur ille liber VI. Decretalium: conceperat namque Bonifatius, & per evidentiſſima ſigna monſtraverat pro remuneratione laboris facere eum Cardinalem. Tandem prudentiſſimus ille Pontifex cum tum ſuo, tum aliorum conſilio perpendiſſet, quod ob dimiſſam lecturam mundus damna maxima pateretur, Dyno magna munera dedit, ei perſuadens redire Bononiam ad lecturam. Tunc Dynus, perdita ſpe dignitatis concepte, idque ſibi ad injuriam reputans, maximo cordis merore perculſus, poſt paucos dies in itinere calcatus, dum nocte ſiti maxima laboraret, a lecto hoſpitis ſurgens caput in ſitulam miſit, ut ſitim levaret, & inſerto capite in ſitulam ſpiritum emiſit &c.

Dynus de anno MCCLIX. (a) IV. Februarii diſputavit queſtionem incipit = Cavet. in quodam Statuto Civitatis Lucane &c. Raphael Volateran. in lib. XXI. ſuorum Urbano pred. ſcribit de Dyno infraſcripta: Dynus, qui cum plures annos Bononie docuiſſet, vocatus a Bonifacio VIII., componendo ſexto Decretalium libro precipuam impendit operam, deinde muneribus quibuſdam donatus Bononiam redibat meſtus animo, quod ſpe honoris maximi, ac Cardinalatus, qua venerat, fruſtratum ſe vidiſſet, in itinere ſubitum incidit in morbum, quo periit. Dynus fuit etiam preceptor Andree de Piſis.

XVIII.

EGidius de Foſcarariis Decretorum Doctor (b), & Civis Bononienſis compoſuit pulchram Summam, qualiter cauſa tam Civilis, quam Spiritualis, ac etiam Criminalis tractari, ac finiri debeat, & poſuit formam libellorum &c., de quo vide Jo: Andr. in Addit. ſpecul. in procem. in verb. Ceterum in Addit. magna circa medium. Scripſit etiam ſup. Decretalibus &c Iſte Egidius fuit Doctor ſui temporis ſine comparatione major, & multum juvit Specul. Jo: Andr. &c. Floruit tempore Innocentii IV., ut habes per Jo: Andr., & etiam anno Domini MCCLX. indictione III., ut ipſe Egidius refert in ſua Summa, & opere in Conſtitutione Procuratoris &c. Iſte Egidius mortuus eſt Bononie, & ſepultus extra Eccleſiam S. Dominici in Campo, ubi eſt tale Epithaphium = MCC LXXXIX. = Indictione II. die IX. Januarii = De Fuſcarariis &c. = Fuit & alter Egidius Bononienſis Judex, qui ſepultus eſt Bonon. in Eccleſia S. Michaelis in Buſco, ubi eſt tale Epithaphium = In Chriſti nomine. Amen. = Hoc eſt Sepulchrum D. Egidii Judicis, qui deceſſit anno MCCC.

XIX.

FRanciſcus Accurſii (c) Florentinus J. U. D. excellentiſſimus ſcripſit ſuper ordinariis, quarum copia rara eſt, & inter cetera nonnullas gloſſulas, ſeu additiones paternis gloſſis addidit, extant etiam & ipſius pulchra conſilia, & ſuper ff. Nov. per viam figurationis caſus pulchra Comment. &c. Iſte Franciſcus, ut ipſe ſcripſit in ſuis comment., fuit contra Juriſconſultos Bononienſes, avidiſſimos diſperdere famam Accurſii ſui patris, acerrimus, verus, & pius defenſor gloſſarum Patris: & dicit Collucius Flurentinus in ſuo Opere de nobilitate Legum, & Medicine c. 9. in fin. = quod claruit Urbs noſtra Flurentina Legum Civilium Gloſſatore, quam ſumma fame gloria celebrat, cujus nomen Accurſius, cui ſucceſſit Franciſcus,

(a) *Anno MCCLIX. diſputavit; ſed legendum videtur ann. MCCLXXIX., ut temporis ratio conſtet. Dynus enim an. MCCLXXVIII. adhuc erat Bononie inter Scholares, ut conſtat ex quodam ejus Contractu in Memorial. Com. Bon. ejus anni.*

(b) *Pancirolus vix nomen recitat. Ejus librum de Judiciis, quem Pancirolus deperditum putat, vidit Cangius mſ. in Biblioth. Sangermanenſi inſcriptum de Ordine Judiciario in Foro Eccleſiaſtico. Vidit alibi Oudinus. Vide Fabritium in Bibliotheca.*

(c) *Que hic de Franc. Accurſio Diplovat. refert, Pancirolus omnia fere ignoravit, qui & alterum Franciſcum Accurſium inducit, gratis confictum.*

ſtus, quem ſicut carne genuit, ſic ſuorum laborum defenſorem, & pugilem dereliquit. Vide Angel. in l. Jubet. &c. Floruit tempore Jacobi de Arena, ut per Bart. l. I. C. de ſent. &c., & Cyn. ibi; & ibi habetur, quod Franc. pred. erat Advocatus in Studio Tholoſano Pro legato, & repetiit legem illam, & Jacobus de Arena ſurrexit, & arguit contra ipſum in forma diſcipuli, & dicit ibi Alberic. in 8. col. poſt Cyn., quod tunc temporis Franciſcus ivit ad regem Anglie, & legit ultra montes legem illam. Floruit etiam tempore Odofredi, ut per Jo: Andr. in addit. ſpecul. tit. de reſtit. in integr. &c. Nota, uti in una cauſa erat Advocatus Odofredus, & pro alia Franciſcus predictus, & etiam tempore Martini de Fano &c., & Dyni, & aliorum anno Domini MCCLX. De iſto vide etiam Dant. Aldiger. in ſua cant. I. inferni 1. lib. c. 15. circa fin. Mortuus eſt Bonon., eſtque ſepultus juxta portam Templi S. Franciſci ſepulchro eminenti, & marmoreo una cum Patre Accurſio, ubi etiam in Pyramide ſunt infraſcripta verba = Sepulchrum Accurſii Gloſſatoris I. L. Franciſci ejus filii = Habuit iſte Franciſcus fratrem nomine Cervotum, qui & ipſe fuit filius Accurſii, & nonnullas gloſſas, ſeu additiones paternis Gloſſis addidit, inter quas Gloſſ. in l. I. C. de eden. &c. Compoſuit etiam & alia plura in Jure, & precipue Conſilia. Iſte Cerbottus erat minor quando fuit Doctoratus ſecundum Bald. in l. I. §. interdum ff. de legit. Tutor., ubi dicit Bald., quod Accurſius habens duos filios, unum Cervottum minorem, & alium Franciſcum majorem, voluit ambos Doctorare. Objiciebatur contra Cerbottum, quod non poterat, quia minor. Bald. arguit, & tenet, quod poterat Doctorari. Idem dicit Nic. de Neapoli &c. Jacob. de Ravann &c. Franciſcus, eximii Legum Gloſſatoris Accurſii filius, fuit origine Florentinus; hic, poſt mortem Patris, laborioſe, ſed cum gloria, Bononie Jura docuit, & aſdictionibus innumeris impeditus a Bononienſibus Doctoribus livoris inſania, paternas Gloſſas conantibus abolere, eo quidem tempore Odofredus ex nobili familia Bononienſi natus, multaq. peritia preditus cum Accurſii Gloſſas tollere nitebatur; ſed Franciſcus paterne glorie propugnator publicis diſputationibus ſepe confundebat: quapropter non minus laudis conſecutus eſt in defendendis paternis Gloſſis, quam Pater in componendis. Hunc tante virtutis Virum denigrant emuli dicentes, contra naturam, Venerem turpiſſimam coluiſſe, de quo Dantes facit mentionem. Franciſcus tandem moritur Bonon. an. gratie MCCXCVIII. anno quidem vite ſue LXVIII., & cum Patre in eodem ſepulchro ſepultus eſt in platea Fr. Minorum Bononie. Bart. in l. I. §. Suſpecti ff. ad S. C. Turpil. & al. &c.

X X.

GRatianus Monachus S. Benedicti, Doctor inſignis, natione Etruſcus, Patria Cluſinus, inter cetera ſue lucubrationis opera, Decretorum libr. accuratiſſime collegit, cujus principium eſt: Humanum genus duobus regitur &c. Compilavit hoc de quodam magno volumine Decretorum, in quo erant omnia Concilia, & Canones Apoſtolorum, de quo habentur XIX. diſtinct. Item, ex volumine decretorum Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi, & Broccardi Guarmacienſis Epiſcopi, & Fulgentii, & Ivonis Carnotenſis Epiſcopi, & Ugonis Carchalanenſis Epiſcopi. Poſuit etiam alios Canones, & Conſultationes Romanorum Pontificum, & viginti Canones Apoſtolorum, authoritateſque Sanctorum Patrum, que hodie Canonum obtinent vim: C. I. XX. diſtinct. Legum, & Imperatorum, Juris Conſultorum, de voluminibus Digeſtorum, C. Inſtitutionum, Authent., Novellarum Juſtiniani. Quod opus diviſit in III. partes: In tractatum de miniſteriis Eccleſiaſticis, quod centum & una diſtinctione comprehenditur; & tractatum de negot. Eccleſiaſticis, tum Clericorum, tum Laicorum, pura de Matrimonio, qui tractatus XXXV. cauſis determinatur; & tractatum de Sacramentis Eccleſie, qui quinque diſtinct. conſumatur &c.

Primo advertendum, quod, licet Gratianus non poſuit nomen ſuum in libro Decretorum; tamen conſtat, quod opus eſt ſuum. Probatur in Gloſſ. I. Decretorum, & in multis aliis locis, ubi Gloſſ. enumerat Gratianum, & patet XX. diſtinct. c. I. in verbo, Claves &c., & dicit Jovannes de Curte Card. S. Sixti in proem. Decretor. in LXXIX., quod eſt teſtimonium omnium Doctorum Juris Canonici, quod libri Decretorum Auctor. fuit Magiſter Gratianus, & ideo ipſe non poſuit nomen ſuum, quia ſtylus ipſius ita eſt notus, quia ſine inſcriptione conſtat de Auctore &c. = Eſt advertendum II. quod Gratianus in lib. Decretorum non poſuit, niſi unicam rubricam, videlicet = Incipit concordantia diſcordantium Canonum = & Capitula, que eorum habentur, computatis ſummis CDI., & dictam ſolam Rubricam ad omnia, que in dicto libro continentur, ſufficere ei viſum fuit &c. Alie ergo rubrice, prima excepta, non ſunt Gratiani, quia aliquando impugnantur, ut in c. Cave 3. 9., ubi Gloſſ. impugnat rubr., & in c. abſit L. diſtinct. &c., & ideo dicte rubrice, que ſunt in predicto lib. Decretor., prima excepta, non habent vim legis, ſecundum Specul., & Jo: Andr. in tit. de diſpenſation. §. fin. Tertio advertendum, quod pred. liber Decreti non reperitur approbatus. Jo: Andr. Butr. Imol. &c. Contrarium tamen firmavit Dom. Abb. in c. I. de reſcript., & ibi Andr. Sicul. &c. propter longam operis obſervantiam, & quia dictus liber a multis annis citra fuit publice lectus in Scholis, & ipſius dicta ſunt hodie tacite approbata, & per conſequens ab omnibus recipienda &c. Et idem firmat Jo: Andr. in cap. ex parte in fine de ſeud. ubi videt. firmare, quod Volumen Decretorum ſit approbatum, non tamen dicta Gratiani, & ita videntur ſentire Doctores &c. Stat ergo concluſio, volumen decretorum Gratiani fuiſſe, & eſſe approbatum, non tamen dicta Gratiani. Vide Fed. de Senis &c. Magiſter Ugo Doctor antiquiſſimus, & Epiſc. Ferrarienſis in c. de Siracuſin. in fin. XXVIII. diſt., ubi dicit = Quod Gratianus aliquando determinabat ſecundum ſuum peſſimum Judicium. Vide Archi. in c. deffinitiva in verbo de

poſſeſ. 1. 67. &c. Item habetur maxime in Chronicis modernis, quod opus Gratiani Decretorum Eugenius Summus Pontifex approbavit, quarum authoritati in Jure noſtro credendum eſt, ut vult Gloſſ. . . . approbata in c. Venerabilem de elect. &c. Quarto advertendum, quod illa verba in rubricis Decretorum, Palea . . . non fuerunt Gratiani, ſecundum Specul. &c. quia ſecundum eum alius fuit conditor Decretorum, & alius earum, ut dicit ibi Jo: Andr. in addit. Forſan id intendit, quod aliqui aſſerunt, ſcil. Paleas, & Rubr. illius Voluminis non per Gratianum, ſed per quemdam ejus diſcipulum additas fuiſſe &c. Quinto advertendum, quod iſte Gratianus, qui compoſuit Decretum, fuit Monachus S. Benedicti, & Monaſterii S. Felicis de Bononia, ſecundum Laurent. de Bonon. in Proem. Decretor., & idem dicit Abb. in princip. ibi = Licet aliter non probetur, & exiſtens Gratianus Bononie in dicto Monaſterio nigrorum Monachorum S. Felicis, Divinum opus predictum compoſuit, dum Monachus ibidem foret mancipatus. Adſunt adhuc veſtigia rerum hujuſmodi cauſam reſtantia, & eſt locus Cellule, & lapis inſignis poſtmodum ab Abbate quodam Bartholomeo inſtauratus, in quo quedam de eo carmina heroica comprehenſa ſic notantur = Hanc Aule partem lector reverenter adito &c.

Hic Gratianus fuit ſupremus Juris Antiſtes, ſecundum Andr. ſic. in rubr. extr. de Teſtam. in princ.; & habuit duos fratres (a), & carne, & virtute, Petrum Lombardum videlicet Epiſcopum Pariſienſem, qui inter doctos non ſolum ſue etatis, ſed & priorum ſeculorum litteris ornatiſſimus, & bonitate vite, atque ingenii acumine clariſſimus, & celeberrimus fuit, de quo meminit Innoc. in c. 2. in princ. de ſumm. Trinit. &c. Item & Petrum cognomento Comeſtorem. Fely. in c. ex parte in 22. col. Petrum Lombardum mag. Sententiar. appellat fratr. Gratiani. Archiep. Flor. in III. parte hiſ. ſue n. XVIII. c. VI. Alexand. in proem. decret. dicit, Socinum etiam dicere, ipſos fuiſſe fratres carne; nam Petrus Lombardus fuit tempore Alexandri III., & Federici I., & Gratianus fuit tempore Eugenii III., & dicit eſſe fabuloſum. Idem tenet frater Jacobus in ſuis Chronicis in c. de Eugenio III. Summo Pont. dicens, predictos fuiſſe fratres non carne, ſed virtute, & dicit, quod Petrus Lombardus fuit ex Novaria, Ciſalpine Urbe, oriundus, & Gratianus fuit Patria Etruſcus, immo fuit Cluſinus, ut refert Commentator ſuper Dantem lib. 3. c. 10., & fuit factus Epiſcopus Cluſinus, ut dicitur in dicto ſupplemento Chronicarum breviter. Rationes Domini Archiep. non ſunt vere, quia Gratianus, Petrus Lombardus, & Petrus Comeſtor fuerunt eodem tempore, & Alexander Pontif. ſucceſſit per VIII. annos poſt Eugenium, & ſimiliter poteſt eſſe, quod Gratianus fuiſſet oriundus Clauſinus, & frater fuiſſet ex Novaria, quia, ut fertur, fuerunt fratres ex eadem matre diverſis Patribus: quidam affirmant, fuiſſe tres germanos ex adulterio natos, quorum mater cum dolere non poſſet injunctum ſibi fuit = De hoc tantum doles, quod non potes dolere: quare cogita = R. Volateranus lib. XXII. Urban. predior. = Gratian. Monachus S. Proculi natione Tuſcus Doctor Bononienſis, auctor Decreti, qui ſpurius fuiſſe fertur, floruit tempore Federici Imperat., & Lucii III Summi Pont. anno Chr. MCLXXXII., & Decretum fuit compoſitum in Bononia per Gratianum, qui monachus de Monaſterio S. Stephani ipſius Civit. Ordinis S. Benedicti fuit de Cluſa Civit. Tuſcie natus, & ita Bald. in ſuo tract. famoſiſſ. Doctor. . . . . . . de Arena in libro de claris Viris = Gratianus Monachus in Cluſio Civit. Tuſcie floruit circa annos Domini MCXLVIII., & alibi legi MCLXV. = Sed quia uterque Scriptor potuit dicere veritatem, tranſeo ad ſpeculum geſtorum Mundi, ubi agens de Imperatoribus dicit: quod floruit temporibus dicti Henrici II., ſedente in Apoſtolica Sede Joan. X., quibus temporibus dicitur eum compilaſſe Decretum, & fuiſſe tantam famem, tantamque epidimiam per univerſum Orbem, quod tedio ſepelientium adhuc ſpiritus trahentes frequenter cum mortuis comburerentur; in hoc tanto fremitu, gens Pannonia, quam Ungarorum dicimus, cum ſerviret Idolatrie, ad Chriſti fidem converſa eſt. Hoc tempore floruit Petrus dictus Lombardus, Patria Novarienſis, Epiſcopus Pariſienſis, qui Scholas Pariſinas multis annis doctrina Theologie decoravit, & Magiſter hiſtoriarum Scholaſticorum. & Richardus de S. Victore, & liber Damaſceni fuit translatus in latinum, & hoc anno Domini MCLXV. tempore Federici I. = Floruit Gratianus anno Chriſti MCCIV., ſecundum aliquos &c. Alii ſcribunt fuiſſe anno Domini MCV., ut ipſemet Gratianus refert in §. forma II. IX. VI., & in §. poſt appellationem, tamen melius dicendum eſt . . . . in dicto §. Forma &c., quod liber Gratiani fuit compoſitus anno Chriſti MCLX. docente Jacobo Bononien. in Legibus, & Alexandro in Theologia, qui fuit poſtea Alexand. III., & hoc tempore Corradi, & Summi Pontif. Eugenii III., a quo quidem Eugenio, ut fertur, fuit approbatum. Ad text. autem in dicto §. Forma, qui facit mentionem de anno MCV. poteſt reſponderi, ut dicit Gloſſ. ibi, quod littera eſt falſa, ſed non eſt bene dictum; poteſt tamen dici, quod ille §. eſt Text. de aliquo Volumine Decretor., & forte D. Ugolini Epiſcopi Cathalanenſis, quod tamen non affirmo; vel poteſt dici, quod tempore, quo Gratianus compoſuerat Decretum a principio uſque ad illum §. Forma, fuit de anno MCV., ut ibi probatur, ſed ipſum poſtea Decretum tractu temporis completum, publicatum fuit in lucem, & in notitiam hominum devenit de anno MCLXV., ut in illa Gloſſa &c.

XXI.

GUlielmus de Accurſiis Patria Bononienſis (b) J. U. D. eximius & preclarus plura in Jure Civili compoſuit, & inter alia extant ipſius plures diſputationes, de quo per Jo:

(a) *Fabula.*

(b) *Fallitur Albericus ſi hoc dicit. Notiſſima enim res eſt, Guillielmum non generum Accurſii, ſed filium.*

Jo: Andr. in addi. Speculat. in tit. de injur. &c. Iſte ſuit gener Accurſii Florentini gloſſatoris ſecund. Alberic. de Roſ. in ſuo Op. Stat. ult. part. q. LIX. &c. Floruit anno Domini MCCLXXIV.

XXII.

Guielmus Duranti, dictus Speculator, J. U. Doctor, & divini ingenii vir, natione Provincialis. Compoſuit pulchrum Opus in Jure, quod Speculum appellavit, a quo cognomen accepit Speculatoris &c. Vide pulchra bona per Jo: Andr. in addi. in tit. de offic. omn. Judic. &c., & ponit notabilem utilitatem operis, & maxime cum omnes Juriſperiti, ſi eis vel novum, vel dubium quid occurrerit, hic habent refugium ſecundum materiam perquirendo quod appetunt &c. Et dicit Albert. de Gandino in ſuo Opere malefic. in Rubr. 7. in penult. col., quod opus Speculatoris D. Guielmi Durantis multum pro authentico habetur: & dicit Bald. in addi. Specul. de reſcript. &c. Et adverte, quod Speculator poſt primam publicationem Operis fecit additiones ad Specul. Vide Jo: Andr. in addit. Specul., & in tit. de offic. omn. Judic. Fecit & Repertorium, quod aureum vocavit &c. Secundo adverte, quod Speculator erat ejus etatis annorum XXXIV., quando compoſuit pred. Opus, prout ipſe refert in tit. de appellat., ubi refert, quod Rome fuit ſibi commiſſa cauſa, in qua nondum erat lis conteſtata, & erat incboata ante nativitatem ſuam, cum tunc eſſet annor. XXXIV. In quo pondera &c., quod ipſe Speculator tam brevi tempore etatis ſue jam evaſerat in tam magnum virum &c. Item ſcripſit ſuper VI. lib. Gregorii X., quem habeo. Item compoſuit ſuper Decretalibus pulchra Commentaria, quas Decretales legebat Mutine, prout ipſe refert in tit. de Minor. Edidit & aliud Volumen quaſi divinum, quod Rationale divinorum officiorum appellavit &c. Compoſuit etiam librum Pontificalem, quo utuntur Antiſtites, de quo dicit D. Auguſtinus de Piccolominibus Epiſcopus Pienſis in Proem. ſui Pontifical. in 2. col. = Detinuit me Guil. Duran. Epiſcopi Mimatenſis authoritas, qui Pontificalem librum &c., & pleraque alia diſertiſſime ſcripſit. Iſte Speculator &c. appellat ſe Magiſtrum Guielmum Duranti Canonicum Beluacenſem, & Narbonenſem, D. Pape Capellanum, & Subdiaconum, & Palatii ejuſdem Auditorem generalem. Idem dicit in tit. de reſcript., ubi plus dicit ſe fuiſſe Decanum Carnotenſem, & Decretor. Doctorem; & ibi vide Jo: Andr., & ſe Judicem, & Auditorem appellat &c. Dicit ſe fuiſſe Auditorem generalem Palatii D. Pape, & ſe geſſiſſe temporaliter, & ſpecialiter in Patrimonio B. Petri, & ediddiſſe pulcherrima Statuta Civilia, & Eccleſiaſt. In tit. de reſcript. &c. dicit ſe fuiſſe Regentem in partibus Romandiole, & Bononie; & in tit. de offic. ordi. in §. I. dicit, quod poſt obitum Clemenus IV..... diſputaſſe, & ibi de Auditoribus Palatii Apoſtolici, ſive ordinarii ſepe coram ipſo.... fuit diſputata; & in tit. de legat. dicit, quod Conſtitutio Gregorii X. de elect. .... fuit edita in Concilio Ludunenſi, ipſo procurante; & in tit. de appellat. dicit, quod fuit expertus in Curia Francie &c. Iſte Speculator Caſtrum Riparum in Maſſa Trebaria ab Urbinatibus diruptum, cum eſſet in montibus, in planum juxta Metaurum reedificari fecit, & a ſuo nomine terram Durantis appellari, & primum lapidem impoſuit, de qua dicit Blondus Flavius Forlivienſis in V. lib. Ital. Illuſtrate. „ In quinta Regione Piceni, ſive „ Marchie Anconitane, quod interius ad Metaurum ſuperiora progredientes planitiem „ inveniunt ſpecioſiſſimam, in qua primum „ eſt Oppidum a Metauro Peninſulam circumdatum, quod Guielm. Durant. Carnotenſis Decanus &c. a fundamentis edificavit, „ & a ſuo nomine Caſtrum Durantis appellavit. „ Hec Blond., ubi ſupra extant in preſentiarum verſus in Palatio Terre Durantis, ubi reſidet Poteſtas, in quo ſuptus inſignia, & arma dicti D. Guiell. extant infraſcripti verſus: „ Fulget in his armis &c.

Iſte Guielmus fuit natione Provincialis, ut colligit. ex dictis per ipſum in Specul. in tit. de Feudis; ſecundumq; Jo: Andr. in addi. Spec. de Advocatis &c., & fuit Auditor Bern. Compoſtellani, ut ipſe refert in tit. de inquiſitionibus &c. Item & Dni Hoſtienſ., quem ſepe numero Dominum ſuum appellat, ut in proem. Specul. in tit. de reſt. in integr. &c. Fuit Auditor Generalis cauſarum dicti D. Hoſtienſis Apoſtolice Sedis Legati &c. Legit Bononio Jura Canonica, & Civitatem ipſam totam illuſtrem fecit, & ibi ipſe fuit Doctoratus &c. Legit etiam Mutine in Decretis, ut ipſe refert in tit. de Tutore &c. Iſte Speculator fuit mirabilis vir, & in parvo tempore effectus eſt excellens, ſecundum Paul. de Caſtro in l. properandum in princ. in pr. col. C. de Jud. & D. Abbas &c. Et fuit Epiſcopus Mimatenſis, ut ipſe refert in ſuo opere Rationalis divinor. officior. &c. Floruit autem anno Domini MCCLXXI. Indictione XIV. tempore Pontificat. D. Clementis Pape IV., & anno IV., ut colligitur per ipſum in tit. de Inſtruct. edict. &c., & in tit. de libelli concept. &c. Bart. in l. qui bona &c. dicit, quod fuit valde bonus Juriſta &c., & ſanctus homo, & prophetico ſpiritu predixit, hoſtes Eccleſie tamquam fumus perituros, & anno Domini MCCLXXII. Indict. XV. prout ipſo refert in tit.&c. Vide Specul. in ſuo opere Rationalis divin. offic. ult. lib. II. part. in Rubrica de Epacta, ubi currebant anni Domini MCCLXXIII. quando compoſuit dictum Opus &c. Iſte, ut fertur, fuit Frater Ord. Predicatorum, & Rome moritur, & ibi ſepultus in Minerva in quadam ejuſdem Eccleſie Capella, ubi eſt tale Epitaphium: „ Hic jacet egregius Doctor &c.

Et quamvis in his verſibus appareat, quod Speculator fuerit tempore Bonifacii VIII., tamen ipſe Speculator non vidit ſextum lib. Decretal. compilatum per Bonifacium, quia ſecundum Jo: Andr. in addi. &c. poſt Compilationem Speculi factam per Guiel. ſecuta eſt Compilatio Sexti, cujus Compilat. non vidit author; & licet Guiel. fuerit Gallicus, & Provincialis, tamen ingenium ipſius in Italia fuit enutritum, qui non idcirco minus gratie apud nos, quod extra Italiam natus fuerit, ſed plus, quod conſcie etatis factus in Italia

vive-

vivere, Oppidum ſui cognominis in Italía relinquere, ac in Italia mori (a), ac mortuus in loco Italie florentiſſimo, Urbe Roma, jacere elegit, & voluit. Tempeſtate predicti Speculatoris floruerunt ſecundum aliquos infraſcripti Doctores, tamen ego clare non habeo tos., videlicet: D. Obertus de Cremona Legum Doctor excellentiſſimus, qui Doctores Legum ſui temporis ſuperavit, & in Jure plura Commentaria edidit, & precipue ſuper ff. Nov. Floruit Peruſie, ut dicit Jo: Bapt. Sever. in tract. de Mod. Stud. &c. Item & Petrus de Unzola &c., qui pulchrum Commentum ſuper Arte Notarie, & Summam Rolandini Paſſagerii compoſuit, & ſuper Judicis &c. Item & Franciſcus Vercellenſis Doctor U. J. eximius, qui & Ipſe ſuper Decretalibus &c. ſcripſit. Item & Garſias Hiſpanus, qui & ipſe luculentiſſimus Canonum explanator temporibus ſupradictorum floruit anno MCCLXXXIV., qui ſuper Decretal. pulchrum Opus, & alia plura compoſuit &c. Jo: Andr. in addi. &c., ubi dicit, Garſiam, & Jo: de Monte Murlo Bononienſem diſputaſſe queſtionem. Bald. tract. de famoſ. Doctor. in utroque Jure circa finem: „ Speculator fuit oriundus de Provintia, & in „ Compilatione ejus Operis inveni. duodecim de Valentioribus Doctorib. mundi. „ Nicoſie in Cypro extat Epitaphium infraſcriptum: Hic jacet Reverendus in Chriſto Pater Dominus Guielmus Duranti „ &c.

XXIII.

GUielmus Naſo preclariſs. Canonum Doctor maximo in pretio habetur, qui inter cetera ſue virtutis, & ingenii opera multas Reportationes ſuper antiquas Compilationes .... compoſuitque abundanter tempore antiquo, de quo meminit Gloſſ. in Decretal. in C. ad nec quoniam de appellatione, & Specul. in tit. de Judic. deleg. &c. Hoſtienſ. in Summa de poſt. Prelat. &c. Jo: Andr. in proem. Specul. &c., ubi dicit, quod Reportationes ipſius multe habent. &c. Iſte Guielmus Naſo fuit diſcipulus Alani ſecundum Speculat. de reſt. in int., & al. Floruit tempore Accurſii, & Jo: Teuthonici anno Chriſti MCCXXVII.

XXIV.

GUielmus Panzonus hoc tempore floruit, ſecundum aliquos, Doctor Legum excellentiſs., qui ſuper libro Authenticor. copioſe, & ſubtiliter ſcripſit &c. Fertur etiam ipſum ſcripſiſſe ſuper libro Inſtitutionum; eſt Doctor valde teſtualis, & antiquus.

XXV.

HEnricus de Bulla (b) Patria Bononienſis, ſummus Legiſta, atque Orator in Jure Civili, pulchra per modum Gloſſàrum compoſuit, cujus Gloſſe inveniuntur ſignate per Irnerium, ſecundum Roffredum Beneventanum in ſuis libellis lib. XVIII. in tit. de Senat. Conſult. Vellejan. Hic fuit vir Nobilis, & Potens in Civitate Bononie, ubi regebat Cathedram Magiſtralem, quo tempore Placentinus & ipſe legebat Bononie, & dixit quedam verba contra opinionem dicti Domini Henrici, qua de cauſa apſàlivit ipſum Placentinum D. Henricus de nocte, & ſic timore illius, Placentinus receſſit de Bononia, & ivit apud Montem Peſſulanum. Hec refert Roffredus in dicto tit. de Sen. Conſ. Vellejan. in 2. Col. &c. Et hanc ſcientiam ſecuti multi fuerunt, & precipue Placentinus, qui dum in Cathedra legebat MCXXXIV. temporibus Corradi II. Imper., & Innocentii, & Celeſtini Summorum Pontificum, Cyn. in l. I. C. de aonal. except. ſic ſcribit: Ego vidi quedam ſcripta Regleſii Placentini antiquiſſimi Doctoris noſtri.

XXVI.

HOnorius III. Summus Pont. ſedit annis X., menſibus VII., & diebus III., qui cum eſſet Doctor egregius, quintam Compilationem Decretalium compoſuit, quam Magiſtro Tancredo antiquo Doctori Bononienſi, & Archidiacono Bononien. direxit; ſecundum Jo: Andr. &c., quas gloſſàvit Jacobus de Albaſco Decretor. Doctor &c. Bernard. Parmenſ. dicit, quod antiqui non curaverunt Honorianas gloſſare, quia mortuo Honorio immediate ſucceſſit Gregorius Nonus, quo creato, ſtatim fuit fama, quod quamprimum Compilationem facere intendebat, & ita antiqui predicti non curavere Honorianas gloſſare &c. Iſte Honorius plures Sanctos canonizavit, & Federicum II. Imperatorem coronavit, & hoc in feſto S. Martini anno Chriſti MCCXX. ſecundum Odofred. &c. Adde Roffred. Beneventan. in libellis in rubr. de Jure fidelit. &c. ubi dicit, quod ipſe Roffred. vidit de anno MCCXX., menſe Novembris in Dominica poſt feſtum S. Martini Dom. Federicum &c. incoronari in Eccleſia S. Petri imperante D. PP. Honorio &c. Alberic. de Roſat. &c. idem dicit in l. bene a Zenone &c., quem tamen poſtea, Juribus Eccleſiaſticis ſibi uſurpatis, Anathemate primo notatum, dignitate privavit &c. Multa alia glorioſa fecit in Civit. Romana, & precipue Ordinem Predicatorum, & Minorum confirmavit. Iſte fuit natione Romanus Patre Americo. Tandem mortuus fuit Rome, & ſepultus in Eccleſia S. Mariæ Majoris. Floruit anno Domini MCCXX., ut ſupra, tempore Octonis IV., & Federici II. Imperatoris &c.

XXVII.

HYmerius excellentiſſ. Legum Doctor, & ſcientie legalis illuminator, quaſdam notulas in Jure Civili compoſuit, que non inveniuntur, quas allegat Roffred. in libellis ſuis, & maxime in tit. ſi Colonus, vel Inquilinus Dom. &c. §. fin. auth., & in C. inſeruit, quas nunc inſertas habemus, preter ipſàs, que fuerunt ex Conſtitutionibus Federici Imp. Junioris. Compoſuit & formularium Tabellionum, ſecundum Gloſſ. in l. Jubemus §. Si quando in verb. petitione, C. de ſacroſ.

(a) *Ex his corrige Pancirolum, qui plane ſomniare videtur, ac de extremis vita actis, ac demum de morte, & ſepultura Guillielmi Durantis diſſerit.*

(b) *De Bulla, ideſt de Baila.*

ſacroſ. Eccleſ., de quo dicit Petrus de Unzola in proem. ſue Aurore &c., quod D. Guarnerius (a) ſubtiliſſimus Juris profeſſor, & libri Authentic. interpretator Formular. Tabellionum cura, & ſollicitudine maxima conſcripſit. Adverte, quod appellatur, quandoque Guarnerius, ut dicit Petrus de Unzola, ubi ſupra, & ſic etiam allegat Magiſter Ugo Doct. antiquus Epiſcopus Ferrarien. in c. preterea 51. diſtinct. &c. Et dicit Bapt.Severin. in ſuo tract. de mod. ſtud. in 4. car. quod primus, qui incepit gloſſare Text. ſine Gloſſ., fuit Guarnerius, ſive Irnerius, dum ſtuduiſſet legibus ex ſe ipſo, & legit Rome, & Bononie, unde tunc fuit maximi nominis, & merito appellatus *Lucerna Juris*, tamquam primus illuminator noſtre ſcientie. Poſt eum ſecuti ſunt Bulgarus, Martinus, Joannes, Azo, & Accurſius, quorum Gloſſ. qua auctoritate ſacte fuerint, non meminit ſe legiſſe; hoc tamen non eſt verum, quia a tempore Juſtiniani ſemper leges publice legebantur, & docebantur, & maxime in tribus Civitatibus, videlicet Romana, Conſtantinopolitana, & Beritenſi, ut in §. hec autem tria, in procm. ff. &c. Tractu etiam temporis Leges docebantur etiam Bononie, & in Monte Petulano, & ipſas legit Placentinus, qui fuit ante Hyrnerium &c., & etiam tempore Gratiani legebantur leges Bononie, ut dicit Gloſſ. in c. poſt appellationem 2. 9. 6. &c., & hanc ſententiam, quod Henricus de Bulla legebat Bonon. tempore Placentini, cujus Gloſſe inveniuntur ſignate per Irnerium, ecce quod Irnerius ſignabat Gloſſas Henrici, & ſic (b) Henricus fuit ante Irnerium &c. Credo tamen, quod iſte Guarnerius fuerit primus, qui cepit inſerere Gloſſas in textu. Floruit, ut colligere poſſum ex ſupradictis, & infra dicendis, temporibus Corradi II. Imperatoris, & Eugenii III. Summi Pont. (c) anno Chriſti MCL. tempore Gratiani, qui Decretum compoſuit, & etiam Federici I. Imperatoris anno Chriſti MCLVIII. Vid. etiam librum feudorum Oberti de Orto &c. R. Volateran. lib. 21. Urban. pred. ante Innocentium III. qui Decretales compoſuit, annis fere centum in Jure Civili Irnerius, ſive Guarnerius quidem apparuis, qui leges aperuit, ut auctor eſt Offred. in ſuis Comment., & hoc non eſt verum &c.

XXVIII.

JAcobus de ...... Ardizzoni de Brojolo Veronenſis inter Doctores excellentiſſimus compoſuit pulchram Summam, & utilem ſuper uſibus feudorum, & materiam feudorum ſolemniter commentavit &c., de qua vide Jo: Andr. in addi. Specul. de feud. &c. Bald. in conſ. 398. in I. Vol. &c. Iſte Jacobus fuit Veronenſis ſecund. Bald. in c. I. &c. Corrad. &c. Floruit tempore Federici II. Imperatoris, prout ipſe refert in Summa ſub rubricel. de ſucceſſ. Imperii, & refert Bald. de pac. Conſt. &c., & etiam tempore Innoc. IV., & hoc tempore, ſecundum aliquos, floruit Octavantes de Florentia (d), qui diſputavit plures queſtiones, in quibus Hoſtienſ., Bernard., & Inno. allegant, quas diſputat. Jo: Andr. ſepe numero allegat &c. Iſtum Doctorem magne authoritatis appellat Bonaguida de Aret. in ſuo tract. de diſpenſat. in princ. col. 2.

XXIX.

JAcobus de Arena Parmenſis, & ipſe ſacrarum Legum interpres eximius, ſcripſit breviter, ſed utiliter ſuper toto C. &c. Item & ſuper lib. ff., & ſuper Infortiato ſcripſit per viam additionum &c. Iſte compoſuit utilem tractatum de executoribus ultimarum voluntatum &c., de quo vide Jo: Andr. in addi. Specul. in tit. de inſtruc. edit. &c. Item & tractatum de poſitionibus &c. Item tractat. expenſarum &c. Item & tractat. excuſſionum &c. Fecit etiam plures diſputationes, & precipue illam, que incipit, in Statuto Civit. Padue &c., quam diſputavit anno Domini MCCLXXXVII., ut in fine ipſius apparet. Ipſius etiam extant plura conſilia. De Jacobo de Arena dicit Bart. Cyn. Alber. &c. Bald. in tit. de pace Conſtantie §. I. circa fin. ubi dicit, quod fuit Parmenſis &c. Iſte fuit preceptor Richardi Malumbre, ut per Bart. in auth. Sacrament. in fin. C. quando mulier off. tut. &c. Floruit etiam Bononie tempore Franciſci Accurſii, & aliur., ut per Albert., & Gandinum in ſuo Opere de maleſ., & rubr. de bonis maleſ. Et Padue etiam floruit, ut notat. per ipſum Jacobum in l. leges ff. de legib. &c. Jacobus judicavit Padue in una Cauſa inſimul cum Guidone de Suzaria; & pondera, quod predict. Jacobus fuit diſcipulus Guidonis &c. Fluruit etiam in Studio Toloſano, ubi erat magnus Doctur, ſecund. Bart. &c. Cyn. in l. prima C. de Sent., que pro eo &c., ubi dicit, quod Franciſcus Accurſii cum ſemel fuiſſet Advocatus pro Legato in Studio Toloſano, & repetiiſſet illam legem, & recitaſſet opin. patris ſui; Jacobus de Arena, qui ibi erat magnus Doctor, in forma Diſcipuli ſurrexit contra eum, & fecit plures oppoſitiones, & dicit ibi Albert. in VIII. Col. poſt Cyn., quod ipſe D. Franciſcus non potuit defendere opinionem patris ſui, & ideo dicit, quod in mundo non fuit dignior, nec ſubtilior ipſo Domino Jacobo. Pondera forte, ſi iſte Jacobus fuiſſet de Ravano, & non de Arena, cum ipſe floruit in ipſis partibus, & ſic anno Domini MCCLX. Cynus dicit, quod fuit Jacobus de Ravano. Jacobus de Arena origine fuit de Parma, ſive de Papia in Lombardia, & legit diu Senis, & fuit de valentioribus Doctoribus poſt gloſſatorem &c. Ita Bald. Bart. &c.

XXX.

INnocentius III. Pont. Max. ſedit ann. XVIII., menſibus IV., & diebus XXIV., qui cum eſſet Juris Canonici doctiſſimus, &

per

(a) *Ideſt Irnerius.*

(b) *Miris modis errat.*

(c) *Hic ſapere incipit, ſed ſtatim redit ad ingenium.*

(d) *Octavantes de Florentia multo ſerius vixit, quippe qui Bononia Jus Pontificium interpretabatur an. MCCCVII. Ex Tab. Archiv. Pub. Bon.*

Digitized by Google

per Bernardum Compoſtellanum fuiſſet compilatum volumen Decretalium ipſius, uſque ad annum X. ſui Pontificatus, in quo erant quedam inſerta, que Romana Curia non approbavit, propterea per Magiſtrum Petrum, Beneventanum natione, Compilationem aliam fecit, que tertia Compilatio dicebatur, & hoc de Decretalibus per ipſum editis uſque ad XII. annum ſui Pontificatus ſecundum Jo: Andr. in Proem. Decretal. in 3. col in novella; & quia poſt predictas Compilationes fecit & alias quaſdam Decretales, & in Concilio generali quaſdam Conſtitutiones, ſcilicet 71., de quibus fecit aliam Compilationem, que quarta Compilatio vocabatur, ſecundum Jo: Andream, ubi ſupra, & dicit Hoſtienſ in proem. Summe ſue in 6. col., quod Mag. Bernardus Compoſtellanus in Curia Romana moram faciens ex Regiſtro D. Innocentii III. quamdam Compilationem extraxit, que Romana fuit vocata, & quia ibi erant quedam Decretales, quas non admittebat Romana Curia, ideo idem Innocent. per manum Petri Beneventani Compilationem edidit, que tertia vocabatur, qua recepta Mag. Jo: Valenſis de duabus Compilationibus Giliberti, & Alani unam compilavit, que vocabatur quarta; poſtmodum Concilio generali per eundem Innocent. celebrato, tam de Conſtitutionibus generalis Concilii, quam de aliis Decretalibus ipſius Innocentii compilatio quarta proceſſit: poſtremo quinta compilatio per Honorium III. facta fuit. Iſte Innocentius fuit Pater Juris, ſecundum Hoſtienſ. in ſua Summa tit. de Simonia §. ad accuſationem col. 1. in fin. &c. Iſte Innocentius in omni genere vite probatiſſimus, atq. doctiſſimus fuit, & a primeva etate Pariſiis operam litteris dedit, ubi tantum profecit, quod poſtmodum multa librorum volumina compoſuit, inter que extat liber de miſeria conditionis hominum. Vide Jo: Andr. in addit. in tit. quod filii &c., & dicit quod dictus Innocentius III. Cardinalis compoſuit 8. libr. ad exprimendam humanam ſuperbiam, alter. de Miſſa, ac de beatiſſimo Sacramento, & plures tractatus compoſuit ſuper Pſalmos penitentiales, & etiam ſermones plurimos temporibus ac diebus accommodatos edidit, & multa alia glorioſa fecit. Ipſe coronavit Octonem IV. Imperatorem, depoſuitque, quia non ſervavit fidelitatem. Hereſes plures damnavit, ſcilicet Albigenſium, contra quos Crucem predicare fecit. Item Almerici, & librum Abbatis Joachim contra Petrum Lombardum, prout apparet in c. 2. de Summa Triuit. & fide Cathol. in Decretalib. Gregorii, prout etiam in ſuis Decretalibus, in quibus improbat hereſes predictas. Tandem poſt plura bona, pacem faciendo inter Piſanos, & Januenſes moritur apud Peruſium, & ibi ſepelitur. Fuit Patria Campanus, Patre Traſimundo... ex non infima plebe nato (a). Floruit temporibus Federici I., & Philippi, & Octonis IV. Imperatorum ann. Chriſti MCC. Innocentius III. prius Lotharius dicebatur, ſecundum Joan. Quantum fuerit glorioſus Pontifex, opera ejus teſtimonium perhibent &c. De iſto multa ſcribit Archiepiſc. Florent. in III. part. Hiſtor. n. 19. c. 1. Hic Piſaurum, & totam Marchiam Anconitanam reduxit ad Dominium Romane Eccleſie. Iſte Innocentius, ſecundum Dominic. de Aret. in verbo, Innocentius III., ſedit in Papatu an. 22. & fecit Rome Hoſpitale S. Petri &c. Coronavit Octonem quartum natione Saxonem, ſed eum poſtea depoſuit. Anno autem 17. ſui Pontificatus de menſe Novembris in Eccleſia Lateranenſi celebravit generale Concilium pro recuperanda Terra Sancta, in quo fuerunt Patriarche, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii Prelati. An. MCCXV. ut . . . univerſa Chriſtianitas ſe diſponeret ad ſuffragia exhibenda proficiſcebatur perſonaliter Papa, ut pacem componeret inter Piſanos, & Januenſes, & Lombardos, ſed apud Peruſium eſt defunctus, ibidemque ſepultus in Eccleſia S. Laurentii.

XXXI.

LAmbertus de Ramponibus Juriſconſ. eximius Bononienſis, ut per Albert. de Gandino de maleſ. in rubr. de falſar., & falſitat., & Alberic. de Roſat. &c. Dominus Lambertinus Ramponus, qui ſcripſit ſuper ff., & C., quorum ſcriptorum copia rara eſt, compoſuit etiam pulchrum tractatum de Conſil. habendis, cui fecit additiones Bart. de Saxoferrato, & etiam plures diſputationes, de quibus per Alberic. de Roſat. in ſuo opere Statutor. in IV. part. q. 82., & Jo: Andr. &c., & dicit Jo: Baptiſta de S. Severo, quod Lambertinus de Ramponib. fuit Doctor profundiſſime, & facundiſſime ſcientie &c.

XXXII.

LAnfrancus Cremonenſis (b) J. U. D. eximius, hac tempeſtate docendo, & ſcribendo inſignis plurimum fuit, qui ſuper ordinariis Juris Civilis, & Canonici pulchra Commentaria fecit. De iſto facit mentionem Ubertus de Bobio in ſuis lecturis, & Specul. in tit. de inſtru. edit. &c., ubi dicit, quod fuit Cremonenſis, & idem dicit Hoſtienſ. in Sum. ſua tit. de Conſuetud. Iſte floruit temporibus Jacobi Balduini, & alior. &c. per ea, que ponit Specul. in tit. de acto §. I., ubi dicit, quod Lanfrancus, & Jacobus Balduin., & quid. alii tenuerunt contrarium, & ſic prepoſuit Lanfrancum Jacobo predicto. Fuit alter Lanfrancus de Luca Doctor ſingulariſſimus, qui pulchra Comment., & plures queſtiones compoſuit, quarum copia non reperitur &c.

XXXIII.

LOtharius clariſſimus Legum interpres, & vir ſingularis doctrine, D. Azonis predicti contemporaneus (c) fuit, ſecundum Odofred. & Bart. in l. Sancimus C. de Jud. &c. Compoſuit in Jure Civili pulchra per viam gloſſarum, & maxime ſuper ff., & C., de quo etiam ſepe fit mentio in gloſ. . . . . . Floruit, ut dixi, temporibus Azonis, & Innoc. III. anno Chriſti MCC., & propter ſuam doctrinam electus fuit Archiepiſcopus Piſanus, ſecundum Alber. in d. l. Sancimus in fin.

XXXIV.

(a) *Immo: nobili genere orto.* (b) *Ejus nomen notat. in Necrologio Rhenano edito a Cl. Trombellio, ad diem 27. Feb. Videtur ergo Bononia floruiſſe.* (c) *Azonis amulus, ex Pancirolo lib. 2. cap. 26.*

X X X I V.

MArtinus de Fano ſupremus Legum Doctor compoſuit pulchrum opus in Practica &c., ubi diſtinguit X. tempora Cauſarum. Compoſuit & aliud opus, in quo in ſingulis actionibus ponit inſtrumenta breviſſima, quibus conjungit breviſſimos libellos, quod opus etiam brevibus verbis ornavit... de quo vide Jo: Andr. in addi. ſpecul. in proem. &c. Item tractatum de Homagiis, quem ponit Speculator in tit. de feud. &c., & Alberic. de Roſat. &c. Item & tractat. de alimentis, quem ponit Specul. in tit. qui fil. ſint legit. Item & tract. de poſition. &c. Item & tract. de Jure emphyteotico &c. Item & tract. de dotis reſtitut. &c. Item & tract. principalem de ord. Judiciorum &c. Juris Civilis, & Canonici &c. Item & tractatum de arbitris &c. Item & tract. de reſtit. in integr. per modum ſumme &c. Item & tract. de exceptionib. impedientibus litis ingreſſum &c. Item & tractat. de conditione humani generis &c. Item & tract. qualiter negativa probetur &c. Sed vere ille tractatus non eſt Martini predicti. Item & tract. de modo ſtudendi per viam epiſtole, quam direxit Petro ſocio ſuo, quam epiſtolam de verbo ad verbum ponit Alberic. de Roſat. in proem. ff. &c., in quibus ſcripſit etiam ſuper ordinariis Juris Civilis, & maxime ſuper C. pulchra Commentaria, & max. ſuper Auth. contra propriam C. de non numerata pecunia &c. Iſte Martinus floruit tempore Jacobi Balduini, prout ipſe refert in ſuo tractat. de Jur. emphyteotico in XXVII. queſt., ubi dicit ſemel tractaſſe illam queſtionem cum predicto Jacobo &c. Item & tempore Accurſii gloſſatoris, prout ibid. ipſe refert &c. Item & tempore Franciſci Accurſii, ut habetur t. Petr. de Bal. in L. Gallus §. Inſtituens in 3. col. de liber., & poſt. Et Alberic. de Roſat. de iſto dicit, quod exercebat ſe in officiis, & quod fuit ſemel Poteſtas in Civitate Romandiole &c. Iſte fuit ingreſſus Religionem Fratrum Predicatorum, ſecundum. Bart. in l. fin. C. de impub. &c. ubi dicit = quemdam Advocatum de Florentia cum vidiſſet D. Martinum, Fratrem Predicatorum interrogavit ipſum de illo contrario, & exiſtens frater Ordinis Predicator. compoſuit tract. de teſtamentis. = Et ego vidi iſtum tractatum, quem habebat ſatis antiquum in membranis Dominus Ludovicus Buzzacharinus Civis Piſauri, ubi in principio tractatus hujus rubrice ſic ſcriptum inveni. = Incipit tractatus de Teſtamentis editus a Fratre Martino de Fano Ordinis Predicatorum maximo Juriſta, quem compoſuit anno Domini MCCLVI., ut ipſe refert in dicto tractat. & ibi allegat Dominum ſuum Azonem &c. (a) Tandem moritur, & ſepultus eſt Fani in Eccleſia S. Dominici, ubi ſecundum Phanenſes tale Epitaphium. (b) Italie Sydus Martinus copia legum &c.

Et quamvis dicatur per ipſos de Fano, quod ſit Epitaphium Martini de Fano, tamen ex quo dicitur, quod mortuus fuit de anno MCCCII., quo tempore non poterat vivere Martinus, quia, ut ſupra diximus, tractavit cauſas cum Jacobo Balduino, & Accurſio, qui fuerunt de anno MCCXXVII., & non eſt veriſimile, quod ſit Martini; propterea Epitaphium eſt Jacobi, qui proceſſit de ſtirpe Martini: ideo ego credo, quod illud Epitaphium ſit Jacobi de Fano, qui fuit filius Martini de Fano, qui fuit Poteſtas Bononie propter quamdam inimicitiam, quam cum D. Azone Marchione Ferrarie, tandem eundo Mediolanum pro Poteſtate, & navigando Venetias ivit Paravium, & in Comitatu Paravii in paludibus apud montem Oriacum fuit interfectus a quibuſdam aſſaſſinis miſſis a predicto Marchione, cujus corpus fuit poſtea deductum ad Civitatem Fani, & ſepultum in dicta Eccleſia, de quo etiam loquitur Dantes Aldigerius in II. Cant. Purgatorii in V. capite, ubi ponit mortem ipſius Jacobi. Et advertendum eſt, quod iſti de Caſſaro fuerunt Magnates in Civitate predicta, & adhuc extant ruine ipſius domus, & ibi vocat. *il guaſto de Martin da Fano*; & expulſis ipſis, & precipue D. Guidone de Caſſero, de quo meminit Dantes in alio loco, Domini de Malateſtis acceperunt dominium ipſius Civitatis.

X X X V.

MElendus Canoniſta doctiſſimus, de quo fit mentio per gloſ. III. IX. IV. c. fin. XIX. diſtinct. &c., & Speculat., & Jo: Andr. in addit., pulchram Summam, & utilem ſup. Decreto ſcripſit. Item ſcripſit ſuper Compilatione antiqua Bernardi Papienſ. non tamen per modum ſumme, lecture, vel apoſtillarum ſecund. Jo: Andr. in verb. porro, in addi. &c. Floruit temporibus Bulgari, & Martini. De iſto vide Archi. in c. diſplicet XXIII. IX. IV., ubi dicit, quod Melendus obtinuit per illum text. contra Scholarem ſuum, qui eum invitaverat Bononie ad prandium, & hora prandii Scholaris non miſit pro Melendo, nec ipſe venit. Et iſtum Legis Canonice expoſitorem appellat Speculat. in proem. in dicto verbo, porro.

X X X V I.

NIcolaus Furioſus Doctor celeberrimus, qui mirabiliter gloſ. librum feudorum, & fuit diſcipulus Joannis Boſiani ſecundum Bald. in tit. de pac. Conſtant. &c. Alberic. de Roſat. etiam in rubr. C. ne filius pro patre, allegat quemdam Nicolaum de Cremona Decretorum Doctorem, diſputaſſe dicit plures queſtiones. Credo, quod ſit alius a ſupradicto Nicolao Furioſo.

X X X V I I.

ODdo de Senonis Legum doctiſſimus iiſdem temporibus floruiſſe in ſua Summa conſtat &c. Compoſuit Summam mirabilem ſuper Judiciis poſſeſſoriis, ponendo etiam libellos ſuper unoquoque Judicio, & interdicto

(a) *Azonem Dominum ſuum appellat; ſub eo igitur Juriſprudentia operam dedit: igitur Bononia floruit.*

(b) *Martini Epitaphium, alterius tamen a noſtro, qui ad annum uſque MCCCII., vel MCCXCVIII. in vivis eſſe non potuit.*

&c. Floruit in Civitate Pariſina, ut ipſe refert in dicta Sum.&c., & Bald. in ſuo tract.de Commem. famoſ. Doct. in utr. Jur. in 2. col. in fin.

XXXVIII.

PEtrus Hiſpanus (a) Legis Canonice expoſitor, ſecundum Speculat. in proem. ſpecul. in verb. porro, & etiam Legum eruditiſſimus, compoſuit pulchrum apparatum ſuper Decreto, de quo vid. Jo: Andr. in c. litteras in gloſ. ergo de reſtit. ſpoliat. . . . De iſto etiam facit mentionem gloſ. in c. Paſtoralis in gloſ. hec ratio &c. Iſtum inter Commentatores antiquarum Compilationum Decretal. ponit Jo: de Imol. in ſuo proem. Decretal. in verb. ingredientibus. Floruit an. Chriſti MCLXXX. temporibus Federici I. Imp., Alexandri, & Lucii III. Summorum Pontificum.

XXXIX.

PIlius de Mitilina (b) Modicenſis, humani divinique Juris peritiſſimus, compoſuit utilem, & neceſſariam Summam, quam intitulavit de ordine Judiciorum &c. ſecundum Jo: Andr. in addit. ad Specul. in proem. in verb. Ceterum: ubi dicit, quod Pileus fuit Modicenſis, de quo dicit Tancredus in ſuo opere de lib. in princip., quod Richardus Anglicus prevenit Pileum leges, canoneſque pro utraque parte allegando &c. Accurſ. in pluribus locis dicit, & allegat ſecundum Pil. Pondera ſi eſt iſte, maxime in l. fin. C. de munic. &c. Pileus de Medicina Bonon., vel potius de Modena Longobardus, ut ait Jo: Andr. in proem. Specul., tamen fuit de Dioceſi Mediolanenſi, ut infra dicam &c. Pileus pulchrum etiam tractatum edidit, quem libellum diſputationum appellavit &c. Item ſcripſit ſuper lib. Feudorum, ut dicit Bald. in prelud. feud. in 3. col. Compoſuit etiam librum queſtionum, & ſepe numero allegantur per Doctor. &c. Vide Speculat. in proem. ſpecul. in ver. Ceterum &c. ubi dicit, quod Pileus de Cambis in Monte Peſſulano humilem portabat habitum &c. Et adde, quod Roffredus Beneventanus ex Commentariis Pilii compilavit librum ſuum de Ordine Judiciorum, ut ipſe Roffredus refert in proem. ſui operis in fin. & ante Pileum erant multi Scriptores, qui ſcripſerunt, prout ipſe refert in proem. ſui libelli diſputatorii &c. Floruit & ipſe temporibus Innoc. III. & Azon. & Roderic. Anno Chriſti MCC. Iſte Pileus fuit de Dioceſi Mediolanenſi ſecundum Jo. Andr. in addit. Speculat. tit. de Juram.calumn. &c. Iſtum inter primos Juriſperitos, qui de ordine Judiciorum ſcripſerunt, ponit Speculat.in proem.Specul.in verbo, Porro.

XL.

PLacentinus eximius Legum Doctor, & clariſſimus, Patria Placentinus, natione Longobardus, Summam laudabilem de actionibus, & ipſarum varietate, & multiplicitate compoſuit &c. Et dicit Offred. in l. 3. ff. de pact. quod iſta Summa Placentini erat melior aliqua alia, que publicata foret uſque ad illa tempora. Compuſuit & apud Montem Peſſulanum alias Summas laudabiles ſuper C. Inſtitut., de quibus dicit Azo in proem. Summe ſup. C. quod Placentinus in pred. Summis, in aliquibus minus plene, in quibuſdam ordine irregulari, & in quibuſdam non ſervato tramite Juris, ita quod confuſe percepiſſe videatur, non tamen eſt ab aliquo inculpandus, quia omnium habere memoriam, & in nullo penitus peccare divinitatis eſt potius, quam humanitatis. Summam Placentini ſuper C.allegat Jacob. Berò, & Jo. Andr. in addit. Specul. in tit. qui filii ſint legit. &c. Hic floruit Mantue, ubi legit publice, ut dicit in princip.Summe ſue. Demum Bononie, ut refert Roffred. Beneventanus in ſuis libellis, lib. 8. tit. de Senat. Conſ. Vellej. . . . Qui dicit, quod una die cum legeret Bononie Placentinus, & teneret unam opinionem de directo contra D. Henricum de Bulla, quem publice nominaverat, predictus Henricus, qui potens erat Bononie, & ibi legebat, & regebat, abſalivit ipſum de nocte, cujus timore receſſit de Bononia, & ivit apud Montem Peſſulanum. Ibi etiam in Monte Peſſulano multum floruit, & ibi compoſuit ſupradictas Summas ſecundum Azon., ubi ſopra, & Anno Chriſti MCXXXIV. temporibus Corradi II. Imperat. & Innocentii, & Celeſtini II. Summor. Pontifi. Hunc etiam Bald. in l. p. C. de conven. fiſc. debit. lib. 10. appellat egregium Doctorem; et quod aliquando opinio ſua ab Azon., et Accurſio non approbatur per invidiam etc. Iſte Placentinus fuit de Placentia ſecundum Jacob. etc. Vide Hoſti. poſt Jacob. de Albatco in ſua Summa in tit. de election. & electi poteſt. etc.

XLI.

ROlandinus Ridolphini Paſſagerii, Patria Bononienſis, preclarus Juris utriuſque interpres (c), in arte Notarie opus utiliſſimum ad creandorum Tabellionum eruditionem, ac veteranorum faciliorem Inſtrumentorum omnium expeditionem per viam Summe compoſuit, de quo dicit Jo: Andr. in addi. Specul. in procmio &c., quod Rolandinus predictus fecit Summam Notatie, quam quaſi totam inſeruit Speculator in ſuo Speculo, & ſibi multis additionibus cauſam dedit &c., & ſecundum Petr.de Boateriis in ſua lectura de arte Notarie in proem., & Bald. &c. fuit Doctor valde ſolennis, & totius artis Tabellionatus optimus dilucidator, & optimus Pater, ſecundum Petr. de Unzola &c. Iſte Rolandinus floruit anno Domini MCCLVI. Bononie, prout percipitur ex dictis per Petrum de Boateriis ibid., & vide per eumdem Rolandin. de prec. &c., & in tit. de expenſis, ubi dicit, quod ipſe floruit anno Domini MCCLXXXVIII., & hoc verius. Fuit (d) ipſe Rolandinus vir excellentis ingenii, & ejus Commentator fuit Petrus de Un-

(a) *Mag. Petrus Hiſpan. Decretorum Doctor an. MCCXXIII. præſens fuit compromiſſo facto in D. Alexandrum Theologiæ Doctor. in cauſa Monachor. S. Stephani. Ex charta Archiv. S. Stephani nunc Senatus Bonon.* (b) *l. De Medicina.*

(c) *Non fuit Legum interpres Roland., qui nuſpiam Doctoris Legum titulo inſignit., ſed tantum in arte Notaria excelluit, cujus Princeps, & quaſi auctor habetur.*

(d) *Utrumque verum, quod floruerit anno MCCLVI. & MCCLXXXVIII. Vixit enim ad ſummam ſenectutem, ut ex actis publ. Bonon.*

Unzola Civis, & Doctor Bononienſis valde memorandus &c. (a) Iſte Rolandinus mortuus eſt Bononie, & ſepultus extra Eccleſiam S. Dominici in Pyramide alta, ubi eſt tale Epitapbium: „ Autbore magno &c.

X L I I.

ROlandinus a Romanciis Bononienſis, Legum Doctor excellentiſſimus, & maximus Advocatus (b). Compoſuit libellum de Ordine Maleficiorum &c. Vide Jo: Andr. in addi. Spec. in proem. in verbo, Ceterum. Fecit additiones Summule, & Margarite Alberti Galeotti &c., de quo etiam vide Jo: Andr. ibid. Iſte Orlandinus fuit tempore (c) Franciſci Accurſii, ut habetur per Gandinum de Malefic. rubr. de bonis Malef. &c., & Alberic. de Roſat. &c. Item floruit tempore Jacobi de Arena, & Odofredi, ut per Alberic. in ſuo opere Statut. qu. XXXVIII. in 4. part., ubi dicit, quod Gaudinus exiſtens Bononie in officio conſuluit ſuper una queſtione D. Orlandinum de Romanciis, qui ſibi dixit, quod cum D. Odofredo, & Proſpero conſuluerat. Floruit Bononie, & ibi mortuus eſt, & ejus corpus apud Cimiterium S. Franciſci Sepulchro eminenti marmoreo tumulatum; in Pyramide ſunt infraſcripta verba = Sepulchrum Domini &c.

Et de eo vide in lib. de Scriptor. Eccleſ. cart. 98.

X L I I I.

SYlveſter Vir Legum, & Canonum doctrina inſignis his temporibus ob induſtriam, & eximiam doctrinam multo fuit in pretio, qui tum docendo, tum ſcribendo multis admodum profuit, & inter cetera ſuper Decreto Gratiani poſt ſe pulcbrum Commentum reliquit, in quo ſecundum Jo: Andr. in addit. Speculat. &c. Dicit tamen Jo: Andr. ibi per totum, quod tum ipſum ſuper texiſſe, & certas Compilationes legiſſe, & poſtea reportaſſe aliquas apoſtillas. Vide etiam de ipſo Joan. Andr. in proem. Decretal. in Novel. Iſtius fuerunt due prime gloſſe &c. Floruit tempore Ruffini anno Chriſti MCLXX. temporibus Federici I. Imp., & Alexand. III. Sum. Pont. Iſtum Commentatorem antiquarum Compilationum Decretal. appellat. Jo: de Imola in ſuo opere Decretal. in verbo, ingredientibus, ubi enumerat quartum Commentatorem ipſum.

X L I V.

Bernardus Papienſis Canonum collector primus poſt editum Gratiani volumen. *p.* I. *p.* 302. Ejus cognomen. *ib.* Floruit Romæ, ac Bononiæ. *ib.* Decreta, & Canones Rom. Pont. poſt Gratianum edita in unum collegit. *ib.* Item antiquiora, quæ Gratiani diligentiam fugerant. *ib.*, & *ſeq.* Diſtributionem multo commodiorem, quam Gratianus, excogitavit. 303. Diligentia hujus præclari Viri. *ib.* Princeps, & anteſignanus Decretaliſtarum. *ib.* Cum eſſet Præpoſitus Papienſis ſuam Collectionem edidit. *ib.* Quo anno ea vulgata. *ib.* Gloſſellas in ipſam ſcripſit. *ib.* Mox locupletiorem apparatum. *ib.* Hæc prima fuit Summa Decretalium. *ib.*, & *ſeq.* Hanc edidit dum eſſet Epiſcopus Faventinus. 304. Laudatur a Jo: Andreæ, & aliis. *ib.* S. Lanfranco in Epiſcopatu Papienſi ſucceſſit. *ib.* Cujus tamen inveriſimile eſt eum fuiſſe diſcipulum. *ib.*, & *ſeq.* Inſignis & ipſe ſanctitate morum. *ib.* Excelluit etiam in Juriſprudentia. 305. Poeſim coluiſſe dicitur. *ib.* Verſatus in ſtudio Sacrarum Literarum. *ib.* Ejus Scripta recenſentur. *ib.*

Bernardus Parmenſis Juris Pontif. interpres, & Decretalium gloſſator. *p.* I. *p.* 355. Bononiam ſtudiorum cauſſa profectus. *ib.* Quos præceptores audierit. *ib.* Canonicus Bonon. *ib.* Doctor Decretalium appellatus. *ib.* Ab aliquibus Scriptoribus non diſtinctus a Bernardo Compoſtellano. *ib.* Diu Bononiæ vixit cum dignitate. 356. Capellani Pontif. honore inſignitus. *ib.* Ejus memoria in antiquis Monumentis Bonon. *ib.*, & *ſeq.* Gravem ſubit moleſtiam. 357. Ejus Teſtamentum, & Codicilli. *ib.* Legata piis locis. *ib.* Quo anno obierit. *ib.* Sepultus in Eccleſia Cathedrali. *ib.* Epigraphe ad ejus tumulum. *ib.* Ejuſdem Scripta. *ib.*, & *ſeq.*

Bertholdus nepos Sinibaldi de Labro, eidem in Archidiaconatu ſuccedere voluit. *p.* II. *p.* 43. Diſſidium inter eumdem, & Octavianum Ubaldinum. *ib.* Itum eſt ad Judicium Sedis Apoſtolicæ. *ib.* Octavianus moritur. *ib.* Juri ſuo, ſi quod habebat, tandem Bertholdus ſponte ceſſit. *ib.*

Bertholdus Urſinius Flaminiæ Rector, & Comes. *p.* I. *p.* 121. Ad ſervandam Bononiæ tranquillitatem Præturam Civitatis ſuſcepit. *ib.* Civium inconſtantiam indignatus quid egerit? *ib.*

Bertholottus Comes. *Vide Bartholomæus Veneroſius.*

Bertholacius Bononienſis Medicus. *p.* I. *p.* 454.

Bertolutius, ille fortaſſe fuit, qui Tractatum de Sphæra compoſuit. *p.* I. *p.* 514. Magni nominis fuit in Grammatica tradenda. *ib.* Librum ſcripſit, qui inſcribitur: *Flores Grammatici.* *ib.*

Bertrandus ex Can. Reg. S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Portuenſis. *Præf. p. xvii.*

Bertrandus Terracinenſis Epiſcopus Ughellio ignotus. *Præf. p. xvii.*

Bertrandus interpres antiquarum Decretalium. *p.* I. *p.* 307.

Bibliotheca publica Bononienſis a Benedicto XIV. ſua impenſa erecta, optimorum librorum copia locupletata. *p.* II. *p.* 23.

Bibliothecæ nomine olim totum Sacrorum Bibliorum corpus deſignabatur. *p.* I. *p.* 441.

Boatinus Mantuanus. *p.* I. *p.* 91. Ejuſdem diſceptatio cum Azone commentitia. *ib.*

Bocca Piſtorienſis Medicus Bononiæ. *p.* I. *p.* 460. Ejus memoria in antiquis Monument. Bonon. *ib.*

Bocchiana Academia. *Vide Achilles Bocchius.*

Bombolognus Ord. Prædicatorum Theologiam docuit Bononiæ. *p.* II *p.* 11. Scripſit Comment. ſuper quatuor Sent. libros. *ib.*

Bonacius Bergomas illuſtris Humaniorum Literarum Profeſſor. *p.* I. *p.* 512. Adoleſcens Hum. Literas Bononiæ perdidicit, & multis annis docuit. *ib.* Laboris Scholaſtici pertæſus in Patriam bene nummatus revertitur. *ib.* Bononienſium epiſtolæ ad eumdem, ut Bononiam rediret, ſed incaſſum. *ib.* Presbyter factus, & Canonicatu in Patria inſignitus. 513. Præceptor Joannis Andreæ J. C. B. *ib.* Hic Bonifacium, non Bonacium eum appellat. *ib.*

Bonafilia Hugolini Medici filia FF. Prædicatores hæredes inſtituit. *p.* I. *p.* 477. Plura etiam Legata dedit quibuſdam Fratribus ejus Ordinis ad libros emendos. *ib.*

Bonagratia a S. Joanne in Perſiceto Ord. Min. Theologiam tradidit Bononiæ. *p.* II. *p.* 9. Apoſtolicæ Sedis Nuntius. *ib.*

Bonajuncta Medicus. *Vide Peregrinus.*

Bonajutus Accurſii frater. *p.* I. *p.* 145.

Bonapars Ghiſlerius non minimæ auctoritatis homo. *p.* I. *p.* 162. Compromiſſor inter Abbatem Nonantulanum, & Comm. S. Joannis in Perſiceto. *ib.* Inter Doctores Bonon. ab Alidoſio recenſitus. *ib.*

Bonattus Medicus Bonon. *p.* I. *p.* 440. Ejus memoria in tabulis Archivi FF. Minorum Bononiæ. *ib.*

Bonaventura de Savignano, nobili genere, Doctor LL. *p.* I. *p.* 194. Guidonis filius ab Alidoſio dicitur. *ib.* Satis longævam ætatem egit. *ib.* Frequens ejus mentio in Monum. Bonon. *ib.* Cooptatus in Ordinem militiæ B.

V. M. 195. Pauperes Chriſti hæredes inſtituit. ib. Nulla ejus Sepulchri memoria. ib. Nec ulla Scripta memorantur. ib.

Boocius Canonicus Lucenſis S. Frigdiani omnium primus ad extraordinariam Decreti lectionem ſtipendio publico conductus. p. I. p. 417. Poſt ipſum Guilielmus de Petralata, & Joannes Paſſavantius. ib. Ab eo tempore tres habuit Academia Doctores ære publico conductos. ib. Pluribus annis a Civit. Bonon. abſens, & Prior S. Martini apud Senas creatus, a Scholaribus rurſus accitus eſt ad lectionem ordinariam Decretorum. ib. Quamdiu Bononiæ verſatus fuerit, non liquet. ib. Jo: Andreæ laudat ejus diſputationes. ib.

Boncompagnus Florentinus. Nulla mentio ejuſdem apud Scriptores. Muratorius primus ejus nomen in lucem emiſit. p. I. p. 508. Ejus feſtivum ingenium. ib. Inventum ejuſdem ridiculum ad irridendum F. Joan. ib. Spe magni quæſtus Romam, vel alio, ubi Romana Curia conſideret, profectus, deluſus diſceſſit. ib. Provectus ætate, & in ſumma egeſtate in Xenodochio prope Florentiam extremum obiit diem. 509. Male conjicit Muratorius Boncompagnam gentem nobiliſſimam, quæ nunc extat, derivatam ex hoc. ib. Scripta ejus numerantur. ib.

Bonifacius Bonconſilius, ſive de Bonoconſilio. p. I. p. 131. Ejus familia de Malconſiliis etiam vocata. ib. Academiæ Bonon. ſolito juramento ſe addixit. ib. Patrocinandis Cauſis in foro inſudavit. ib. Memorabile in ejus teſtamento. ib.

Bonifacius Guidonis Guizzardi Lambertaccii filius alter ex Bonon. Ducibus, qui Cruce accepta ad bellum Sacrum profecti ſunt. p. I. p. 273. Ab eo Lambertacciorum factio initium, & nomen ſumpſiſſe videtur. ib.

Bonifacius Guidonis Guizzardi Lambertaccii alter ex Ducibus Bonon. in expeditione Orientali, qua Damiata expugnata eſt Bononienſium etiam opera. p. I p. 445. Patavii Prætor. ib.

Bonifacius VIII. novam Decretalium collectionem edidit. p. I. p. 150.

Bonifacius de Lavania Ordinis Prædicatorum Archiepiſcopus Ravennatenſis. p. II. p. 41.

Bonifacius Archidiaconus Bononienſis. p. II. p. 18.

Bonincontrus de Hoſpitali clarus Decretorum Doctor Bononiæ. p. I. p. 481. Relictis Scholis ad Rempub. acceſſit. ib. Cum factione Ghibellina proſcriptus. ib.

Bonintegna Bonifacii Benvenuti filius, Patria Bononienſis, Medicinæ, & aliarum Artium ſtudia Neapoli primum ſecutus eſt. p. I. p. 480. Doctoris, ac Magiſtri titulo ibi inſignitus, cum in Patriam rediiſſet, in album Medicorum relatus eſt, & immunitatibus auctus. ib. Alidoſio nomine tantum notus. ib.

Bonmartinus Medicus Bonon. p. I. p. 442. Magis memorabilis ob pietatis ſtudium, quam ob Medicam profeſſionem. ib. Adjutor Alberti Presbyteri in inſtituenda Societate S. Catharinæ de Quarto ad Genam fluviolum prope Bononiam. ib. Ea Societas brevi ad formam Religioſi Ordinis excrevit, & ſuis legibus regebatur. ib. Numerus inſignis Fratrum, & Sororum hujus Aſceterii ann. MCCXCVII. ib. Inſtitutum hoc ex fœminis potiſſimum coaluit, ſed una aderant & Religioſi viri. ib. Qui toti Societati præerat, Prior dicebatur. ib. In alia loca pium ipſum Inſtitutum manavit. ib. Aſcetæ omnes per ea loca Priori S. Catharinæ de Quarto parebant. 443. Univerſa familia Ordinem S. Auguſtini profitebatur. ib. Aliquando moderatorem habuit Raynerium Camaldulenſem. ib. Iam tum Moniales cum paucis Fratribus in Urbem Bononiæ venerant, & ad S. Mariæ Magdalenæ in Via S. Donati conſederant. ib. Poſt, adoptatis conſtitutionibus Ord. Prædicatorum, ad S. Jo: Baptiſtæ celebre modo Monialium Aſceterium conſtiterunt. ib. Quo anno Bonmartinus obierit, non liquet. ib. Titulus ejus Sepulchri ab Alidoſio allatus, male deſcriptus. ib. Nulla nunc ejuſdem memoria. ib. Filium reliquit Sinibaldum nomine, ex quo natus *Magiſter Azolinus Medicus* non raro in Memorialibus Comm. Bonon. notatus. ib.

Bononia Legum Mater omnium conſenſu appellata. p. I. p. 8. Pervetuſtæ monetæ, & ſigilla id confirmant. ib. Romanæ Eccleſiæ ſemper devotiſſima. 425. Hinc antiquitus etiam rubea Crux publicum Civitatis inſigne. ib. Philoſophiæ ſtudio aliis Civitatibus antecelluit; id demonſtratur contra Muratorium. 488. Si non Philoſophantium multitudine Pariſiis præſtare potuit, vicit delectu eorumdem, & tradendæ diſciplinæ ratione. 489. Bononiam ex urbe Ravenna Legum libri allati Irnerii ætate, teſte Odofredo. 2. Bononia ex Studioſorum maxime concurſu populo, & opibus aucta. *Præf.* p. iii. Hinc Pomœrium multitudini capiendæ amplificari oportuit. ib. Epiſcopi etiam plures Bononiæ morabantur Studiorum cauſa. p. I. p. 452. Bononienſ. Sapientum munus. 597. Ab urbe Bononia Juris Civilis, & Canonici Scripta per omnem Europam propagata. 187. Bononiæ Antiani populi primus, ac præcipuus Magiſtratus. 423. Bononiæ aliquam extitiſſe Medicinæ ſcholam etiam ſæculo XI., certum videtur. 433. Bononienſis Lycei vetus Kalendarium. *Præf.* p. I.

Bononienſium Scholarium celebritatem ſæc. XI. indicare videtur S. Benno Miſnienſis Epiſcopus. p. I. p. 3. Scholæ Bononienſes antiquiſſimæ apud Eccleſiam Cathedralem, & in Monachorum ædibus, præſertim S Felicis, & S. Proculi. 5. Ex hujuſmodi ſcholis Pariſienſis Academia exordium accepit. ib. Ex nova Bononienſi Juriſprudentiæ Schola, ab Irnerio inſtituta, ejus facultatis ſtudia per omnem Europam propagata. 8. Non ſola Juriſprudentiæ Schola diu Bononiæ viguit, ſed & reliquarum facultatum. 13. Error quoad hoc Muratorii. ib. Cauſa cur Bononiæ Legum ſtudia inſtaurata. 8. *Vide Scholæ, & Academia, ac Medica Schola.*

Bononienſi litera ſcripti libri celebres. p. I. p. 187. *Vide Scriptores Librorum.*

Bononienſes præ cunctis Italiæ populis bellica virtute præſtabant. p. II. p. 29. Honorii III. temporibus Romanæ Sedi addictiſſimi. 36. Medicinam, Argelatam, & Imolæ Comitatum Imperatori cedunt. p. I. p. 104. Abſoluti a Sententia Epiſcopi Taurinenſis ob occupatum Imolenſem Comitatum. 109. Anathemate percuſſi in Prætorem, & Conſilium ab Epiſcopo Bonon. lato ob violatam juriſdictionem. 111. Abſoluti a noxa ob ſpreta

Fride-

Digitized by Google

Friderici II. juſſa. 115. Legati delecti, qui cum Friderico de Pace tractarent. ib. In obſidione Damiatæ in Aſia virtus. 445. Certa ejus Urbis pars ipſis attributa. ib. Cum Piſtorienſibus Pax firmata, & Agrum Sambucanis reſtitutum. 109. Singulari prudentia Altedi, & Minervii paludes, Colonis inductis, ad cultum redigunt. 194. In fidem, & clientelam ſuam Britonorienſes recipiunt. 208. Ad ipſos epiſtola Guilielmi Aruſati Cardinalis de recuperanda Ferraria. 409. Literæ Friderici II. minaciſſimæ, ut reddant Hentium Regem ejus filium captum, & reſponſum Bononienſium. 424. Bellum inferunt Imolenſibus. Præf. p. v. Caſtrum S. Caſſiani, & Caſtellum Imolæ, quæ Imolenſes deſtruxerant, revocatis habitatoribus, reficiunt. ib. Vide Sancaſſianenſes. A Friderico I. Imp. immunitatibus, & privilegiis aucti. vii. Vide Fridericus. Quatuor Legum Doctores ad Friderici animum leniendum deſtinati. xxii. Imminente Friderici exercitu, Civitatem honeſtis conditionibus Imperatori tradunt; ſed biennio poſt legitimi Pontificis Alexandri III. ſtudioſi Imperiale jugum excutiunt. ib. Medicinæ Caſtrum poſt mortem Bonifacii VIII. P. occupant. p. I. p. 481. Non amici Henrici VII. Imper. 482. In plures Societates diſtributi. 459. Vide Lombardorum, & Tuſcorum Societas.

Bonrecuperus Porrus Bononiæ floruit. p. I. p. 196. Ejus familia Mediolano oriunda, nec tenuis, nec obſcura. ib. Scholas habuit in paternis ædibus. ib. Teſtamentum ipſius, quo condito diu vixit. 197. Ad Rempublicam raro acceſſit. ib. Inter Sapientes delectus. ib. Quoad vixit Bononiæ fuit. ib.

Bonromæus de Duliolo Bonjacobi filius, Doctor, magnæ auctoritatis homo. p. I. p. 221. Arbiter in controverſia inter Monachos S. Stephani, & Gozzadinos. ib. Interfuit ſcribendis tabulis novi fœderis inter Bonon., & Ferrar. ib. Arbiter ad pacem conciliandam inter familias Principum, & Calamatonum. ib. Sponſalibus Guilielmi de Andalo cum Beatrice de Magarottis honoris ergo interfuit. ib. Cum Lambertacciis, quibus favebat, civitate pulſus. ib. An in patriam redierit pace leviter coagmentata, non liquet. 222. Iterum cum Lambertacciis proſcriptus, ejus bona publicata, nec uſpiam reditus in Patriam permiſſus. ib.

Bonus Joannes Cauſidicus Bononienſis in Aulam Mathildis Comitiſſæ acceſſitus ante Irnerium. p. I. p. 7.

Bonus alter, Accurſii frater, Scriba publicus. p. I. p. 7. Verum ejus nomen Doous. ib.

Bonuſdies, ſive Bondì Juris Canonici Profeſſor. p. I. p. 319. Capellanus Epiſcopi Bonon. ib. Dehinc Canonicus Pratenſis in Etruria. ib. Binæ Decretales Honorii III. ad eumdem. ib. Ejus memoria in antiquis Monum. Bonon. ib.

Branca Medicus Bonon. p. I. p. 440. Ejus memoria in tabulis Archivi S. Jo: in Monte. ib.

Brancaleo Andalonis Bonon. Januenſium Prætor. p. I. p. 112.

Brandeliſius Lambertini filius. p. I. p. 381. Prætor in variis Civitatibus. ib.

Brandeliſius Riccadonna Bualelli filius Canon. Bonon. Juris Pont. interpres. p. I. p. 405. Fratrem habuit Arpinellum Canon., & poſtea Archipresb. Bonon., ac electum Epiſcopum Favent. ib. Legatus Bononienſ. ad Epiſcopos Imolenſem, & Faventinum. ib. Ejus crebra mentio in antiquis tabulis. ib. Teſtamentum ter condidit. ib. Sacerdotium in majori Eccleſia Bononiæ inſtituit. ib.

Britonorienſes in fidem, & clientelam Bononienſium recepti. p. I. p. 208.

Brunettus Latinus, primus apud Florentinos eloquentiæ Magiſter, & Notarius. p. I. p. 485.

Bucchii, ſive Bocchii familia. Vide Zoenes.

Bulæus inaniter Academiæ Bononienſis dignitatem imminuit, & Pariſienſem extollit. Præf. p. i. Vide Academiam Bonon.

Bulgarinus unus ex Bulgari filiis. p. I. p. 27. Vivo adhuc Patre Legum profeſſione clareſcere cœperat. ib. Grandis natu humanis exemptus eſt. ib. Excerpta Legum a Bulgarino edita, ad iſtum pertinere poſſunt. ib.

Bulgarus Juriſconſultus. p. I. p. 30. Multis diſputat Guido Grandius de ejus Patria. ib. Defendit Piſanum fuiſſe. ib. Idque Bartoli auctoritate confirmat. ib. Quæ non ſolum dubia eſt, ſed plane nulla. ib. Ratio affertur. 31. Neque fuit Bononienſis, ſed Imolenſis. 32. Jus Civile ab Irnerio didiciſſe dicitur una cum Martino. ib. Friderico I. Imp. aſſedit in Conventu ad Roncallias celebrato, ubi Italici Regni jura ſunt conſtituta. ib. Ipſi ſe amicum oſtendit Imperator. ib. Reſponſum ejuſdem in quæſtionem ab Imperatore mutam. ib. Contentiones ejuſdem cum Martino ib. Vicarius Imperialis Bononiæ. 33. Curia Bulgari quid ſit. 34. In Bulgari ædibus Statutorum Pop. Bon. principia poſita ſunt. ib. Manſit hic honor Bulgari ædibus diu etiam poſt ejus mortem. ib. Eo in loco ipſo mortuo Prætur Bononien. ſedem tenuit, & judicia exercuit. ib. Ibi Archigymnaſium Bononienſe poſtmodum excitatum eſt. ib. De Bulgari moribus. ib. Defuncta Uxore, cum Liberi extarent, Dotem Socero reſtituit. ib. Annis jam gravis Uxorem iterum duxit. 35. Teſtamentum condidit. 36. Poſſeſſiones Sacræ Camaldulenſis Eremo legavit. ib. Quo tempore obierit. ib. Ejuſdem laus. ib. Gloſſæ ejuſdem cæterorum Gloſſis prætiterunt. 37.

Bullarium Benedicti XIV. Profeſſoribus Bononienſibus inſcriptum. p. I. p. 259.

Burgundio Piſanus primus Græcos Libros de Legibus in Latinum tranſtulit. p. I. p. 12. Floruit circa finem ſæculi XII. ib.

Butirus Juris Pontiſ. Bononiæ Magiſter. p. I. p. 287. Ejus mentio in antiquis Monum. Bonon. ib.

C

CAbrinus Seregnanus Cremonenſis Juris Civilis Profeſſor Bonon. p. I. p. 245. Petrus Boaterius ſuas ei Scholas permiſit. ib. Quibus conditionibus. ib.

Cacciavillanus Legum Doctor Bononienſibus Scholis ad docendum ſe addixit. p. I. p. 90.

Calorius Hugolini Capretii filius. p. I. p. 385.

Canonici Eccleſiæ Bononienſis una vivebant in ædibus Eccleſiæ majori adjacentibus. p. II. p. 21. Regularem vitam obſervabant. ib.

Non

Non uno ordine erant, ſed alio, atque alio. *ib.* Hujus rei monumentum ex membrana Senat. Bonon. *ib.* Permulti ex eis Juris Canonici, & Theologiæ Profeſſores in Scholis Bononienſ. 34.

Canonicis Bonon. Lambertus Epiſ. prædia multa largitus eſt, maxime ad litteratum ſtudia perſequenda. *p. I. p.* 3.

Canonicis Eccleſiæ Bonon. adjudicata Cauſa inter ipſos, & Azolinam Comitiſſam de decimis fundi Caſulæ. *p. I. p.* 104.

Canonici Juris Profeſſores in Academia Bononienſi primo *Magiſtri* nomine appellati; dehinc *Doctores Decretorum* dicti. *Præf. p. xxvi.* Juris Civilis Profeſſoribus dignitate, & auctoritate præſtabant. *ib.* Innocentii III. ad ipſos Epiſtola. *ib.*

Canonis Gratiani de perſona XL. q. 5. c. 38. adnotatio vitiata. *p. I. p.* 17.

Capellani Pontificis unde dicti. *p. II. p.* 24. Eorum locum nunc tenent Romanæ Rotæ Auditores. *ib.*

Capretius, ſive Capretus. *Vide Hugolinus Lambertinus.*

Carolus Sigonius reprehenditur. *p. I. p.* 486.

Carolus de Tocco oppidulo agri Beneventani. *p. I. p.* 86. Bononiam venit, ut Juriſprudentiam doceret. 87. An Bagarottum audierit? *ib.* Doctoris munere Bononiæ functus eſt. *ib.* Non ſatis certa ratione Diplovataccius ex Roſredi libris Rogerium Beneventanum expungit, ut Carolum inferat. *ib.*, *& ſeq.* Placentiæ docuiſſe non conſtat. 88. Ejus induſtria maxime emicuit in Legibus Longobardorum exponendis. *ib.*

Carrarius. *Vide Thomas Albertinus.*

S. Caſſiani oppidum Agri Imolenſis. *Præf. p. v.* Hoc nomine appellatum vetus Forum Cornelii *ib.* *Vide Sancaſſianenſes.*

Caſtellanus Franciſci Accurſii filius. *p. I. p.* 181.

Caſtellutius Accurſini filius una cum Patre, & Fratribus e Patria ejectus. *p. I. p.* 191. Sed Patre defuncto in gratiam Populi Bonon. receptus. *ib.*

Catancorum familia vetuſta, & nobilis in Italia. *p. I. p.* 410.

Catellanus Florentinus Prætor Bonon. *p. I. p.* 61.

S. Catharinæ de Quarto Societas non longe a Bononia. *Vide Albertus Presbyter, & Bonmarcinus Medicus.*

Cæleſtinus IV. vix XVIII. diebus in Pontificatu vixit. *p. II. p.* 38.

Cervottinus Accurſini filius, cum Patre, & Fratribus, ex Patria pulſus. *p. I. p.* 191. In gratiam Populi receptus. *ib.* Obiit in ſuis Ricardinæ prædiis. *ib.*

Cervottus Accurſius Accurſii filius, Doctor creatus æt. ſuæ an. XVII. *p. I. p.* 185. Acriter diſputatum, an id jure factum fuerit; & ea quæſtio ſæpius refricata. *ib.* Inter mediocres ætatis ſuæ Doctores vix computari meruit. *ib.* Præturam Ripæ Tranſonæ geſſit. *ib.* A Ripanis exauctoratus vindicias in ipſos, & eorum fœderatos a Populo Bonon. obtinuit. *ib.* Ad Juriſprudentiæ Cathedram in Academia Patavina ad annum conductus. *ib.* Accurſiis exilio damnatis, Cervottus abſens mitiorem relegationis pœnam ſubiit. 186. Diſſiacta pace, ut conſpirator in Patriam, capitali noxa damnatus, publicatis bonis, & domo a fundamentis eraſa. *ib.* Alidoſii error de Cervotto in Patriam reſtituto. *ib.* Dicitur tentaſſe, ut aliquid adderet gloſſis Patris. *ib.* Sed ejus adnotatiunculæ Cervottinæ, ſive Cervinæ gloſſæ joco dictæ, exiles, & ineruditæ. *ib.* Reliquit Conſilia, ſeu Juris Reſponſa. *ib.* Bibliothecam Juridicam ſatis inſtructam habuit, quam Guilielmo fratri vendidit. *ib.* Patrimonium ſuum prodegit, & perdidit. *ib.*

Chemiæ profeſſio apud Bononienſes antiqua. *p. I. p.* 446.

Chirurgorum ſecta, qui omnia vulnera ſolo vino curabant. *p. I. p.* 445. A quibus profecta. *ib.*, *& ſeq.*

De Chriſtianis gens Bononiæ Medicorum feraciſſima. *p. I. p.* 465.

Cyprianus Florentinus Legum interpres. *p. I. p.* 60. Villanius inquit, Ravennæ omnium fere primum Jura Civilia docuiſſe. *ib.* Quid de hoc ſentiendum? *ib.*

Circulus quid ſignificaret apud Philoſophos medii ævi. *p. I. p.* 485.

Clariſſimus Archidiaconus ex charta Mathildis Comitiſſæ in Archivo Canonicorum Eccleſiæ Bonon. *p. II. p.* 14. Subſcribit poſt Victorem Epiſcopum in charta Archivi S. Joannis in Monte. *ib.*

F. Clarus Sextius, vel de Sexto. *p. I. p.* 310. Morum ſanctitate, & doctrina illuſtris. *ib.* Peritus in Jure Civili. *ib.* Artes etiam, & Jus Canonicum docuit. *ib.* Ordini Prædicatorum adſcriptus, præcipuas in eo dignitates obtinuit. *ib.* Pœnitentiarius, & Capellanus Pontificum. *ib.*

Clemens III. P. legem contra Scholarium Bononien. licentiam epiſtola ad Epiſcopum Bononiæ confirmat. *Præf. p. xxv.* Quo anno hujuſmodi epiſtola tranſmiſſa. *xxvi.*

Codex Juſtiniani. *Vide S. Gregorius Magnus.*

Collegium Magiſtrorum Bononiæ quos complecteretur. *p. I. p.* 470.

Coluccius Salutatus Cancellarius Florentinus, ex numero Notariorum. *p. I. p.* 425.

Comes Lambertini de Ramponibus filius. *p. I. p.* 216. Militari dignitate ornatus. *ib.* Prætor Placentiæ. *ib.* Florentiſſima ætate ante Patrem deceſſit. *ib.*

Conciliabulum Papienſe contra Alexandrum III. P. *Vide Alexander III.* Aliud apud Laudem Pompejam, in quo Alexander a Schiſmaticis condemnatus; & Epiſcopus Bononienſis ei adhærens excommunicatus, & depoſitus. *Præf. p. xix.* Ignotum Labbæo, & Manſio. *ib.* In eo cum Imperatore Friderico, & Magnatibus multis interfuerunt Peregrinus Patriarcha Aquilejenſis, & Guido Raven. Archiepiſcopus, & Epiſcopi, ac Prælati plures. *ib.*

Concilium Provinciale Ravennatenſe Bononiæ celebratum. *p. I. p.* 461.

Conradi Uſpergenſis, & Roberti Montenſis teſtimonia de Legum ſtudiis apud Italos conciliantur. *p. I. p.* 5.

Conradus Salicus Ravennæ regnavit. *p. I. p.* 2.

Conradus, ſive Conradinus de Savignano Legum Doctor. *p. I. p.* 193., *& ſeq.* An ex eadem familia cum Bonaventura. *ib.* Non diu Bononiæ manſit. *ib.*

Conſtitutiones Imperatorum ab Hugolino poſt feudorum librum digeſtæ. p. I. p. 105. Varietas editorum librorum cum ineditis. ib.

Conſules Bonon. creati. p. I. p. 171. Erant ex primariis civibus. ib. Civitatem cum ſumma poteſtate regebant. ib. Alii novem ſubrogati in dies XV. ib.

Contilla Aldrovandini de Albaris filia uxor Jacobini Arpinelli. p. I. p. 404.

Conus Profeſſor Canonum Bononiæ. p. I. p. 321.

Converſi dicebantur pii illi homines, qui ſe, & ſua omnia Eccleſiæ Bonon. offerebant, & dicabant. p. II. p. 39. Diverſi plane ab iis, qui modo ita appellantur in Regularium familiis. ib.

SS. Corporis Chriſti Monaſterium Bononiæ ex bonis Thaddæi Alderotti quaſi initium accepit. p. I. p. 471.

Cremona Inſubrum nobiliſſima Civitas. p. I. p. 497.

Cremonenſes plures Bononiæ docuerunt. p. I. p. 497.

S. Crucis Puellarum Collegium Bononiæ ex bonis hæreditariis Thaddæi Alderotti quaſi initium accepit. p. I. p. 471. *Vide Hoſpitale S. Antonii*.

S. Crucis Sacellum in Æde S. Petronii Bonon. a Collegio Notariorum extructum. p. I. p. 428. Rolandini, & Petri de Unciola imagines in eo ſculptæ. ib.

Crucis Societas Bononiæ. *Vide in Rolandino Paſſagerio*.

Crux rubea antiquitus etiam publicum Bononiæ inſigne. p. I. p. 425. Hinc apparet Romanæ Eccleſiæ Bononiam ſemper devotiſſimam fuiſſe. ib.

Curſinus. *Vide Accurſinus*.

D

D Canonicus Londinenſis Bononiæ. Magiſter ſacrarum diſciplinarum. p. I. p. 285. Non ſatis certum, utrum Sacros Canones, an Theologiam profiteretur. ib. Legatus pro Anglorum Rege apud Alexandrum III. ib. Hic ſummis laudibus eum apud Regem extollit. ib.

Daldus Archidiaconus Bononienſis. p. II. p. 14. Subſcribit poſt Gerardum Epiſcopum Bononiæ. ib.

Damaſus Bohemus clarus Canonum Profeſſor. p. I. p. 306. Primam Decretalium compilationem Commentariis illuſtravit. ib. Edidit Librum quæſtionum in plures Decretales. ib. Item Brocarda in Jure Canonico. 307. An viderit ſecundam Decretalium Compilationem. ib.

Damiatæ in Aſia obſidio, & expugnatio Bononienſium etiam opera. p. I. p. 445. Ejus certa pars Bononien. attributa. ib.

Daniel Petri Danielis filius Medicinæ Doctor Bonon. p. I. p. 477. Bonafilia Hugolini Medici filia eum teſtamenti ſui curatorem elegit. ib. Incertum quando obierit. ib.

Davidis de Dinanto errores proſcripti. p. I. p. 486.

Decretales Pontificum. p. I. p. 256. Earum prima Collectio poſt Gratianum, & Summa. ib. *Vide Bernardus Papienſis*. Aliæ Collectiones. ib. Gregorius IX. ex quinque unam confecit. 258., & 331. Bonifacius VIII. novam Decretalium Collectionem edidit. 259.

Decretum. *Vide Jus Canonicum*.

Dialecticæ ſtudium magno in pretio fuit apud Philoſophos medii ævi. p. I. p. 485. Imo unice eidem indulgebant. ib., & ſeq.

Dictatores olim quinam dicti. p. I. p. 424.

Dinus Mugellanus nobiliſſimis Juris Civilis Interpretibus adnumerandus. p. I. p. 233. Patrem habuit Jacobum de Ruſſonis. ib. Bononiam venit ad Juriſprudentiam perdiſcendam. ib. Doctor creatus. ib. Conductus a Piſtorienſibus ad Jus civile docendum. ib. Revocatus ad Academiam Bonon. ib. Primus, qui publice conductus Bononiæ Jus Civile profeſſus eſt. ib. Scholares qua de cauſſa id curarint. 234. Eidem decreta lectio Juris Civilis extra ordinem. ib. Hanc Cathedram per octo annos tenuit. ib. Conſultus paſſim ab exteris, & Rectoribus Civitatis. ib. A Carolo II. ad legendum Jus Civile in Academia Neapolitana invitatus, conditiones recuſavit. ib. Bonifacius VIII. de novo edendo Legum Eccleſiaſticarum Codice cogitans Dinum a Scholis Bonon. evocat, una cum Canonici Juris Profeſſoribus. ib. Horum cura VI. Decretalium Liber prodiit. ib.; ſed quo præciſe tempore, non ita facile definire. 235. Jus civile in Scholis Pontificiis docuit. ib. Ejus uxor inter Monales cooptata. 236. Ipſe in Clerum adſcitus, Eccleſiæ ſervitio ſe addixit. ib. Bononiam iterum ſe confert. ib. Sed vix reverſus de diſceſſu cogitaſſe videtur. ib. Rectores Univerſitatis de eo retinendo maxime ſoliciti; & veriſimile omnino reipſa fuiſſe retentum. ib. Bononiæ vivendi finem fecit. ib. Quid alii Scriptores de extremis hujus Viri caſibus. ib. Contentio ejuſdem cum Franciſco Accurſio. 237. Fuit in diſputando acutus, & copioſus. ib. Veronenſium de eo decreta. ib. Laudatus a multis. ib. Plures Auditores habuit. 238. Dini Conſilium. ib. Ejuſdem Scripta. ib., & ſeq.

Diſſidia compoſita inter Comm. Bonon., & Epiſcopum Henricum de jure eligendi Prætorem in Caſtris Agri Bonon. p. I. p. 104., & 109.

Diſſidia inter Scholares Bononiæ. p. I. p. 110. Non ſolum Academia, ſed tota Civitas periclitata eſt. ib. Cauſſa ſuſcepta a Prætore Civitatis, & ſontes puniti. ib. Quæ conſecuta ſunt, exponuntur. ib., & ſeq.

Doctoris nomen in Academia Bonon. Legum Civilium Profeſſoribus attributum. *Præf. p. xxvi.*

Mag. Dominicus Doctor, & Rector in Phyſica, filius Fratris Henrici. Ejus mentio in Memor. Comm. Bonon. p. I. p. 477.

S. Dominicus Guzmanus Ord. Prædicatorum fundator. p. II p. 36. Quo tempore in Sanctorum album relatus. ib.

Dominicus Joannis Azonis Filius artem Notariæ Bononiæ. docet. p. I. p. 98.

Dominicus Zachariæ de *Herbis* filius, de *Herbis*, & *Herbolarius* appellatus, Botanicus Bonon. p. I. p. 437. Ejus mentio in tabulis Archivi Canonicorum S. Petri Bononiæ. ib.

Dondedeus Mangonis Medici filius, ex primis, qui in facultate Medica Bononiæ Doctoris inſignia conſecutus eſt. p. I. p. 477. Antea Notarius fuerat. ib. Ejus memoria Doctoris titulo in antiquis Monum. Bonon. ib.

Donus Frater Accurſii. *Vide Bonus*.

E

Eccleſiæ Bononienſis Bonorum partitio. p. II. p. 40. *Vide Archipresbyter*.

Eccleſia Ravennas in Schiſmate Wiberti jure Metropolitico privatur. p. II. p. 17. Extincto Schiſmate eidem antiqua jura reddita ſunt. ib.

Eduardus I. Anglorum Rex. p. I. p. 177. Rediens a bello ſacro per Flaminiam tranſiit. ib. Fruſtra cum Bononienſibus de pace cum Forolivienſibus incunda agit. ib. Bonon. honorificentiſſime exceptus. ib. Franciſcum Accurſium ſecum ducit. ib. Ut eſſet in Regis Conſilio, & Familia. 178.

Eganus Lambertinus. p. I. p. 385. Primaria ex Juventute in Haſtiludii certamine retulit palmam. ib.

Eganus Lambertini Catanei filius. p. I. p. 386. Genere, ac divitiis inclytus. ib. Belli, & pacis ornamentis florentiſſimus. ib. Lambertinorum parens, & propagator. ib.

Elias Anglicus Magiſtri titulo inſignitus Bononiæ. p. I. p. 314.

Eliſeus patria Senenſis præcipuus Medicus Hentii Regis, qui ei centum libras bunon. legavit; & ejus opera Codicillis ſcribendis uſus. p. I. p. 465. Frater Guidonis Medici Senenſis, qui Bononiæ vixit, translata in hanc Civitatem ejus familia. ib.

Erro Cauſidicus. p. I. p. 48.

Etruſci primi fere, qui Medicinæ, ſeu Chimicæ Doctores in Academia Bonon. appellati ſunt. p. I. p. 463.

Eugenii III. P. literæ, ex quibus egregium facile teſtimonium habetur de Exterorum magno concurſu Bononiam ſtudiorum cauſſà. *Præf. p. ii.* Quo anno ejuſmodi literæ datæ? *p. iv.*

Eugenius Bononienſes hortatur ut Sancti Caſſiani incolis, a vicinis, maxime Imolenſibus, afflictis opem ferant, & Rodulpho Epiſcopo Forocornelienſi. *Præf. p. iii.* Cur mentionem non injecerit de reſtitutis apud Bonon. legum ſtudiis? ib. Anno MCL. Roma profectus eſt. iv. Tibure obiit ann. MCLIII. ib.

Excommunicato quinam communicare poſſint. *Præf. p. xxvi.*, & *ſeq.*

F

FAgnanum. *Vide Flagnanum*.

Faventini a Bononienſ. Prætores ex fœdere petere debebant. p. I. p. 208.

S. Felicis Monaſterium Bononiæ. p. I. p. 2. Nova in eodem Juris Canonici Schola auctore Gratiano inſtituta. ib. A Monachis Camald. inhabitatum. p. I. p. 247. Prima Juris Canonici incunabula ibi ſtatuenda. ib. Gratianus ejuſdem Monaſterii Monachus. ib. Diu poſt Gratianum in eo facultatis ejuſdem ſtudia viguere. ib., & 281.

In feudum pecuniam tradere, vel accipere quid apud Veteres ſignificet? p. I. p. 444.

Flagnanum Oppidum in finibus Forocornelienſium. p. II. p. 15. Bononienſibus paret. ib. In eo natus eſt Honorius II. ib.

Floretta Rolandini avia. p. I. p. 424.

Fœdus inter Bononienſes, & Ravennatenſes. p. I. p. 108.

Fœdus inter Faventinos, & Bononienſes. p. I. p. 594.

Forenſis Florentinus Prætor Bon. p. I. p. 145.

Franciſchinus Accurſini filius. p. I. p. 191. E Patria una cum Patre ejectus. ib. In gratiam Populi receptus. ib. Uxorem ducit, quam hæredem relinquit. ib. Joanni fratri veſtes, & alimenta legavit. ib.

Franciſcus Accurſius Accurſii filius. p. I. p. 176. Congrua ætate a Patre emancipatus. ib. In Legum facultate maxime excelluit. ib. Ejus contentiones cum Odofredo. ib. Quo mortuo primatum inter Profeſſores obtinuit. ib. Ab Eduardo Anglorum Rege ſcholis ereptus. 177. In Galliis numquam docuit. ib. Probatur ex tota itineris ratione. ib., & *ſeq.* Teſtamento condito in Angliam proficiſcitur. 178. Bononia licet abſens relegatus cum Familia. 179. Quam idcirco in Angliam acceſſit. ib. Romam ab Eduardo Rege Legatus. 180. Ex Anglia diſcedens Bononiam venit. ib. Magnis pecuniis a Rege donatus. ib. Cui ſuam fidem perpetuo obſtrinxit. ib. Lambertacciorum factionem ejurat. ib. A Bononienſibus lege cautum, ne, ut cæteri, a publicis muneribus arceretur. ib. Domum paternam vendit. 181. Nepoti adhuc in cunis vagienti uxorem conſtituit. ib. Quo die obierit. ib. Teſtamentum, & legata ipſius. ib. Franciſci Corpus in Patris Tumulo conditum. 182. Noxa non caruit. 183. A Nicolao IV. Pont. abſolutus. ib. Laudatus a multis. ib. Ejus ſcripta. 184.

Franciſcus Aſculanus, vulgo Ciccus, Aſtrologiam Bononiæ docuit a Scholaribus electus. p. I. p. 435., & 494. Non minus doctrina, quam vitæ ſuæ caſibus illuſtris. ib.

Franciſcus de Barberino inter primos, qui Italicam linguam ſcriptis illuſtrarunt, Notarius. p. I. p. 425.

Franciſcus Theodorici Cervienſis Epiſcopi frater, Hugonis filius ex antiq. tabulis Bononiæ notus, ibi Medicam facultatem exercuit quoad vixit. p. I. p. 457. Lambertacciis adhærens ad fines *Guarnatæ interioris* damnatus eſt. ib. Quid hujuſmodi pœna. ib. De ejus obitu. ib. Duas uxores habuit. 458. Liberi ab utraque ſuſcepti recenſentur. ib. Ex iis non defuerunt, qui Medicinam profeſſi ſunt. ib. Stemma Hugonis Medici de Luca. ib.

Fridericus I. Ænobarbus dictus, reviviſcentibus in Italia bonarum Artium, & maxime Juriſprudentiæ ſtudiis magnum præſidium contulit. *Præf. p. vi.* In Italiam venit biennio poſt adeptum regnum. ib. Et Conventum ad Roncalliam celebravit. ib. Romam proficiſcens ut ab Hadriano P. Corona ornaretur, caſtra ad Rhenum prope Bononiæ mœnia poſuit, ibique diem Pentecoſtes egit. ib. p. vii. Ejus offenſionis cauſſæ cum Bononienſ. ob exciſum ab illis Medicinæ Caſtrum, quod refici mandavit. ib. Ipſis placatus non minimas immunitates, & privilegia conceſſit. ib. Leges Romanas ad ſummam dignitatem evexit. ib. Secunda ejus expeditio cum exercitu in Italiam. ib. Acta ad Roncalliam, & leges ibi latæ ex Juriſperitorum ſententia. ib. p. viii. & p. I. p. 10. Maximus honos habitus in Roncall. Conventu Doctoribus Academiæ Bononienſis. ib., & p. I. p. 9. Eorum judicio permiſſum, ut decernerent, quænam eſſent Imper. jura in Regnum Italicum. ib. p. ix. Ex ipſorum ſententia *regalia* definita. ib. Legisperi-

torum judicio Mediolanenſes damnat. *ib.* Eoſdem debellat. *ib.* & *p.* xxi. Celebris ejus Conſtitutio de Doctorum, ac Scholarium immunitatibus. *Præf. p.* x. & *p.* I. *p.* 10. Doctoribus juriſdictionem in Scholares conceſſit. *ib. p.* xi. Mediolanum vaſtat. *ib. p.* xxi. In Bononienſium fines exercitum traducit, ut eos armis ſibi parere cogat. *ib.* Bononienſes tempori cedendum tali Civitatem Imperatori tradunt. *p.* xxii. Quibus conditionibus in ejus gratiam recepti. *ib.* Quæ ſententia paſſim reprehenſa eſt. *ib. p.* x.

Fridericus II. celebrem Conſtitutionem de immunitate, & libertate Eccleſiarum Doctoribus Bononienſibus mittit, ut in Codicem inferant. *p.* I. *p.* 21. Et aliam ab ſe editam favore Eccleſiæ Romanæ. 106. Hanc Bononien. Doctores ad D. Petri congregati Codici inſerunt. *ib.* Error Diplovataccii, qui hunc Doctorum Conventum Ticini habitum narrat. *ib.* Statuit, ne quis ad Medicinæ ſtudium accedat, niſi triennium in Logica addiſcenda conſumpſiſſet. *p.* 468. Ejuſdem epiſtola ad Bononien. Profeſſores, cum ad eos verſionem librorum Ariſtotelis tranſmitteret. 489. Verſio Ariſtotelis ab eodem imperata nihil ferme utilitatis Philoſophiæ attulit, & qua de cauſa. *ib.* Bononiæ iratus Scholas Bononienſes interdixit. *p.* II. *p.* 36. Profeſſores Neapolim invitavit; vix ullus illuc migravit. *ib.*, & *ſeq.* Ad bellum tacitum ſuſcipiendum ſe obſtringit. *p.* I. *p.* 121. Ea conditione Honorio reconciliatus. *ib.* Promiſſis non ſtetit. *ib.* Gregorius IX. ſemel, atque iterum in eum ſententiam dicit. *ib.* Qua de cauſſa. *ib.* Fridericus virulentum edit ſcriptum in Pontificem. *ib.* Hunc Rofredus, annuente Senatu, in Capitolio promulgavit. *ib.* Beneventum Pontificiam Civitatem obſidet. *p.* 122. Ejuſdem epiſtola ad Rofredum plena ſcommatibus in Eccleſiam Romanam. *ib.*

Fridericus de Scalis Bonon. Gerardi de Scala filius. *p.* I. *p.* 212. Docuit pluribus annis in Academia Bonon. *ib.* Non vulgaris doctrinæ habitus. *ib.* A Pancirolo prætermiſſus. *ib.* Memoratus a Diplovataccio. *ib.* In Notarium primo, mox in Judicem electus. *ib.* Diu Jus Civile profeſſus, antequam Doctoris honores conſequeretur. *ib.* Lambertacciis favens conjectus eſt inter exules *Guarnatæ exterioris* : dehinc relegatus paullo ultra Rhenum. *ib.* Honorificentiſſimo Populi decreto revocatus, & habitus deinceps uti Jeremienſis. *ib.* Teſtamento edito Sorores hæredes inſtituit. 213. Priore teſtamento irritato FF. Prædicatores, & Minores hæredes dixit. *ib.* Sine Liberis deceſſit. *ib.* Multa ſcripſit vulgo ignota. *ib.*

Fratres Gaudentes contra jus occupant Monaſterium S. Michaelis de Caſtro Brittorum. *p.* II. *p.* 43.

Fratres de Sacco ad D. Nicolai Bononiæ incolebant. *p.* I. *p.* 499. Joannes Boncambius eos advocaverat. *ib.* Fratrum Pœnitentiæ, & aliis pluribus nominibus vocati. *ib.* Cum aliis Congregationibus D. Auguſtini in unum corpus coacti. 500. In hanc conjunctionem, qui Bononiæ extabant, non conſenſerunt. *ib.* Lapum Philoſophiæ Magiſtrum conduxerunt. *ib.* Particula Chronici Fr. Salimbeni de ortu Fr. Saccatorum. *ib.* Falſo adſcribitur Hugoni Ord. Min. *ib.* Suſpicari poteſt eidem propoſitam S. Franciſci Regulam. *ib.* Potius ſimilitudinem veſtium cum Fratr. Min. expetierunt. *ib.* In ſoleis tantum retinuerunt. *ib.* Frequentiſſima in Italiæ Civitatibus loca obtinuere. *ib.* Vix naro Ordini ſenectus obrepſit. *ib.* Deletus Gregorii X. auctoritate. *ib.* Cœnobium Bononienſe ſuperſtes ad aliquod tempus. *ib.*

Fulcus de Pacibus Pacis frater minor Legum Profeſſor, & Doctor. *p.* I. *p.* 231. Sententiam Guilielmi Rombodevini approbavit. *ib.* Vicariam operam in Foro Eccleſiaſtico exercuit. *ib.* Cauſſas in Foro patrocinavit. *ib.* Ex morbo decumbens Teſtamentum condidit. *ib.* A Gruamonte Lambertino prænobili cive interfectus. *ib.* Filias duas reliquit. *ib.* Inimicitiæ inter Pacios, & Gruamontes ex cæde Fulci. *ib.* Pars utraque Pacem Legum Doctorem arbitrum conſtituit. *ib.*

G

GAleottus Lambertini filius. *p.* I. *p.* 385. Prætor in variis Civitatibus Italiæ. *ib.* Forolivium captivus abductus. *ib.* Legatus Nicolai III. Pont. *ib.*

Gallitianus Cauſidicus. *p.* I. *p.* 48.

Galloprellus Tarentinus Azonis *Bidellus*. *p.* I. *p.* 98. Ludi Scholarium in ipſum. *ib.* Ex his grandem pecuniam emunxit. *ib.*

Galvanus de Allegralcore, nunc Crevalcore, Juris Profeſſor in Academia Bonon. *p.* I. *p.* 211. Delectus ut probandis Notariis adeſſet. *ib.* In Notariorum Ordinem cooptatus. *ib.* Non ignobilis patronus in Foro. *ib.* Interfuit tranſactioni inter Archiepiſcopum Ravenn., & Marchionem Eſtenſem. *ib.* Doctor creatus extremo vitæ ſuæ tempore. *ib.* Eodem die obiit, quo Teſtamentum condidit. *ib.* Non ignotus Alidoſio. *ib.* Quid ſentiendum de ejus ſcriptis. *ib.*

Gandulphus gloſſator Gratiani. *p.* I. *p.* 295. Nimium ingenio indulſit. *ib.*

Garatonus Rulandini filius, Azonis Nepos proſcriptus. *p.* I. *p.* 92.

Gardinus de Gardinis Juris Civilis Profeſſor. *p.* I. *p.* 241. Plurimum verſatus in Foro, & Republica. *ib.* Non ſemel inter Sapientes adlectus. *ib.* Advocatus Pop. Bonon. *ib.* Publicæ pecuniæ cuſtos. *ib.* Inter viros bello præfectos delectus. 242. Cauſſæ, & legationes eidem commiſſæ. *ib.* Moriens uxorem hæredem reliquit. *ib.*

Garſias Hiſpanus Canonicus Compoſtellanus, Joannis dictus, Profeſſor Juris Canonici Bononiæ. *p.* I. *p.* 401. Decretales interpretatus eſt in Scholis Ægidii Fulcararii. *ib.* Ab Univerſitate Scholarium expetitus ad Decretorum librum interpretandum. *ib.* Ante ipſum nemo, quod conſtet, in Academia Bonon. docuit ſtipendio publice conſtituto. *ib.* Lectione Decretorum abſoluta, nec ei prorogatum ſtipendium, nec alius ipſi ſucceſſiſſe videtur. 402. Incompertum quamdiu Bononiæ poſtea permanſerit. *ib.* Diſputavit cum Joanne de Montemurlo. *ib.* Laudatus a Joanne Andreæ, & a Baldo. *ib.* Garſiæ Scripta. *ib.*

Garſias Sebaſtiani Canonicus Compoſtellanus, Profeſſor Juris Canon. Bononiæ. *p* I. *p.* 408.

Gaudentes. *Vide Fratres Gaudentes*.

Gaufridus, Bononienſis dictus a Friderico Hahnio. *p.* I. *p.* 305. Profeſſor eloquentiæ Bononiæ.

Digitized by Google

noniæ. *ib.* Scripſit *Artem Dictaminis*. *ib.* Ejuſdem Prologus, & Epilogus verſibus hexametris. *ib.* Apparet admodum exercitatus in Poeſi. *ib.* Facile eſt, hanc fuiſſe Gaufridum Anglum, vulgo Gaufridus de Vinoſauf, ſeu de Vinoſalvo, qui *Poetriam novam* Innocentio III. dicatam edidit. *ib.* Cur Bononienſis dictus. *ib.* Poetria nova idem non eſt cum Arte Dictaminis. *p.* 506. Galliæ, & Italiæ Academias luſtravit, ut eloquentiam doceret, & quæſtum faceret. *ib.* Sub Pontificatu Innocentii III. Romam venit. *ib.* In Angliam reverſus librum ſcripſit *de ſtatu Romanæ Curiæ*. *ib.* Auctor fortaſſe Itinerarii Richardi Regis Anglorum in Terram Sanctam. *ib.* Scripta ejuſdem numerantur. 507.

Gentilis de Cingulo diverſus ab alio, qui a Fulginio eſt dictus. *p.* I. *p.* 501. Alidoſius eum ridicule vocat Gentilem Cingulum. *ib.* Affirmat, Bononiæ obiiſſe. *ib.* Thaddæo Doctore in Medicinæ ſtudio utitur. *ib.* Cum Guillielmo contractum iniit de tradenda Philoſophia in ejus auditorio. *ib.* Philoſophiam explicat extraordinarie Scholaribus Guillielmi, relicto eidem onere tradendi Logicam ordinarie. *ib.* Ex hoc intelligendum, Logicæ Doctores in tota Philoſophia verſatos fuiſſe. *ib.*

Gerardus Magiſtri titulo inſignitus. *p.* I. *p.* 287. Canonicus Eccleſiæ Bonon. *ib.*

Gerardus de Amandola, Vico Agri Foroſempronienſis. *p.* I. *p.* 512. Grammaticæ Profeſſor. *ib.* Incertum, an fuerit Doctor. *ib.*

Gerardus Albanenſis Card. Sedis Apoſtolicæ Legatus. *p.* I. *p.* 96.

Gerardus Archipresbyter Bonon. Juris utriuſque Doctor. *p.* I. *p.* 359. Diverſus a Gerardo Areoſto. *ib.* Memoria ejus in Monumentis Mutinen. *ib.* Idem fortaſſe cum Gerardo Botono. *ib.*

Gerardus Capoinſaccus Florentinus Prætor Bononiæ. *p.* I. *p.* 61.

Gerardus Cypriani filius Juriſperitus Florentinus. *p.* I. *p.* 61. Judex Communis Bononiæ. *ib.* Legatus ad Archiep. Piſanum. *ib.* Arbiter in controverſia inter Bononienſes, & Piſtorienſes. *ib.*

Gerardus Cremonenſis: plures Cremonenſes Bononiæ fuerunt hoc nomine appellati. *p.* I. *p.* 511.

Gerardus Cremonenſis inter Arabes verſatus. *p.* I. *p.* 511. Aliqua Medicorum Arabum opera in Latinam linguam convertit. *ib.* Obiit anno MCLXXXVII. *ib.*

Gerardus Cremonenſis Bononiæ erat ad annum MCCXX. *p.* I. *p.* 511. Incertum, quam facultatem profiteretur. *ib.*

Gerardus Cremonenſis de Sabloneta etiam appellatus. *p.* I. *p.* 511. Aſtrologiæ artem profitebatur. *ib.* Ejus reſponſa in Codice Bibliothecæ Vaticanæ. *ib.* Fortaſſe eſt ille Gerardus, qui anno MCCXX. Bononiæ degebat ſtudiorum cauſa. *ib.*

Gerardus Cremonenſis Profeſſor Grammaticæ Bononiæ docuit. *p.* I. *p.* 511. Doctoris inſignibus ornatus. *ib.*

Gerardus Epiſcopus Bononienſis a Schiſmaticis in Conciliabulo apud Laudem Pompejam exauctoratus. *Præf. p.* xx. Non fuit Epiſcopus Mutinenſis, nec Sedis Apoſtolicæ Legatus. *ib.* Error Ghirardaccii. *ib.* Excuſſo a Bononienſ. Friderici I. Imp. jugo, redux in Civitatem munere ſuo functus eſt quoad vixit. *ib. p.* xxiii. Ejus obitus memoria in Necrol. Canon. Lateran. S. Joannis in Monte. *ib.*

Gerardus de Giſla Canonicus Eccleſiæ Bonon., dein Archidiaconus, poſt autem Epiſcopus. *p.* II. *p.* 18. Fuit ex nobiliſſima Bononienſium familia de Giſla. 19. Primus, qui Epiſcopus Bonon., & Princeps ſit appellatus. *ib.* Prætor Civitatis adlectus eſt. *ib.*

Gerardus de Rioſto Archidiaconus. *p.* II. *p.* 19. Gerardo de Giſla ſuffectus. *ib.* Fuerat Canonicus. *ib.* Mox creatus Epiſcopus Bonon. *ib.* Acta ejuſdem dum Archidiaconatum gereret. *ib.* Juſſu Innocentii III. Epiſcopatum dimiſit. *ib.*

Gerardus de Valeto Profeſſor Canonum Bononiæ. *p.* I. *p.* 350. Doctor Decretorum. *ib.* In Ordinem Prædicatorum receptus. *ib.* Teſtamentum condidit. *ib.*

Ghibellini Bononiæ expulſi Romæo Pepulo agente. *p.* I. *p.* 481.

Ghisleria gens nobiliſſima Bononiæ. *p.* I. *p.* 162. Ex ea Bonapars Ghislerius. *ib.* Plures edidit Viros Clariſſimos. *ib.* S. Pius V. P. M. inclytæ Stirpis decor. *ib.*

Gilbertus Canonum compilator. *p.* I. *p.* 295. Ejus compilatio Doctoribus Bononienſ. minime probata. *ib.* Qua ex gente fuerit, quave in Academia eruditus. *ib.* An ipſe ſit, qui ad Ord. Prædicatorum ſe tranſtulit. *ib.*

Giſſo de. *Vide Rolandus*.

Giſſum Oppidulum Agri Bonon. *p.* I. *p.* 162. Ex hoc agnomen tulit familia, quæ ei dominabatur. *ib.* Cur miſſæ a Bononienſibus cohortes ad Caſtrum funditus evertendum. *ib.*

Gofredus Tranenſis Profeſſ. Jur. Can. Bononiæ. *p.* I. *p.* 341. Decretales Gregorianas Commentario exornavit. *ib.* Summam Decretalium edidit. *ib.* A Scholis abductus, Subdiaconus, & Capellanus Pontificis. *ib.* Auditor Contradictarum. *ib.* Cardinalis S. R. E. *p.* 342. Quo anno obierit. *ib.*

Grammaticæ ſtudium Bononiæ floruiſſe ante ſæculum XIII. demonſtratur contra Muratorium, & Laurentium Mehus. *p.* I. *p.* 503. Magna ſolum acceſſio ejuſdem ſæculo XIII. *ib.*

Grammaticæ Profeſſores Doctoris titulo priuſquam Philoſophiæ Profeſſores decorantur. *p.* I. *p.* 421., 501., & 504.

Gratia Arretinus Archidiaconus Bononienſis Canonum Profeſſor. *p.* I. *p.* 316., & *p.* II. *p.* 22. Librum Decretalium interpretatus eſt, & omnium primus dictus Decretalium Magiſter. *p.* 23. Innocentii III. animum ſibi devincit. *ib.* Claruit in Academia Bononienſi ante finem ſæculi XII. *ib.* Guala Cardinalis Sedis Apoſtolicæ Legatus ſuas ei vices in Cauſis cognoſcendis delegavit. *ib.* Honorius III. plurimum ei detulit. *ib.* Innocentius III. eidem, & aliis duobus Cauſſam finiendam commiſit; item aliam. *ib.* Honorius III. eidem non ſolum Cauſſas cognoſcendas commiſit, ſed magnis honoribus auxit. *p.* 24. Capellanus Pontificis creatus, Romam proficiſcitur. *ib.* Non liquet, quamdiu Romæ egerit. *ib.* Bononiam rediiſſe conſtat, ibique Archidiaconatu auctum fuiſſe. *ib.* Incertum, quo anno id acciderit. *ib.* Honorii Epiſtolæ ad Bononienſes, & Archidiaconum. *Vide Honorius III.* Antiochenæ Eccleſiæ præfectus eſt. *p.* 26. Quid ſtatui poſſit de hoc Antiocheno Epiſcopatu.

patu. *ib.* Nunquam ad eum acceſſit. *ib.* Creatus Panneuſis Epiſcopus. *ib.* Archidiaconus Conſtitutionem edidit de cura Tabularii Eccleſiæ Bonon. *ib.* Intentus fuit curandis Eccleſiæ ſuæ commodis, & utilitatibus. *ib.* Opizoni ſucceſſor datus in Epiſcopatu Parmenſi. 27. Salimbenus eum laudat. *ib.* Ughellus contra. *ib.* Exauctoratus non fuit. *ib.* Scripſit de Ordine Judiciorum. *p.* 28. Item Gloſſas in collectiones Decretalium. *ib.*

